MONUMENTA

SPECTANTIA

HISTORIAM SLAVORUM MERIDIONALIUM

VOLUMEN IX.

LISTINE

O ODNOŠAJIH IZMEDJU JUŽNOGA SLAVENSTVA I MLETAČKE REPUBLIKE

NA SVIET IZDALA

JUGOSLAVENSKA AKADEMIJA ZNANOSTI I UMJETNOSTI

KNJIGA VI.

U ZAGREBU 1878

U KNJIŽARI LAVOSLAVA HARTMANA NA PRODAJU.

TISAK DIONIČKE TISKARE.

MONUMENTA

SPECTANTIA

HISTORIAM SLAVORUM MERIDIONALIUM

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM ET ARTIUM SLAVORUM MERIDIONALIUM

VOLUMEN NONUM

ZAGRABIAE 1878

EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.

LISTINE

O ODNOŠAJIH IZMEDJU JUŽNOGA SLAVENSTVA I MLETAČKE REPUBLIKE.

SKUPIO I UREDIO

SIME LJUBIĆ
PRAVI ČLAN JUGOSLAVENSKE AKADEMIJE ZNANOSTI I UMJETNOSTI ITD.

KNJIGA VI
OD GODINE 1409 DO 1412

NA SVIET IZDALA

JUGOSLAVENSKA AKADEMIJA ZNANOSTI I UMJETNOSTI

U ZAGREBU 1878

U KNJIŽARI LAVOSLAVA HARTMANA NA PRODAJU.

Kazalo.

Str

I. God. 1409. 9 kolovoza, u Mletcih.

Mletčani daju po tri cekina na dan Jeleni Balsinoj materi, dok bude u Mletcih.

1209. di nono augusti. Capta: quia domina Elena mater Balse, sicut notum est, hic est, et iam diu recessit de domo sua, ita quod expendit totum, quod habuit, et est pauperrima, et sit honor nostri dominii, quod habeat unde vivere; vadit pars, quod pro istis paucis diebus, quibus moratura est hic Venetiis, habeat pro expensis singulo die ducatos tres a nostro communi, ut possit cum illis, qui apud eam sunt, ducere vitam suam.

Senato Misti. Vol. 48, pag. 98 tergo, u mletačkom arkivu.

II. God. 1409. 21 kolovoza, u Mletcih.

Primljeno, da se obdare Ladislavovi poslanici sa 1200 dukata, pošto su se iz Zadra povratili i dobro obavili svoj posao.

1409. die vigesimoprimo augusti. Capta. Cum pro executione negotiorum Jadre, que fuerunt et sunt tantum cordi nostro dominio, sicut quilibet considerari potest, fuerit iudici Pandelo data bona spes pro habendo eumdem propicium, et postea in adventu domini Bartholomei de Duce, alterius ambasciatoris domini regis Ladislai, data fuerit bona spes, et dictum eis, quod expediti de Jadra reverterentur Venetias, Et dicti ambasciatores redierint, et adimpleverint omnia nobis promissa. Et bonum sit et honor nostri dominii providere, quod dicti am̃basciatores recedant bene contenti pro his, que occurrere possent; vadit pars, quod collegium domini, consiliariorum, capitum et sapientum utriusque manus habeant libertatem expendendi in dictis ambasciatoribus ducatos mille et ducentos per illum modum, qui dicto collegio vel maiori parti videbitur. De parte omnes alii, de non 14, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV pag. 53 tergo, u mlet. arkivu.

III. God. 1409. 24 kolovoza, u Mletcih.

Riešeno, da se pošalju dva poslanika kralju Sigismundu, i da se odgovori na njegov list.

1409. die vigesimoquarto augusti. Capta. Cum iam pluribus et pluribus diebus elapsis illustrissimus dominus Sigismundus rex Hungarie nobis scripserit, ut non vellemus impedire ipsum dispositum ire ad ponendum campum contra Jadram, et ad hanc litteram fuerit data responsio ita oretenus latori suarum litterarum, quod responderemus eidem domino regi per nostram ambasciatam, que divulgatio ambasciate mittende, prout cre-

dendum est, fuèrit causa permulcendi aliquantulum animum turbatum ipsius domini regis. Et ob hoc consideratis his, que scribunt nobis provisores nostri Jadre de treuguis, quas petit, et de verbis, que mittit eis dicendo banus Sclavonie, et specialiter, quia consulunt dicti provisores, quod mittatur ambasciata, sed multo plus considerata littera nuper etiam scripta per dictum dominum regem Hungarie, quia licet loquatur satis honeste, tamen gravatur, et continentia ipsius littere potest satis comprehendi, non deberi ipsi domino regi displicere sed potius placere viam concordii; vadit pars consideratis predictis, et quod promissum fuit de mittendo ambasciatam nostram, et multo plus habito respectu, quod pro nobis non facit intrare in guerram cum ipso domino rege, quod sine pluri dilatione, ut ipse dominus rex perseveret in capiendo bonam spem accordii cum nostro dominio et non se disponat vel preparet ad vias et modos inimicabiles, debeant eligi per scrutinium in hoc consilio duo nostri solemnes oratores, qui possint accipi de omni loco et officio, et de iudicatu peticionum, et de advocatoribus et auditoribus, non possendo accipi de sapientibus consilii pro non impediendo facta terre; habeant et ducant secum tres famulos et duos ragatios et unam saumam pro quolibet, unum notarium cum uno famulo, unum expensatorem et unum coquum inter ambos, et habeant pro toto hoc viagio ducatos centum, possint expendere ducatos quinque pro quolibet omni singulo die in omnibus expensis eis occurrentibus exceptis scortis, agociis equorum et nabulis navigiorum. Respondeant die, qua eligentur vel altera ad tercias, et non possint refutare sub pena ducatorum centum, nec possint refutare pro eundo extra salvo transeundo alpes vel Quarnarium et stando ultra dicta confinia duobus mensibus, et recedant ad beneplacitum dominii cum illa commissione, que sibi dabitur per hoc consilium, et nihilominus pro anticipando tempus, et ut ipse dominus rex sit certus de nostra bona intentione et de accessu nostre ambasciate, scribantur nostre littere responsales dicto domino regi in hac forma:

Serenissime princeps et illustrissime rex. Cum devoto caritatis affectu, quem semper gessimus, gerimus et gerere intendimus magestati vestre, literas vestras datas Bude secundo die mensis instantis super emptione civitatis Jadre per nos facta aliqua continentes recepimus, et plenarie intelleximus, ad que, quia hec materia melius et plenius vive vocis oraculo quam stili officio exprimi potest, nos dispositi meram et intrinsecam amiciciam hinc inde vigentem nedum conservare, sed totis sensibus augere, per nostram solemnem ambaxatam, declaraturam mentem et intentionem nostram, responsionem dabimus maiestati vestre predite. Et iam elegimus ambasciatores nostros, qui in brevi erunt ad presentiam vestram. Et licet simus certi, quod securi sine aliquo dubio possunt ad conspectum et per regnum vestrum accedere, tamen quia forte dubitare possent propter divulgationes, que fiunt, precamur vestram serenitatem; ut placeat concedere nobis portandum per latorem presentium pro dictis ambasciatoribus, comitiva, familia et rebus salvum conductum vestrum regium in sufficiendi forma, ut confidentius se disponant ad iter. De parte 109, non 18, non sinceri 8.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV. pag. 50, u mletačkom arkivu.

IV. God. 1409. 24 kolovoza, u Mletcih.

Ovlašćuju se providuri u Zadru, da mogu sklopiti primirje, ako bi ga svakojako zahtievao slavonski ban korbavski knez, te im se zabranjuje osvajati ona miesta, koja se nalaze u Sigismundovoj vlasti.

1409. die vigesimo quarto augusti. Cum provisores nostri Jadre per suas litteras datas Jadre sexto mensis presentis scripserint nostro dominio multa eisdem notificata pro parte domini comitis Corbavie banni Sclavonie; et inter alia per litteras suas replicatas et datas die decimo presentis scripserint, quod dictus comes requirebat, quod fierent alique treugue inter eos per illud tempus, quod videretur conveniens, infra quod cives et subditi utriusque partis possent ire hinc inde tute et sine ullo impedimento, et quod isto interim dicti nostri provisores non accipiant aliquid de terris Sclavonie, que tenentur nomine regis Sigismondi, quia et ipse non accipiet aliquid de his, que tenemus in partibus illis, qui nostri provisores petunt nostrum mandatum super hoc, ut possint secundum nostram intentionem et mandatum respondere, et necessarium sit super hoc providere; vadit pars, quod respondeatur dictis nostris provisoribus Jadre in hoc forma: quod his diebus elapsis recepimus litteras suas multa et diversa continentes et inter alias suas datas decimo instantis super his, que habuerunt ab ambasciatoribus comitis Corbavie, ex quibus omnibus remansimus plene informati de his, que occursa sunt et secuta per eos secundum mandata nostra in partibus deinde, pro quibus suam sapientiam et sollecitudinem commendantes, respondemus ad factum comitis Corbavie: Quod si idem dominus comes requireret amplius eos de treuguis predictis fiendis inter partes, respondeant, sicut alias responderunt: que responsio nobis valde placuit, videlicet: quod ubi erat et est bonus amor et bona amicicia nullaque discordia, non est opus, quod fiant treugue nec apponatur aliquis terminus, quia melior treugua, que possit esse, est bonus amor et perfecta amicicia; et cum his et aliis verbis, que eis velut sapientibus videbuntur necessaria, provideant suo posse, quod sit contentus non facere dictas treuguas. Si vero idem dominus comes instaret et vellet, quod fierent treugue, tunc relinquatur in libertate dictorum provisorum faciendi treuguas predictas per illud tempus, quod eis videbitur, nam ipsi, qui sunt presentes factis, melius scient super facto dicti temporis providere. Ad id autem, quod requirit dictus comes, quod dicti nostri provisores non accipiant aliquid de terris Sclavonie, que tenentur nomine dicti regis Sigismondi etc., si idem dominus comes vellet super hoc declarari, debeant dicti nostri provisores respondere, quod non habent in mandatis a nobis de impediendo, offendendo vel intromittendo se de terris et locis predictis, et sine nostro mandato hoc nullo modo facerent; et sic mandatur dictis provisoribus, quod de aliquibus terris et locis, que tenerentur per dictum dominum regem Sigismondum, non debeant de cetero se impedire, intromittere nec aliquid tractare, sed supersedere debeant, donec aliud fuerit per istud consilium terminatum et eisdem in mandatis datum. De parte 85, de non 9, non sinceri 12.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 50, u mletačkom arkivu.

V. God. 1409. 27 kolovoza, u Mletcih.

Mletačka republika odobrava odgovor dan od njezinih providura poslaniku kneza Hrvoje, te da bi rado vidjela kneževo poslaničtvo u Mletcih.

Capta. Quod respondeatur provisoribus nostris Jadre ad ea, que nobis scripserunt super ambasciata sibi facta ex parte duche Crevoie, quod audivimus et intelleximus omnia sibi dicta ex parte Crevoie predicti, audivimus etiam responsionem per eos factam bene et sapienter, pro quibus omnibus sapientiam et solicitudinem suam merito commendantes, respondemus, quod nobis multum placuerunt ea, que responderunt predicto ambasciatori Crevoie. Verum quia tetigerunt, quod dictus ambasciator dixerat, quod si videretur dictis nostris provisoribus, libenter mitteret suam ambasciatam Venetias etc., ad hoc dicatur et respondeatur provisoribus predictis, quod multum placeret nobis, quod dictus Crevoia mitteret Venetias ambasciatam suam; et propterea si dicti nostri provisores viderent aliquem modum possendi notificare facere vel alium modum tenere bonum et idoneum, quod dictus Crevoia mitteret suam ambasciatam, hoc multum placeret nobis, quia libenter vellemus, quod dicta ambasciata huc veniret, facendo hoc ita honeste et cauto modo, quod non posset perpendere a nobis hoc procedere.

Secreta cons. rog. IV 52, u mlet. arkivu.

VI. God. 1409. 2 rujna, u Mletcih.

Imenovan odbor, koj će se dogovarati s Jelenom gospodaricom Zete tada u Mletcih i s njezinim sinom Balšićem od nje zastupanim.

Capta. Cum actenus nihil factum vel conclusum sit cum domina Elena Stracimiri, que diu hic stetit, et bonum sit ymo penitus necessarium providere super factis suis, ut nos sciamus, et ipsa sciat, qualiter habemus vivere simul; vadit pars, quod ser Robertus Mauroceno et ser Jacobus de Rippa miles cum uno ex sapientibus ordinum ire debeant ad dictam dominam Elenam totiens, quotiens fuerit opportunum, ad praticandum secum super his, que petit a nostro dominio. Quibus ex nunc comittatur, quod debeant procurare et instare secum cum illis modis, verbis et rationibus, que suis sapientiis videbuntur, quod ipsa sit contenta non velle nec petere aliquam terram, castrum vel fortilicium partium Albanie a nostro dominio preter Buduam, que sibi alias promissa fuit. Et in isto casu, si erit contenta ut supra, possint promittere sibi nomine nostri dominii ad partem ad partem usque ad summam ducatorum duorum millium auri de redditu singulo anno de introitibus locorum de inde, et a dicta quantitate infra, sicut melius poterunt pro bono nostri dominii, remanentibus in libertate et potestate nostra omnibus terris, locis, fortiliciis et districtibus, qui et que sunt a Sutormano versus lacum usque ad Boianam ad introytum flumarie et sic veniendo per mare usque sanctam Mariam de Reteo secundum formam pacis facte in Durachio. Et quum istud obtineri non posset, quod obtineatur saltem a Sutormano per coronam montanee desuper Antibarum versus et subtus Dulcignum; declarando per talem modum loca et villas, qua sunt intra istos confines et districtus, quod quilibet cognoscat sua.

Item quod dicta domina Elena et Balsa promittant, quod per suos non fient alique novitates, furta vel robarie nostris subditis, quia e converso nos similiter promittemus. Et si per aliquem de suis comitterentur alique robarie vel furta contra aliquos ex nostris, quod ipsi facient fieri debitas restitutiones et satisfactiones cum effectu; et similiter si per nostros fierent novitates, furta vel robarie contra suos, quod nostra dominatio teneatur facere fieri debitam restitutionem vel emendam, et insuper procurare, quod ruinetur illa bastita de Celestrina. Et si poterunt obtinere ut predicitur, bene quidem, sin autem, trahant ab ea quidquid poterunt, et postea cum his, que habuerint de intentione sua, venient ad istud consilium, et providebitur, sicut melius apparebit.

Secreta cons. rog. IV 55, u mlet. arkivu.

VII. God. 1409. 2. rujna, u Mletcih.

Providurom u Zadru, neka nastoje popraviti tvrdjavu pred Zadrom i sazidati novu uz gradske zidine.

1409. die 2 septembris. Ser Tomas Mozenigo procurator, ser Albanus Baduario, ser Nicolaus Victuri sapientes consilii; ser Leonardus Victuri, ser Franciscus da Musto sapientes ordinum.

Cum provisores nostri Jadre per suas litteras datas die XVIIII. mensis augusti scripserunt nostro dominio suas opiniones et ingeneriorum circa factum citadele fiende pro reduti et habitatione stipendiariorum nostrorum equestrium, et qualiter principiaverant a castro portus ad faciendum cavare foveas et ad fortificandum illud, addentes, quod ser Leonardo Mozenigo et ser Fantino Michael et ser Antonio Contareno videretur, quod dicta citadela fieri debeat a parte levantis in uno angulo civitatis, ubi est quedam turris vocata Babiarum, cum aprehensione et latitudine in litteris suis distincte contentis, et istius opinionis est ser Franciscus Cornario, videlicet quod fiat in dicto loco, sed fiat maior eo, quod volent suprascripti tres provisores, ingenerii autem opiniones, quod fiat a parte ponentis, prout in suis opinionibus apparet, et necessarium sit dare responsionem provisoribus predictis, ut sciant, quid agere habeant; vadit pars, quod respondeatur dictis provisoribus nostris, quod audivimus et intelleximus omnia, que nobis scripserunt super facto citadele predicte; audivimus etiam opiniones eorum et rationes et causas, propter quas sunt illarum opinionum, et qualiter inceperunt laborare circa castrum; quibus omnibus mature examinatis, eisdem mandetur, quod postpositis omnibus laboreriis debeant sollicitare et attendere ad fortificandum castrum et faciendum cavare foveas et facere illas reparationes, que erunt necessarie, secundum quod sapientiis suis videbitur, ut presto reducantur in bona fortitudine, cum intentio nostra sit, quod ante omnia alia laboreria castrum predictum fortificetur. Quo fortificato et reparato cum illis laboreriis, que ad illud pertinent, sicut scripserunt, debeant dicti provisores attendere ad faciendum dictam citadelam per illum modum et sicut continetur in opinionibus ser Leonardi Mozenigo, ser Fantini Michael et ser Antonii Contareno, videlizet quod dicta citadela fieri debeat a capite terre versus levante ad unum angulum muri,

ubi est una turris vocata turris Babiarum, incipiendo a turri Babiarum et tenendo versus pontem capiantur pertice XXX de muro civitatis, qui iam factus est; et ab alia parte, incipiendo ab ipsa turri et tenendo versus portam civitatis, capiantur de dicto muro civitatis pertice XXIIII, qui murus similiter factus est; et incipiendo ab isto capite et intrando in civitatem capiantur pertice XXXVII de terreno, super quo faciant fabricare totidem perticas de muro pro illa facie; et a capite dicti muri huius faciei, tendendo ultra pro volendo coniungere aliam faciem cum muro terre, capiantur pertice XVIII de terreno, super quo fabricetur alia facies dicti muri, ita quod dicta citadela veniat circuire in totum hoc modo perticis centum novem, quarum perticarum singula est pedibus sex venetis; ac faciendo fieri illas portas et turres in citadela predicta, que erunt necessarie ad defensionem et fortificationem eiusdem. Verum quia dicti provisores scribunt, quod pro faciendo laboreria predicta est omnino necesse incipere a fovea terre scilicet ad cavandum illam pro ponendo terram in insula, quia de saxo, quod incidetur de dicta fovea, habebuntur lapides ad sufficentia pro faciendo dictam citadelam et alia laboreria, que essent necessaria fieri etc.; respondeatur, quod, sicut ipsi sciunt, misimus ad eos aliquos taiapetras, a quibus potuernnt informari, utrum dictum saxum incidi poterit habiliter vel ne, et si poterit incidi, tunc faciant illud incidere, ut habeantur lapides pro dicta citadela et aliis laboreriis necessariis. Et insuper faciant cavare foveas dicte citadele, et dare principium foveis predictis taliter, quod' caventur, ut dicta citadela reducatur presto in fortitudine; et in casu, quo saxum de extra incidi non posset, relinquimus in libertate vestra providendi de lapidibus et calce, sicut videbitur fore necesse pro citadela predicta. De parte 28.

Ser Rambertus Quirino, ser Marcus Dandulo, sapientes consilii. Capta. Quia sicut per litteras, que nobis scribunt provisores nostri Jadre, satis aperte comprehenditur, quod super facto citadele fiende sunt diversi in opinionibus et similiter ingenerii, qui ibi sunt, et istud factum sit magne importantie, et fiendum cum bona deliberatione; vadit pars, quod respondeatur dictis nostris provisoribus, quod audivimus et intelleximus opiniones suas, quas habent super facto citadelle fiende; et quia videmus, quod ipsi et ingenerii nostri sunt diversi in opinionibus, sicut scribunt, mandetur eis, quod debeant solicitare, invigilare et attendere ad fortificandum castrum nostrum Jadre, et ad cavandum foveas, et ad faciendum alia laboreria necessaria circa dictum castrum, sicut scripserunt, ut presto reducatur et ponatur in tali fortitudine, quod de ipso nequeat dubitari, cum intentio nostra sit, quod dictum castrum sine amissione temporis fortificetur, et interim debeant sincere experiri, si saxum fovee fiende pro ponendo terram in insula habiliter incidi potest, et cum quanta expensa incideretur et cavaretur fovea predicta; similiterque debeant clarius se informare super facto citadele predicte, et examinare expensam, ad quam ascenderent, faciendo illam per aliquem trium modorum secundum tres opiniones, quas habent, et ultra hoc debeant se informare, si fieret dicta citadela a parte levantis, quot galee possent ibi se reducere et stare; ut cum venerint Venetias cum suis opinionibus et informationibus, quas habuerint tam de loco dicte fovee fiende de extra et circa dictam citadelam providere, sicut videbitur opus esse. Et si interim videretur

eis de fortificando portam a parte terre, relinquatur in libertatem eorum faciendi fortificare dictam portam, prout eisdem videbitur opportunum; et similiter provideant de faciendo compleri illam turrim, que iam incepta est, si eis videbitur. De parte 49, de non 12, non sinceri 6.

Senato. Misti. Vol. 48 p. 103, u mletačkom arkivu.

VIII. God. 1409. 5 rujna, u Mletcih.

Odgovor na pitanja zadarske občine.[1]

1409. die quinto septembris. Dominus, 2 sapientes ordinum, 2 sapientes consilii. Capta. Quod fiat responsio ambasciatoribus communitatis Jadre ad capitula per eos porecta et primo:

Ad primum capitulum continens, quod fideles et subditi prefate dominationis nobiles Jadre remaneant in officiis et regiminibus eorum, uti primo fuerunt, ita tamen, quod dicti fideles nullum salarium habere debeant a communi, cum hac declaratione, quod regi debeant secundum statuta et reformationes Jadre. Et quod comes mittendus Jadram possit interesse omnibus determinationibus et sententiis fiendis per quoslibet[2] officiales seu rectores sive judices maioris curie Jadre sive iudices consulum et alios officiales quoscunque, quorum in quolibet officio sunt tres. Et quid per dictum dominum comitem et dictos tres officiales seu per maiorem partem eorum, existente dicto domino comite in opinione maioris partis, fuerit factum et terminatum, sit firmum et executioni mandetur. Sed si dictus dominus comes solus esset in opinione cum uno rectore tantum, et alii duo rectores essent alterius opinionis, quod isto casu

---

[1] *Ova listina nalazi se u rukopisu Zadarskoga arkiva* „Ducali e terminationi. Libro I. c. 1—2" *u formi povelje odpravljene na Zadarsku občinu, te ovako počima:*

Michael Steno dei gracia dux Veneciarum etc. Nobilibus et sapientibus viris Leonardo Mocenigo et . . . sociis de suo mandato provisoribus Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Comparuerunt ad nostram presenciam ambasciatores communitatis nostre Jadre porrigentes certa capitula, quibus capitulis cum consiliis nostris rogatorum et addictionis facimus responsionem, prout hic inferius videbitis contineri. Tenor autem dictorum capitulorum et nostrarum responsionum talis est, videlicet primo. Ad primum capitulum continens etc.

Ovdje se navadja doslovce ono osam Zadarskih molba i dotičnih riešenja mlet. senata (izuzam ono malo razlika, koje smo pod listinom pobilježili), kao što stoje u ovoj listini do riečih ut aliquid scribat super hoc, *te se zaključuje ovako:*

Que omnia suprascripta et in suprascriptis capitulis et quolibet eorum contenta durent ad beneplacitum nostri dominii. Et propterea fidelitati vestre cum dictis nostris consiliis mandamus, quatenus suprascripta, in quantum ad vos spectat, observare et observari facere inviolabiliter debeatis, facientes has nostras literas in cancelaria nostra deinde ad futurorum memoriam registrari. Date in nostro ducali palatio die duodecimo mensis septembri MCCCCVIIII. indictione III. A tergo. Nobilibus et sapientibus viris Leonardo Mocenigo et . . . sociis provisoribus Jadre et successoribus suis.

[2] quoscunque.

opinio domini comitis cum uno rectore intelligatur maior pars. Verum si aliquis[1] senserit se gravatum a sententiis latis per dominum comitem et curiam rectorum vel aliorum officialium, possit appellare ad ducale dominium cum modis et solemnitatibus traditis per statuta et reformationes Jadre. Item quod de sententiis et terminationibus, que fierent per aliquos officiales a centum libris infra, reputantes se gravatos, possint appellare ad dictum dominum comitem et rectores, et a sententiis autem latis a centum libris supra possint appellare ad ducale dominium cum solenitatibus ut supra.

Respondeatur, quod dominatio nostra, volens dictos fideles et subditos suos Jadre benigno affectu habere recomissos, et erga ipsos suam benignitatem ostendere, est contenta, quod dicti fideles et nobiles Jadre possint congregare suum consilium de voluntate et consensu comitis nostri, qui ibi per tempora erit, cui consilio interesse debeat dictus[2] comes, et in dicto consilio elligant quatuor consiliarios, qui esse debeant penes dictum comitem, qui comes simul cum dictis consiliariis exerceat et faciat omnia ea, que faciebant comes et rectores, qui tunc erant. Et si in hiis, que terminare habebunt, non possent esse concordes, debeat dictus comes solus terminare et sententiare secundum deum et iusticiam et honorem nostrum et communis Veneciarum et bonum communitatis Jadre. In criminalibus autem debeat dictus comes habere consilium predictorum[3] consiliariorum, quo habito, terminare et sententiare debeat, prout sibi secundum deum et justitiam et honorem nostrum videbitur convenire; exceptis crimine prodicionis, violationis mulierum, incendii fraudulentes et raubarie et piratice, super quibus nulla data noticia consiliariis predictis, faciat, terminet et sententiet, prout sibi videbitur fore de iure terminandum et sententiandum Reservata semper libertate quibuscunque fidelibus nostris Jadre possendi se appellare in Venetiis de omnibus sententiis et terminationibus per dictum comitem et eius curiam factis. Elligant quoque in dicto consilio iudices civilium maioris curie et iudices consulum cum conditionibus solitis. Elligant quoque tribunos, iudices examinatorum, advocatos communis et advocatos per curias secundum conditiones solitas, non habendo salarium. Officiales autem de nocte non est necessarium elligere, quia custodia civitatis pertinet comiti nostro, officiales autem procuratorum et camerarios communis ac comites insularum non opportet amplius elligere, nam intendimus mittere Jadram unum camerarium de Venetiis, et volumus similiter, quod unus alius elligatur in Jadra, qui simul cum uno scriba, eis deputando, teneant ordinate computa omnium introytuum et expensarum nostri communis Jadre; et id, quod spectabat dicto officio procuratorum et officio comitum insularum, exequatur et fiat per camerarios predictos. Dicti autem officiales elligi debeant cum ista conditione, quod omnes vollentes se appellare de sententiis, terminationibus vel aliis actis factis per dictos iudices et officiales, possint appellare ad dictum comitem et consiliarios, et si dictus comes cum dictis consiliariis vel cum maiori parte erit concors in laudando vel

[1] quis.
[2] dominus.
[3] dictorum quatuor.

annullando dictas sententias, terminationes vel alios actus factos per iudices et[1] officialos predictos, bene quidem, et tunc exequatur, sicut per eos fuerit terminatum. Si vero dictus comes et consiliarii essent discordes, tunc comes solus faciat et terminet in dictis appellationibus, sicut sibi videbitur fore iustum, et sicut terminabit, ita executioni mittatur. Verum si reputantes se gravatos de terminationibus, quas facient dictus comes et consiliarii, vel dictus comes solus in laudando vel annullando[2] dictas sententias, terminationes vel alios actus, voluerint appellare, possint se appellare Venetiis ad auditores nostros sententiarum, et dictus comes teneatur dictis appelationibus respondere.

Ad secundum capitulum continens, quod dicti fideles nobiles Jadre habeant communitatem eorum hoc modo, quod de introytibus communis Jadre habeant communitatem eorum hoc modo, quod de introytibus communis Jadre silicet datiorum et incantuum debeat solvi ultra salarium comitis, salarium castellani[3], unius notarii ad civilia, unius notarii ad criminalia, unius phisici medici, unius ciroyci, unius magistri scolarum; residium autem expendatur cum voluntate domini comitis per commune Jadre et potissime in solvendo debita communis Jadre; respondeatur, quod volumus, quod omnes introytus quomodocumque spectantes communitati Jadre veniant in nostrum commune pro faciendo expensas necessarias deinde. Verum ut cognoscant bonam dispositionem nostram erga eos, sumus contenti, quod habeant de introytibus communis pro solvendo cancellario, uni notario ad civilia, uni notario ad criminalia, uni medico phisico, et uni ciroyco, et uni magistro scolarum ducatos sexcentos, quos dividant inter predictos, sicut eis melius videbitur.

Ad tercium capitulum continens, quod comes Pagi et alii officiales necessarii mittantur per commune Jadre, ut hactenus fuit; respondeatur, quod dominatio nostra providebit de mittendo dictos comitem et officiales Pagi de Venetiis, sicut servebatur temporibus retroactis.

Ad quartum capitulum continens, quod omnes nobiles et populares, qui sunt absentes timore officialium regiorum, quocunqe modo, sive sint condemnati sive non, possint libere venire ad habitandum in civitate Jadre, sicut alii cives habitant, cum restitutione omnium suorum bonorum non obstantibus aliquibus privilegiis regis Ladislay aut eius officialium loquentibus super donatione aliquarum possessionum aliquorum civium; respondeatur, quod super dicto capitulo nostra dominatio vult habere informationem, qua habita, postea providebit per illum modum, qui erit iustus et rationabilis, ita quod quilibet habebunt merito contentari.

Ad quintum capitulum continens, quod expellantur aliqui malivoli et scandalosi de Jadra, et sint et intelligantur perpetuo banniti; respondeatur, quod nostra dominatio vult super contentis in dicto capitulo informari, et habita bona informatione, providebit, prout videbitur opportunum.

Ad sextum capitulum continens, quod, quia rex Ladislaus tenetur communi Jadre ex causa mutuy sibi facti in ducatos duobus milibus et

---

[1] vel alios.

[2] anichilando.

[3] cancelarii.

octingentis. ut potet per publica instrumenta, quod prefata dominatio faveat nobis in scribendo prefato[1] regi vel alium modum tenendo pro recuperatione dicte pecunie. Et similiter, quod dicti regii officiales solvant specialibus personis, ubi constat de debitis per publica documenta; et similiter super facto incedii facti in civitate Jadre per gentes dicti regis dominatio provideat, uti suo honori convenire videbitur; respondeatur, quod nostra dominatio scribet profato domino regi, ut ipsi rehabeant pecunias suas in illa forma, que erit conveniens et honesta; ad factum autem incedii non videbitur nostro dominio honestum dicto domino regi aliquam facere mentionem.

Ad septimum capitulum continens, quod abbatia sanctorum Cosme et Damiani de Rogova, cuius partem tenebat castellanus Aurane, reintegretur et restituatur abbati; respondeatur, quod nostra dominatio nullam habet informationem super contentis in dicto capitulo, sed habita informatione, providebit, prout rationabiliter videbitur[2] providendum.

Ad ultimum capitulum continens, quod quia abbas sancti Grisogoni de Jadra est captivus in castro Capuane in Napoli sine aliqua causa legittima, et Benedictus de Gallo in Neapoli, quod dignetur dominatio supradicta scribere dicto regi pro liberatione eorum; respondeatur, quod nostra dominatio nullam de captivatione predictorum habet informationem, et ideo non est necessarium, ut aliquid scribat super hoc.

Verum ut omnes cives et fideles nostri Jadre cognoscant amplam gratiam et benignam dispositionem nostri dominii erga dictos cives et fideles nostros Jadre, eisdem de gratia concedimus, quod dicti cives et fideles nostri Jadre sint cives nostri Venetiarum de intus, cum omnibus illis conditionibus, quibus sunt alii nostri cives Venetiarum de intus.

Que omnia suprascripta et in superscriptis capitulis et quolibet eorum contenta durent ad beneplacitum nostri dominii. De parte 59, non 1, non sinceri 6.

Ser Barnabas Lauredano consiliarius, ser Nicolaus Victuri sapiens consilii. Volunt, quod ad primum capitulum respondeatur, quod nostra dominatio, volens dictos fideles et subditos suos Jadre benigno affectu habere recomissos, et erga eos suam benignitatem ostendere, est contenta. quod dicti fideles et nobiles Jadre possint congregare suum consilium de voluntate et consensu comitis, qui ibi per tempora erit, cui consilio interesse debeat dictus comes, si sibi placuerit, et in dicto consilio elligant, secundum ordines suos, quatuor consiliarios, qui esse debeant penes dictum comitem, qui comes simul cum dictis consiliariis audiat omnes querimonias et lites, que erunt et ventilabunt inter subditos et fideles nostros Jadre, diffiniat et terminet sicut videbitur de jure terminandum, cum non sit necessarium officium predictum maioris curie civilium. Et si in litibus et questionibus coram dicto comite et consiliarios predictos vertentibus in civilibus, dicti comes et consiliarii non essent concordes, volumus, quod remaneat in arbitrio et potestate dicti comitis terminandi et sentenciandi secundum statuta et ordines civitatis Jadre, dummodo sint secundum deum et justitiam et honorem nostrum

---

[1] eidem.

[2] fuerit.

et comunis Venetiarum et bonum comunitatis Jadre. Et id, quod terminabitur, debeat executioni mandari. In criminalibus autem debeat dictus comes habere parere predictorum consiliariorum, quo habito, terminare et sententiare debeat, prout sibi secundum deum et justitiam ac honorem nostrum videbitur convenire, exceptis crimine prodictionis, violationis mulierum, et incendii fraudulentis et robariarum et piratice, super quibus nulla data noticia consiliaris predictis, faciat, terminet et sentenciet, sicut sibi videbitur fore de iure terminandum et sententiandum, reservata semper libertate et arbitrio quibuscunque fidelibus nostris Jadre possendi se appellare in Venetiis de omnibus sententiis et terminationibus per dictum comitem et eius curiam factis.

Elligant quoque in dicto consilio iudices consulum cum libertate et conditionibus solitis, et ultra libertatem, quam habent super facto mercationum, sicut in aliis possunt sententiare a centum libris infra, ita possint sententiare et terminare a libris CC et inde infra. Et sit in libertate reputantium se gravatos de sententiis per dictos iudices consulum latis posse se appellare coram comite et consiliariis predictis, et in appellationibus predictis (illud quod) fuerit per dictum comitem et consiliarios vel comitem solum terminatum, sit firmum et executioni mandetur, cum omnibus aliis conditionibus contentis in parte domini.

De parte 35.

Misti. XXXXVIII. 103, u mlet. arkivu.

IX. God. 1409. 5. rujna, u Mletcih.

Mletčani podieljuju Zadranom gradjansko pravo.

Michael Steno dei gracia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris presens privilegium inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis nostra nostrorumque celebris providencia precessorum in liberalitatis et graciarum operibus solita celeberime conversari solertibus semper studiis consuevit eos, quos ad nostri status et culminis augmentum sincera fidelitate et constanti devotione aspirare cognovit, amplis favoribus et dignis honoribus prevenire, eoque magis, quo eorum fidelitas maior et devocio constancior speratur, et exinde eorum animos laudabilesque propositos augere, ac se et sua in nostris honoribus exponere non formidant, ceterique huiusmodi considerantes ad id simile se disponant. Attendentes igitur fidelitatis et devocionis integerime plenitudine, quam in egregios nobiles cives et universam communitatem civitatis nostre Jadre vera experientia comprobamus, et in futurum maiorem et fervenciorem reperire non dubitamus; volentes, quod eorum fidem et devocionem dignis retribucionibus compensare, vobis omnibus et singulis harum serie volumus esse notum, quod prefatos universos nobiles cives et fideles nostros Jadrenses in Venetos et cives nostros de intus graciose recepimus, et Venetos et cives nostros de intus fecimus et facimus, et pro Venetis et civibus nostris in civitate nostra Veneciarum habere et tractare et haberi volumus et tractari ipsos et eorum quolibet, sincere benevolencie brachiis amplexantes, et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis, immunitatibus, privilegiis et honoribus, quibus alii Veneti et cives nostri de intus gaudent

et perfrui dignoscuntur, prefati nobiles cives et fideles nostri Jadrenses in Venetiis perpetuo gaudeant et utantur. Cum autem nobiles et communitas nostra Jadre ad presenciam nostre dominacionis transmiserint duodecim nobiles civitatis nostre Jadrensis in suos ambasciatores honorabiles et solemnes ad inclinandum nostro dominio, certas alias gratias similiter implorando sub credentialibus literis et comissione eisdem a nobilibus et communitate Jadre exhibitis, quos benigne et graciose suscepimus et allacriter vidimus uti carissimos et devotissimos uostros, decem ex oratoribus suprascriptis, infirmantibus aliis duobus, in conspectu nostro constituti, nomine suo proprio et nomine ceterorum nobilium et civium ac fidelium nostrorum Jadre nobis in signum constanciorls fidelitatis et devocionis solemniter ad sancta dei evangelia prestiterunt fidelitatis debitum iuramentum. Nomina quidem dictorum nobilium iurancium sunt hec, videlicet: spectabiles et nobiles milites Guido de Matafarris, Paulus de Georgiis, Jacobus de Raduchis legum doctor et Simon de Detricho, ac viri nobiles et prudentes Michael de Soppe, Thomasius de Petrizo, Simon de Fanfogna, Simon de Zadulinis, Cressius de Zivalellis et Simon Cose de Begna; spectabilibus et nobilibus viris Anthonio de Grisogonis milite et Cressio Reynerii de Varicassis propter infirmitatem absentibus. In cuius rei fidem et evidenciam pleniorem presens privilegium fieri iussimus, et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palacio anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo nono, mensis septembris die quinto, indictione tercia.

Ducali e terminazioni. Libro I. c. 1, u zadarskom arkivu.

X. God. 1409 5 rujna, u Mletcih.

Dopušća se, da njeki plemići hrvatski uživaju njeka odprije njihova imanja u novogradskom kotaru.

1409. die 5 septembris. Sapientes consilii. Scripserunt nuper nostro dominio ser Leonardus Mozenico, et ser Antonius Contareno provisores nostri Jadre, quod per castellanum nostrum Novigradus noviter fuerunt informati, quod magnificus dominus Karolus comes Corbavie et alii barones illarum partium, qui sunt sub domino rege Sigismundo, miserunt ad requirendum dictum castellanum, quod, quia habent aliquas suas villas et possessiones sub castro Novigradus, que sibi accepte fuerunt indebite per gentes regis Ladislay tanquam a servitoribus et subditis regis Sigismundi et donate aliquibus civibus Jadre, ipsi vellent facere vendemiare et colligere suos fructus vel non. Qui nostri provisores, volentes informari, qualiter consistebat factum predictum, habuerunt informationem per aliquos et maxime per castellanum, quod quam plures ville et possessiones, site sub castro Novigradus, spectabant et pertinebant veris et iustis titulis dictis comitibus Corbavie et aliis baronibus regis Sigismundi; que ville et possessiones fuerunt eis accepte violenter et per indirectum per gentes regis Ladislay, quas postea dictus rex Ladislaus donavit certis civibus Jadre. Qua informatione audita, nolentes facere aliquam deliberationem sine nostro mandato, scripserunt nobis, suppliciter, quod dignemus eis respondere et eis mandare, si dominatio nostra vult, quod remaneant dictis civibus Jadre modo, quo fuerunt sibi date

per regem Ladislavum, vel quod restituantur dictis comitibus vel baronibus, quorum erant juridice. Super quibus est omnino necessarium respondere dictis uostris provisoribus; vadit pars, quod respondeatur dictis nostris provisoribus, quod examinavimus et consideravimus super facto villarum predictarum, et contulimus etiam super materia predicta cum aliis, qui de hoc sunt informati; et cupientes, quod civitas nostra Jadre sit in pace et similiter alia loca nostra deinde, si videbitis, quod propter restitutionem dictarum villarum fiendam dictis comibibos Corbavie et aliis baronibus, quod possitis conservare bonam pacem et convicinia cum eis, sumus contenti, quod dictis villis, que fuerunt sue, non obstante aliqua donatione per regem Ladislaum civibus Jadre facta, dicti comites et barones possint gaudere et usufructuare, donec per nostrum dominium aliter fuerit terminatum; et sic ortantur ambaxatores Jadre, qui hic sint.

De parte 77, non 7, non sinceri 11.

Misti XXXXVIII. 104, u mlet. arkivu.

XI. God. 1409. 7 rujna, u Mletcih.

Mletčani nedozvoljavaju Zadranom, da oni imenuju pažkoga kneza, a gledenješto hrane, da je njihova, ako su ju svojim novcem nabavili.

1409. die 7 septembris. Dominus et 2 consiliarii, 1 caput de XL et 1 sapiens consilii. Quia isti ambasciatores Jadratini, auditis responsionibus nostris, non videntur esse bene contenti de deliberatione nostra mittendi de hinc nostrum comitem ad insulam Pagi, et bonum sit pro omni respectu contentare eos de hoc; vadit pars, quod concedatur de gratia dictis Jadratinis, quod elligant et mittant dictum comitem Pagi per illum modum, et sicut mittebatur, ante quam nunc haberemus dominium dicte terre, cum salario solito, videlicet librarum VIII centum parvorum de illa moneta, ut dicunt, cui detur sacramentum per comitem Jadre de exercendo legaliter regimen suum, hoc expresse declarato, quod de sententiis et terminationibus et aliis actibus iudiciariis, qui et que fient per comitem Pagi predictum, possit appelari ad comitem nostrum Jadre, qui habeat libertatem approbandi et anichilandi ac reformandi dictas sententias, terminationes et actus judiciarios, qui fient per dictum comitem Pagi, prout ipsi nostro comiti Jadre justum videbitur. Et de approbatione, anichilatione et reformatione, quas faciet superinde comes Jadre, illi, qui se gravarent, possint se appellare ad auditores nostros sententiarum, ut de hiis, que faceret in Jadra, ordinatum est. Et hec concessio sit ad beneplacitum nostri dominii. De parte 28.

Tres sapientes consilii. Capta. Cum ambasciatores Jadratini, auditis nostris deliberationibus et responsionibus, fecerint de novo instantias et replicationes aliquas super hiis, que supplicaverant, et non est dubium hoc fecerunt, pro videndo et experiendo, si possunt aliquid alterius habere a nostro dominio circa suas intentiones; et pro honore et bono nostri dominii non facit mutare, diminuere nec addere nostris deliberationibus factis; vadit pars, quod respondeatur oratoribus Jadratinis, quod intelleximus replicationes, quas de novo fecerant, ad quas, considerato, quod diligenter examinavimus petitiones et supplicationes suas, et super eis deliberavimus cum nostris consiliis ea, que nobis videbuntur esse honori

nostro et comoditati sue convenientia, dicimus, quod habemus, quod possunt et debent bene contentari de responsionibus et concessionibus eis per nos factis, ita quod alia responsio non videtur nobis necessaria, quia sumus certi, quod leto et fideli animo erunt obedientes et contenti de concessionibus nostris predictis. De parte 63, de non 12, non sinceri 13.

Misti XXXXVIII. 105, u mlet. arkivu.

XII. God. 1409. 7 rujna, u Mletcih.

Knez skadarski neka pošalje 250 dukata turskomu zapoviedniku u Skoplju na račun od godišnjih obećanih mu 500.

Capta. Quod scribatur et mandetur comiti et capitaneo Scutari, quod, recepto presenti nostro mandato, debeat mittere Pasayto capitaneo Turchorum in partibus Scopie ducatos ducentos et quinquaginta in auro per illum secretum modum, qui sibi videbitur, qui sint pro medietate ducatorum quingentorum, quos habere debet anuatim a nobis, ut idem Pasaytus cognoscat, quod simus dispositi attendere et observare sibi per nos promissa.

Secreta cons. rog. IV. 55, u mlet. arkivu.

XIII. God. 1409. 9 rujna, u Mletcih.

Mletčani nastoje da dobiju tvrdjavice stojeće na ulazu u luku Šibeničku.

1409. die nono septembris. Quod scribatur provisoribus Jadre in hac forma

Capta. Quia providimus propter nova, que sentiuntur de armata Januensium, que iverat Scium, que ivit Famagustam, quod galea nostra culphy, que est Sibinici, vadat cum literis nostris ad partes levantis pro securitate galearum nostrarum, propterea volentes super facto turrium Sibinici providere, fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus et mandamus, quatenus mittere debeatis ad partes Sibinici ser Francisco Cornario socio vestro illam quantitatem ballistariorum, que cum securitate civitatis nostre Jadre vobis videbitur posse mittere, et alias res necessarias, que pro defensione dictarum turrium vobis videbuntur. Vobis autem ser Francisco mandamus, quod si illi, qui erunt in dictis turribus, volent illas vobis dare, debeatis illas accipere, ad quarum custodiam ponatis ballistarios per socios vestros missos, promittendo illis, qui sunt in dictis turribus, quod veniant Jadram vel Venetias; quia de eis taliter providebimus, quod habebunt causam remanendi contenti. Si vero nolent dare vobis dictas turres, in isto casu provideatis de remanendo ibi vel recedendo inde et veniendo Jadram, et remittendo Jadram dictos ballistarios vel illos ibi retinendo, prout vobis melius videbitur; declarando vobis, quod sive dicti, qui sunt in turribus, volent vobis dare dictas turres sive non, intentio nostra est, quod dicta nostra galea culphy subito recepto nostro mandato recedat inde, et vadat ad partes levantis pro executione mandatorum nostrorum. De parte 52, de non 15, non sinceri 13.

Secreta consilii rogatorum IV, u mlet. arkivu.

XIV. God. 1409. 12 rujna, u Mletcih.

Odlučeno, da se imenuju dva računovoditelja u Zadru.

1409. die 12 septembris. Capta. Ut in Jadra teneatur bonus computus introituum et expensarum dicte civitatis, districtus et locorum nostrorum Dalmacie; vadit pars, quod eligi debeat unus camerarius Jadre per duas manus electionum in consilio rogatorum, et per scrutinium in collegio domini, consiliariorum, capitum et sapientum utriusque manus, probando electos ad unum ad unum, et ille, qui habuerit plures ballotas aliis transeundo medietatem consilii, sit firmus, et sit per duos annos cum salario librarum mille parvorum singulo anno et ratione anni, tenendo suis salario et expensis unum famulum; qui camerarius sit ibi simul cum alio camerario ibi deputando secundum responsiones factas oratoribus communitatis nostre Jadre ad obedientiam provisorum nostrorum vel rectorum, qui per nostrum dominium mittentur in posterum. Et non possit facere nec fieri facere de mercationibus. De commissione autem sua provideatur per collegium suprascriptum. De parte 97, de non 8, non sinceri 3.

Senato. Misti. Vol. 48 pag. 102, u mletačkom arkivu.

XV. God. 1409. 13 rujna, u Mletcih.

Upućeni poslanici šibeničkih tvrdjavica, da podju k providuru nalazečem se u Dalmaciji, koj će s njimi glede predaje istih tvrdjavica stvar riešiti; a providuru se piše, da gleda i uz obećanje godisnjih 1200 dukata dobiti Šibenik i Trogir.

1409. die 13 septembris. Dominus. Ser Marco Justiniano consiliarius. Quod respondeatur istis nobilibus de Sibinico, oratoribus aliorum de Sibinico, qui sunt in turribus portus, quod intelleximus ea, que nobis dixerunt et petierunt, et principaliter suam bonam dispositionem et voluntatem erga nostrum dominium, ad que eis respondemus, quod acceptamus et tenemus, a certo, ipsos esse devotos nostros, et cordialiter diligere nos, et ad beneplacita nostra paratos. Et ob hoc ferventius se disposuimus ad honores et comoda sua. Et propterea videntes, hanc nostram et suam bonam intentionem melius posse duci ad effectum in partibus Sibinici per nostrum provisorem illuc existentem quam hic, hortamur eos, quod vadant cum hoc ligno, quod mittimus, ad illas partes, cum quo faciemus eos conduci illuc sine aliqua sua expensa, et ibi per dictum nostrum provisorem fiet ipsis et aliis nobilibus, qui sunt in dictis turribus, talis responsio et informatio de nostra intentione, quod debebunt merito contentari; concludendo, quod redeant leto animo, et hortentur alios socios suos nostri parte, asserendo eis, quod videbunt et cognoscent per effectum dilectionem, quam eis gerimus, et quantum habuimus et habemus acceptam et gratam oblationem nobis factam. Dicto vero provisori nostro, videlicet ser Francisco Cornario, scribatur et committatur, quod si est in partibus Sibinici, bene quidem, si vero reversus fuisset Jadram, debeat illuc reverti cum presenti ligno, ducendo secum illos ambasciatores, qui fuerunt ad nostram presentiam pro parte illorum de turribus, et illis, qui sunt

in dictis turribus, debeat dicere et respondere parte nostri, quod benigne acceptavimus eos et dictas turres sub dominio et gratia nostra, dispositi habere quemlibet ipsorum favorabiliter recomissum et taliter, quod cognoscent, grato dominio servivisse; procurando et tenendo modum, si non dedissent turres in manibus et custodia nostra, de habendo ipsas, et ponendo in ipsis de ballistariis et peditibus missis illuc a Jadra. Et conclussorie dicendo eis, quod supra capitulis et peticionibus nobis porrectis non mirentur, si non fecimus eis aliquam specialem responsionem vel concessionem, quia non desistimus respondere, quia non simus dispositi facere eis de rebus gratis et comodis, sed quia nondum habuimus terram Sibenici, et nolemus, quod divulgatio alicuius nostre promissionis eis facte impediret vel prorogaret habitionem dicte terre, qua habita, debent et possunt esse certissimi, quod providebimus et faciemus ea, que cognoscemus esse cum honore nostro, bona, comoda et grata suis nobilitatibus et terre Sibinici, ita quod stare debeant cum bona voluntate et leto animo, prompti ad procurandum quantum pro sui parte facere possunt, quod habeamus terram Sibenici. Insuper ut dictus ser Franciscus Cornario possit cicius et melius obtinere nostram intentionem de Sibinico et Tragurio, maxime considerato, quod cum verbis solummodo sine alia spe non est dubium dificultus aut magna longitudo esset in consequendo dictam nostram intentionem, replicetur dicto ser Francisco Cornario, sicut alias sibi scripsimus, quod pro habendo dictas terras Sibinici et Tragurii debeat facere omnem procurationem, solicitudinem et diligentiam opportunam, et specialiter, quod dicte terre dent et submittant se nobis libere et expedite, et stent et se confidant in gratia nostra, utendo illis bonis, benivolis et opportunis verbis, racionibus et persvasionibus, que fuerint necessaria, et per que possint capere spem et confidentiam, datis nobis dictis terris, obtinendi a nobis de gratiis et rebus comodis et gratis in comunitate et in specialitate. Verum quia dubitandum est, quod volendo habere dictas terras libere et presto in manibus nostris, durum et difficile ymo quasi non factibile erit, nisi detur aliquibus principalibus, qui dubitant perdere introytus suos a parte terre, et aliquibus aliis, quos premium forte traheret ad hoc, i. e. aliqua provisio pecuniaria annualis, sicut scribit dictus ser Franciscus. Et pro nostro dominio omnino faciat habere multis causis et respectibus dictas tarras quam prestius esse poterit, si possibile fuerit, detur libertas dicto ser Francisco Cornario pro habendo dictas duas terras possendi promittere de provisione annuali ducatos mille ducentos auri inter illas personas, que ipsi ser Francisco videbuntur posse esse causa, quod habeamus ipsas terras, que provisiones habeant locum habitis dictis terris et non aliter. Sed si non posset haberi nisi una ex dictis terris, dictus ser Frsnciscus non possit nec debeat promittere de provisione annuali pro illa ex dictis terris, que habebitur, ultra ducatos septingentos auri in anno illis personis, que ei videbuntur, ut superius dictum est.

Et quia Jadra et partes deinde debuerunt remansisse sine aliqua galea nostra et solummodo cum uno solo galedelo, et ob hoc etiam nostri provisores et fideles nostri dictarum partium non est dubium non debent stare cum illa bona confidentia, securitate et contentamento, que forent necessarie respectu istarum terrarum, quas querimus habere, et eorum,

que possent occurrere in illis partibus, informentur provisores nostri Jadre pro suo conforto, quod mittimus eis hoc lignum Istrie, cui mandavimus, ut debeat stare ad obedientiam dictorum nostrorum provisorum, donec de eo aliud ordinabimus, et subito armari facimus duo alia ligna sive galeotas, que prèsto accedent ad obedientiam suam. Et statim cum nobilis vir ser Marcus Miani cum ligno suo erit expeditus a facenda, in qua est, mittemus ipsum illuc sine mora, ita quod presto habebunt sufficientem custodiam per mare in partibus illis.

Insuper committatur dictis provisoribus, quod si in receptione huius nostri mandati dictus ser Franciscus Cornario non esset Jadre, debeant mittere hoc lignum, cuius est capitaneus nobilis vir ser Balduinus Ballastro, ad obedientiam dicti ser Francisci, super quo vadant etiam dicti ambasciatores turrium Sibinici, cui ser Francisco Cornario mittant per dictum lignum presentes nostras literas, ipsis prius visis, bullatas et inclusas in literis suis, ut ipse ser Franciscus possit et sciat, quid habeat exequi et facere in predictis. De parte 31, 30, 32; de non 26, 29, 26; non sinceri 7, 7, 5.

Secreta consilii rogatorum IV, u mletačkom arkivu.

XVI. God. 1409. 13 rujna, u Mletcih.

Predlozi, kako da se odgovori senjskomu knezu glede Raba, koj se nalazio u njegovih rukuh.

1409. die 13 septembris. Sapientes consilii. Cum unus ambasciator domini comitis Segne comparuerit ad nostram presentiam, exponens dilectionem, quam semper habuit, habet et intendit habere nostro dominio, paratus facere et exequi semper secundum consilium et parere nostrum, non obstante, quod sit subditus regis Hungarie; et de factis Arbi dicit, quod in casu quo velimus superinde aliquid facere vel providere, placeat nobis expectare, quod ipsam posuerit in manibus alicuius nuncii regis Hungarie pro honore suo, et aliqua alia dixit de bona dispositione sua pro comodo et informatione nostra; vadit pars, quod respondeatur dicto oratori, quod nobis non est nova optima dispositio et dilectio dicti magnifici domini erga nos; et de his, que nobis obtulit et fecit exponi, regratiamur, dispositi presto respondere sue magnificentie super factis Arbi et aliis expositis per nuncium nostrum proprium, et declarare eidem mentem nostram, recomendando sue magnitudini, quod non debeat facere aliquam mutationem de Arbe, donec ei erit nostra intentio nota. Commissio vero nuncii fiat per hoc consilium. De parte 37.

Dominus. Quod isti oratori comitis Segne respondeatur, quod de bona dispositione et intentione dicti domini sue magnificentie regratiamur sed super factis Arbi dicimus, quod caveat de ponendo Arbum in manibus alicuius persone, quia dicta terra et insula Arbi est nostra et volumus esse nostram. De parte 20, non 1, non sinceri 9.

Secreta consilii rogatorum IV, u mletačkom arkivu.

XVII. God. 1409. 16 rujna, u Mletcih.

Ovlašćuju se providuri u Dalmaciji, da prime predaju Nina i Raba, ali bezuvjetno.

1409. die 16 septembris. Capta. Quod respondeatur provisoribus nostris Jadre, quod per literas suas datas nono mensis instantis intelleximus modum, quem habent de habendo terram None, et confortum, quod nobis dant ad accipiendam illam causis in suis literis anotatis; ad que respondemus cum nostris consiliis rogatorum et additionis, quod confidentes de sapientia et providentia eorum, qui sunt presentes factis, damus eis libertatem et licentiam accipiendi dictam terram None sub nostro dominio cum illis gentibus et per illum modum et quando eis videbitur posse habere et obtinere eam libere, et dimmittendo se illos de dicta terra in gratia et benignitate nostra. De parte 55, non 22, non sinceri 9.

Capta. Quod respondeatur provisoribus nostris Jadre, quod intelleximus literas suas datas sexto mensis instantis, per quas inter alia nobis scribitis, quod sensistis illos de Arbe esse paratos dare et se submittere nostro dominio; ad que respondeamus cum nostris consiliis rogatorum et additionis, quod sumus contenti, quod debeatis acceptare et accipere eos et terram Arbi sub nostro dominio cum illis gentibus et quando vobis videbitur hoc facere et obtinere posse cum securitate, accipiendo tamen ipsam terram libere et stantibus et confidentibus dictis de Arbe in gratia et benignitate nostra. Et habita dicta terra, debeant procurare de habendo etiam castrum per illum modum, qui eis melior videbitur. De parte 46, non 36, non sinceri 8.

Secreta consilii rogatorum IV, u mlet. arkivu.

XVIII. God. 1409. 17 rujna, u Mletcih.

O novcu, što je zahtievao burgundski vojvoda od Mletčana u ime hung.-hrv. kralja Sigmunda.

„1409. die decimoseptimo septembris. Capta. Cum, sicut notum est, hic est ambasciator domini ducis Burgundie, requirens illam quantitatem denariorum videlicet septemmillium ducatorum, in quibus dicit nos obligatos esse regi Hungarie, asserens, dictum dominum regem Hungarie dictos denarios dedisse domino duci Burgondie exigendos a nostro dominio per eundem dominum ducem, donec dictus domins rex dicto domino duce fecerit solutionem ducatorum centum millium, in quibus eidem dictus dominus rex obligatus est. Et dictus ambasciator iam diu hic steterit, et cum magna solicitudine requirat responsionem nostram; et necessarium sit tam pro honore nostri dominii quam pro securitate galearum nostrarum Flandrie et mercatorum et mercantiarum nostrarum, qui et que deinde remanebunt post recessum galearum nostrarum de partibus deinde, et etiam pro non amittendo viagium Flandrie, tantum utile et fructuosum civitati nostre, providere de respondendo dicto ambasciatori per modum utile et bonum; vadit pars, quod per illum modum, qui videbitur collegio sive per modum responsionis sive per alium modum dicatur dicto amba-

siatori, quod, sicuti pluries fuit per nostrum dominium domino suo responsum nostra dominatio in aliquo non est obligata nec tenetur domino regi Hungarie, et propter hoc nunquam voluit dare et solvere domino suo domino duci predicto. Et sicut semper respondit, ita respondet ad presens, quod in aliquo nostrum dominium non est obligatum domino regi predicto nec alicui alteri, prout evidenter demonstrare potest. Sed hoc non obstante dominatio nostra, que diligit illustrissimum dominum suum cordialiter et fraterne, libenter vellet, quod super hoc inveniretur modus amicabilis et bonus, qui non solum conservaret amicitiam hinc inde vigentem, sed illam amplioribus effectibus augeret. Et sicut sensimus ab aliqua persona fida dictus ambasiator dixit, quod utile esset, quod inter dominum suum et nostrum dominium inveniretur via amicabilis et bona, et dictus ambasiator scit, quod habere debemus a magnifica comunitate Janue certam quantitatem denariorum vigore unius sententie late per illustrem dominum comitem Sabaudie, et videretur sibi bonum medium videlicet, quod nostra dominatio cederet et daret iura sua, que habet vigore dicte sententie contra Januenses, dicto domino duci, et dictus dominus suus nobis cederet et daret omnia iura, que habet contra regem Hungarie occasione ducatorum centummillium, quos habere debet dictus dominus suus a dicto rege Hungarie; et quia in Pisis sunt ambasiatores domini sui, qui a dicto domino habent in factis domini sui amplam libertatem et maiorem, quam ipse habeat, posset nostra dominatio committere nostris ambasiatoribus vel aliquem mittere ad praticandum cum ambasiatoribus domini sui predicti. Nos optantes cum domino suo predicto vivere amicabiliter et fraterne, licet cognoscamus clare, quod domino regi Hungarie et domino suo non sumus obligati in aliquo, sumus contenti ob respectum predictum et placeret nobis invenire modum amicabilem super hoc, videlicet si per istam viam posset aliqua compositio tractari. Sed quia dicit, quod in Pisis sunt ambasiatores domini sui, qui ab eo habent plenam libertatem, sumus contenti committere nostris ambasiatoribus, qui iverunt ad summum pontificem, quod esse debeant cum ambasiatoribus domini sui ad praticandum cum eis super facto predicto, qui ambasiatores nostri, si invenient ambasiatores suos habere plenum mandatum et libertatem a domino suo de faciendo compositionem super factis predictis, habebunt etiam a nobis libertatem promittendi ambasiatoribus domini sui ducere finem in Sabaudia, que nobis apparebit racionabilis et honesta; et ideo, si sibi placet, potest ire Pisas, et esse cum ambasiatoribus domini sui, et committemus ambasiatoribus nostris, quod sint cum eis pro praticando et concludendo per illum modum, qui erit racionabilis et honestus.

Et quia necessarium est providere, quod dicti nostri ambasiatores sint informati de intentione nostra super hoc, informari debeant dicti nostri ambasciatores de responsione facta ambasciatori predicto, et committatur eis, quod esse debeant cum ambasciatoribus domini ducis Burgondie, qui sunt Pisis, et eis referre verba et modum recordatum per ambasciatorem, qui hic fuit, et responsionem nostram" et inde cum ipsis tractare de solutione istius negotii etc.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 58 tergo, u mlet. arkivu.

*

XIX. God. 1409. 21 rujna, u Mletcih.

Odlučeno, da se pošalje poslanik ugar.-hrv. kralju, i to njeki fratar.

1409. die XXI septembris. Dominus, ser Albanus Baduario, ser Rambertus Quirino, ser Nicolaus Victuri, ser Marcus Dandulo. Cum per binas litteras fuerit scriptum per nostrum dominium domino regi Hungarie, quod mitteremus nostram ambasciatam ad respondendum duabus literis suis nobis scriptis et ad declarandum mentem nostram super factis Dalmatie, requirendo ab eo salvumconductum pro nostris ambasciatoribus; et dictus dominus rex miserit salvumconductum secundum requisitionem nostram, ac responderit per suam litteram, quam portavit unus suus nuncius notabilis, in forma, per quam licet se multum aggravet, tamen sperari potest aliqua bona conclusio concordii. Et ob hoc non est danda causa dicto domino regi convertendi turbationem suam in aliquem expressum actum inimicicie, quod non est dubium sequeretur, si desisteremus mittere nostram ambasciatam ad presentiam suam, qua teneret se delusum. Sed quia non invenitur aliquis noster nobilis, qui velit ire ad dictam ambasciatam; vadit pars, quo pro dicta facienda mitti debeat ad dictum dominum regem noster orator magister Paulus de Venetiis ordinis heremitarum sancti Augustini provincialis istius provincie, qui est sapiens, discreta et fida persona et apta ad serviendum libenter nostro dominio, qui magister Paulus vadat cum illa expensa, que videbitur collegio. Sed commissio sua fieri debeat per istud consilium. De parte omnes alii, non 23, non sinceri 7.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 64 tergo, u mlet. arkivu.

XX. God. 1409. 21 rujna, u Mletcih.

Mletačka vlada u svojih dogovorih o miru s Jelenom materom Balše sve više popušćuje.

1409. 21 septembris. Cum multum faciat pro nostro domino devenire ad bonam conclusionem et concordium cum domina Elena Strazimiri matre Balse, et non stare amplius in istis terminis, considerata pace nuper facta per ambasiatorem nostrum nobilem virum ser Franciscum Justiniano cum Musuman Calabi domino Turchorum, in qua continetur, quod dictus dominus est contentus, quod dominatio nostra habeat castra, loca et terras et habentias eorum, que dominatio nostra tenet in partibus Albanie, que fuerunt condam Georgii Srazimiri et Balse eius filii, per illum modum, quo nostra dominatio illa tenet et habet, et cum concordio, quod cum dicto Balsa habet; et quia dictus ser Franciscus declarat ostendisse pacem factam in millesimo quadringentesimo octavo die decimoseptimo iunii per nostros provisores, in qua remanet in suspendo id, quod debet esse de contrata de la Xaboiana, donec Balsa veniet Venetias ad petendum gratiam a nostro dominio, qui, sicut notum est, non venit, et tenet et possidet dictam contratam et etiam magnam partem confinium aliarum terrarum nostrarum cum maximo damno nostrorum iurium et terrarum nostrarum de inde; et cum istis diebus elapsis fuerit praticatum, et omnis possibilis experientia facta per ser Robertum Mauroceno et ser

Jacobum de Rippa militem, qui de nostro mandato iverunt ad dictam dominam Elenam, ut esset contenta, quod tota Xaboiana remaneret nostro dominio cum tota rippa Boiane a parte sancti Nicolai cum suo monasterio sancti Nicolai usque Scutarum et sancta Maria de Rotezo, et fortilicium Celestrine similiter remaneret nostro dominio, et ob hoc nostra dominatio daret dicto Balse Buduam cum suis pertinentiis et salinis et ducatorum duo mille in anno secundum partem captam in hoc consilio, et remaneat sibi Crayna; de quo prefata domina Elena non fuit contenta. Et bonum et utile sit non dare causam, quod recedat in discordia a nobis, ut non procuraret cum fratre suo et aliis suis amicis in notificando Turcho, quod non esset in pace nobiscum, pro destruendo pacem predictam; vadit pars, quod mittantur ad dictam dominam Elenam dicti ser Robertus Mauroceno et ser Jacobus de Rippa miles ad praticandum et procurandum de essendo in concordia cum domina Elena prefata, et quod remaneret toto posse suo nostro dominio tota contrata Xaboiane cum omnibus terris et locis, que in ea sunt, incipiendo a Sutormano per totam coronam montanee, que finit per oppositum Scutari, ubi fit transitus ad aliam partem, et veniendo a Scutari et eundo per rippam Boiane usque ad sanctum Nicolaum, et a sancto Nicolao per mare usque ad sanctam Mariam de Rotazo, et a sancta Maria de Rotazo cum villis et hominibus dicte ecclesie usque ad Sutermanum, et romanentibus dicte domine Elene et Balse Budua cum habentiis et pertinentiis suis, et ultra hoc promittatur eis ducatorum mille in anno de introitibus dictorum locorum. Et si hoc obtinere poterunt, bene quidem, quin non, procurare debeant, quod remaneant nostro dominio ville et loca de Propat, que sunt inter Antivarum et Dulcignum, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis usque ad confinia Dulcigni, et de Xaboiana unum milliare infra terram a rippa Boiane per totum, incipiendo a Scutari et eundo usque ad sanctum Nicolaum, et a sancto Nicolao usque Dulcignum, cum omnibus villis, domibus et hominibus, qui et que essent infra dictum milliare, cum suis iuribus et pertinentiis, ultra alias terras et civitates et loca que habemus. Et propter hoc possint promittere dicte domine Elene Buduam, ut superius continetur, et ducatos quingentos usque mille in anno.

Ser Leonardus Victuri, sapiens ordinum, vult partem suprascriptam, dando ducatos duo millia.

Ser Jacobus de Rippa miles vult dictam partem ser Marci Dandulo cum instantia et sequenti additione, videlicet: et si obtineri non possit, ut in dicta parte continetur, tunc, ut non remaneat, quin dicta pax concludatur, debeant procurare dicti duo, qui ibunt, quod remaneat nostro dominio civitas Dulcigni cum suis pertinentiis, villis et hominibus, specifice cum dominio suo, veniendo recte usque ad sanctum Georgium, et inde usque ad sanctum Nicolaum, Fuxie Boiane et abbatia cum suis villis et confinibus, et molendina, de quibus est dra et Antivarum per costam montanee usque ad confinia de Propat, cum villis et hominibus, et fortilicium Celestrine incipiendo a marina a parte Dulcigni et capiendo a sancta Mama eundo sursum usque ad fossum, quod est super Juoislavi, eundo sic a la figara, que est sub via, qua itur Scutarum, eundo sursum versus villam de li Sturti, que est ecclesie sancti Georgii, que est super territorio Antivari, et ita sursum in lo Lesim in montanea, que est supra

li Mirchoe, et ita sursum in motanea sancte Tacumie versus lacum, et ita per summitatem montanee ad Schalam, et ita per summitatem montanee usque ad summitatem montanee de Suterman, et ab illa parte montanee ad quandam arborem, que vocatur Metuduzo versus villam de li Chiruzi, et ita in summitate montanee di la Usuta usque i Pastrovich, et ita infra usque ad villam de li Susam, que est sancte Marie de Rotezo, infra versus marinam. Et remaneat similiter sancta Maria de Rotezo cum suis confinibus, villis et hominibus nostro dominio; et similiter remaneat nostro dominio villa de li Sestan, intelligendo, quod ser Marinus de Elia possideat territoria sua, que habet in Propat. Quibus sic habitis, possint dicti nostri duo promittere dicte domine Elene et Balse eius filio Buduam cum omnibus suis habentiis et pertinentiis, prout continetur superius, non dando sibi aliquam quantitatem denariorum. (Non captum).

Secreta cons. rog. IV. 60, u mlet. arkivu.

XXI. God. 1409. 21 rujna, u Mletcih.

Republika nagradjuje zasluge Tome Petručića o preuzeću Zadra sa godišnjom izplatom od sto dukata do smrti.

Privilegium provisionis nobilis viri Thomasii de Petrucio civis nostri Jadrensis. Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis presentes litteras inspecturis salutem et dilectionis affectum. Vigent in conspectu nostri ac in successorum nostrorum memoria et eterne vigebunt egregia virtutis et probitatis merita, quibus apud nos nobilis vir Tomasius de Petrucio dilectus, et honor cuius noster Jadrensis circa aquisitionem civitatis Jadre fideliter claruit. Quocirca licet vere clareque virtuti nullum extra se premium esse possit; volentes, quantum in nobis est, hoc suum insigne et fidele portamentum dignis laudum et glorie titulis honorare, consiliorum nostrorum opportuna solemnitate servata, decrevimus, quod a communi nostro Venetiarum ducatos centum boni auri et justi ponderis omni anno in vita sua percipere debeat et habere. Intendentes insuper eum et suos in cunctis aliis sibi commodis prosequi gratiose. In quorum fidem et evidentiam pleniorem has nostras litteras fieri jussimus, et bulla nostra argentea communiri.

Datum in nostro ducali palatio die XXI. septembris, indictione III, anno domini MCCCCIX.

Commemorialium X. 78, u mlet. arkivu.

XXII. God. 1409. 23 rujna, kod Šibenika.

Nagrade godišnje za one Šibeničane, koji su se izkazivali spremni predati šibeničke tvrdjavice mletačkomu providuru.

1409. 23 settembre. Copia unius littere, per quam dominus Franciscus Cornario inter cetera significat de certis provisionibus annuis promissis quibusdam nobilibus Sibenicensibus, qui dederunt turres portus dicte civitatis eidem nomine dominii, dum esset provisor ad partes illas.

Spectabiles et egregii fratres carissimi. Ista hora, videlicet XXIII,

recepi litteras ducales, et similiter privilegium amici, advisando vos, quod ab illo ante receptionem dicti privilegii ego habui isto mane unum eius breve manu eius propria, quod effectualiter dicit in ista forma: siuur mio gratiuso dio ne regratia. A la vostra requesta no posso responder, infina che no vegna i ambassador de Ongaria. Et vos adviso, quod illi de hora in hora expectantur, et ipse per gratiam dei est bene dispositus, sed unus eius germanus consanguineus est unus ex illis ambaxiatoribus, sic quod me reddo certum, quod ipse faciet illud, quod obtulit. Insuper pro vestra informatione hac hora fui in concordio cum istis de turribus, quod die mercurii cum dei gratia ipsi mihi dabunt turrim de versus levantem, in qua ego ponam de balistrariis et de hominibus galearum. Alteram turrim ipsi mihi dant in hoc modo: quod dominus Joannes Missigh miles tenet illam a me, et ego do solutionem pro quindecim diebus aliquibus hominibus, quos ipse ponit in turri cum ista conditione, quod iste venit Jadram pro essendo vobiscum et mecum, ut nos dimittamus ipsum stare in dicta turri. Et si casus esset, quod nos nollemus accipere hoc incaricum, quod stet in dicta turri tanquam soldatus dominii, dando duo ducatus auri in mense illis talibus, qui stant in dicta turri, ipse fuit contentus venire Venetias; et si dominatio contentabitur, quod ipse teneat dictam turrim predictis modis, bene quidem; quando autem non, ipse promittit dare illam in possessionem nostri dominii, et in manu cuiuscunque dominatio nostra mandabit. Qualitatem hominum non valeo vobis scribere, sed cras vobis punctualiter scribam; facio rationem, quod erunt a 40 in 45 personas. Et per fidem meam considerato, quod iste nobilis est homo, qui timet verecundiam, et habet causam habendi magnam voluntatem debendi redire in domum suam, et quando illi de terra nolint facere bonam guerram, et habet magnam sequelam de hinc. Et insuper ego dixi ei parabolam de dando ei, habentibus nobis Sibinicum, centum quinquaginta ducatos de provisione ad vitam suam, quamvis per Gasperinum ipse fecit mihi dici, quod ipse vellet, quod essent ducenti; reddo me certum, quod ipse se disponet in omni casu ad faciendum honorem dominii, et similiter suam intentionem tam in Sibinico quam in Traguri. Domino Joanni Naplavigh ego pertuli libras quadringentas in anno, domino Joanni Taviligh libras quadringentas. Quatuor aliis libras quingentas vigintiquinque cum modis predictis. Et de hora in horam quicquid sequetur, ego vobis notificabo. Et pro tanto, fratres carissimi, providete debere mittere pro dicta turri de versus levantem usque triginta bonos balistarios, et similiter mittere de rebus necessariis, secundum quod vos frater domine Fantine Michael estis informatus, et debetis habere notitiam illarum rerum, que nobis videbantur esse necessarie, sic quod ipsa sit in tali forma fulcita, quod possit conservari ad honorem nostri dominii, et similiter quod possit sibi venire alter de tempore in tempus rebus necessariis, quia scio confortare, quod quando vobis placeat, usque quo non est deliberatum de persona domini Joannis, quid dominium volet mandare, de dimittendo ei dictam turrim in manu, an non, quod omnia stent in ista turri versus levantem. Ego dedi magnum confortum istis aliis nobilibus et bonis hominibus, qui erant in dictis turribus, quod volentibus ipsis venire Jadram vel ire Venetias, quia dubitabant ipsi de victu suo, dominium providebit eis de victu

ipsorum; sic quod multi eorum veniunt Jadram cum personis, filiis et uxoribus, secundum quod dominium nobis scripsit, quod eis dicere deberemus, et libere posuerunt se in manibus dominii, volentes stare ad eius gratiam. Sic quod ob reverentiam dei facite eis recuperari usque quatuor vel quinque domos, et advisate nostrum dominium, quod det vobis tale mandatum, quod omnes alii de Dalmatia largissime possint se ponere sub umbra nostri dominii. Aliud pro presenti non habeo vobis dicere, nisi quod recordemini de biscotto pro istis galeis. Propter frequentiam nuncii non potui facere hanc transcribi; sed sicut fuerant notata, ita oportuit me ipsam mittere. Data in turribus Sibenici die XXIII mensis septembris 1409. Franciscus Cornario.

A tergo ultrascripte littere.

Spectabilibus et egregiis viris dominis Leonardo Mocenigo et sociis honorandis provisoribus Jadre amicis carissimis.

Nota, quod dominus Joannes Missigh miles habuit suam litteram suprascripte provisionis.

Item ser Georgius Golcovigh, qui fuit unus de illis quatuor supradictis non nominatis, habuit suam.

Item ser Joannes Tavilich die 27 martii 1416 habuit suam de libris quadringentis.

Item ser Thomasius Zurich, qui fuit unus de non expressis, habuit suam dicto die de libris centum quinquaginta.

Item ser Florius Tavilich die 15 aprilis 1418. habuit suam de libris 50 parvorum in anno, qui Florus fuit unus de non expressis.

Item Radichius Sisquirich habuit suam litteram librarum centum quinquaginta die penultimo martii 1419, qui etiam fuit de non nominatis, et est littera predicta etc.

Nota, quod de 1419, die 19 augusti per dominium et dominos Sapientes consilii fuit terminatum, quod littera suprascripti Florii Tavelich deberet reformari cum conditione aliorum suprascriptorum, videlicet quod terminus sue provisionis incipiat a die acquisiti dominii turris Sibinici, sicut factum omnibus aliis suprascriptis.

Commemorialium X. 76, u mlet. arkivu.

XXIII. God. 1409. 25 rujna, u Mletcih.

Prima se, da se imenuje knez i kapetan za grad Zadar.

1409. die 25 septembris. Capta. Quia est necessarium providere de rectoribus necessariis pro regimine et gubernatione civitatis nostre Jadre, vadit pars, quod in nomine yesu christi et in bona gratia elligi debeat in minori consilio comes Jadre per quatuor manus ellectionum; et ille, qui habuerit plures ballotas aliis transeundo medietatem consilii, sit firmus. Et possint elligi ad dictum regimen omnes illi, qui possunt elligi ad duodecim regimina. Et elligantur per duos annos, et tantum plus, quantum successor suus illuc ire distulerit; habeat de salario in anno et ratione anni libras octuaginta grossorum, recipiendo salarium medii anni hic in Venetiis et deinde de tribus in tres menses in principio dictorum trium mensium, ducendo suis salario et expensis duos

socios venetos, qui placeant dominio, quibus dare debeat ducatos triginta in anno et ratione anni pro quolibet ultra expensas oris, sex domicelos bene armatos, unum coqum, duos famulos a stabula et sex equos. Et teneatur dictus comes, postquam acceptaverit, ire ad regimen suum usque quadraginta dies tunc sequentes pro ista vice tantum. Qui comes habeat ministrare ius et iusticiam in civilibus et criminalibus omnibus civibus et habitatoribus Jadre et comitatus secundum formam commissionis, que sibi dabitur, de qua commissione et de hiis, que videbuntur sibi committenda, ante suum recessum venietur ad istud consilium, et providebitur, sicut videbitur opus esse. De parte 76, de non 7, non sinceri 1.

Capta. Quod in nomine yesu christi et in bona gratia, elligi debeat in maiori consilio unus capitaneus Jadre per quatuor manus ellectionum, et ille, qui habuerit plures ballotas aliis, transeundo medietatem consilii, sit firmus. Et possint elligi ad dictam capitaneriam omnes illi, qui possunt elligi ad duodecim regimina, et elligatur per duos annos et tantum plus, quantum successor suus illuc ire distulerit; habeat de salario in anno et ratione anni libras octuaginta grossorum, accipiat hic in Venetiis salarium medii anni, et deinde de tribus in tres menses in principio dictorum trium mensium, ducendo suis salario et expensis duos socios venetos, qui placeant dominio, quibus dare debeat ducatos triginta in anno et ratione anni ultra expensas oris, unum notarium cum salario ducatorum viginti in anno ultra expensas oris, sex domicellos bene armatos, unum coquum, duos famulos a stabula, et sex equos. Et teneatur dictus capitaneus, postquam acceptaverit, ire ad regimen suum usque quadraginta dies tunc sequentes pro ista vice tantum. Debeat insuper dictus capitaneus habere domum nostri comunis pro sua habitatione, et si ibi non esset aliqua domus competens nostri comunis, solvatur dicto capitaneo affictus domus, donec per nostrum dominium providebitur. Cui capitaneo committatur custodia civitatis Jadre, castrorum et portarum, et earum teneat claves, ministrando ius et iustitiam in civilibus et criminalibus solum inter familiam suam et stipendiarios ibi existentes, et inter familias dictorum stipendiariorum secundum commissionem, que sibi dabitur, de qua commissione et hiis, que videbuntur sibi committenda, ante suum recessum venietur ad istud consilium, et providebitur, sicut fuerit opportunum. De parte 78, de non 3, non sinceri 3.

Misti XXXXVIII. 107, u mlet. arkivu.

XXIV. God. 1409 28. rujna, u Mletcih.

Knez i kapetan Zadarski neka se za sada izjave, jeda li primaju tu čast ili ne.

1409. 28 septembris. Capta. Quod pro bono nostri comunis, comes et capitaneus Jadre, qui per formam partis capte de sua ellectione haberent terminum ad respondendum dierum octo, pro nunc habeant dierum trium, ita quod respondere teneantur pro ista vice tamen infra tercium diem; et ulterius declaretur, quod socii comitis supradicti teneantur ad

faciendum custodias terre, sicut tenentur socii capitanei supradicti. De parte 67, de non 1, non sinceri 4.

Misti XXXXVIII. 108, u mlet. arkivu.

XXV. God. 1409. 28 rujna, u Mletcih.

Naputak za poslanika odlazećega k ugarskomu kralju, da izpriča republiku za to, što je u Ladislava napuljskoga kralja kupila Dalmaciju.

1409. die vigesimooctavo septembris. Ser Nicolaus Victuri, ser Rambertus Quirino, ser Marcus Dandulo sapientes consilii. Quod fiat commissio reverendo patri magistro Paulo de Venetiis provinciali provintie Lombardie civi nostro ituro in Hungariam in hac forma videlicet:

Capta. Nos Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus vobis reverendo patri magistro Paulo provinciali provincie Lombardie dilecto civi nostro, quod debeatis in bona gratia cum nostris litteris credulitatis, quas in personam vestram vobis fecimus exhiberi, ire cum illa sollicitudine, que possibilis vobis fuerit, ad presentiam serenissimi domini regis Hungarie, cui parte nostra, predictis nostris litteris presentatis, portabitis sinceras, benivolas et amicabiles salutationes, offerendo nos et nostrum dominium ad honores et beneplacita sue serenitatis, quam conservare dignetur omnipotens secundum desiderium mentis sue.

Subsequenter exponetis eidem, quod nos aliquorum relatione audientes, et hoc idem ex litterarum tenore sue maiestatis comprehendentes, quod sua serenitas fortasse aliter informata, quam rei veritas foret, et sic de nobis et factis nostris turbata erat, et gravari videbatur, quod ad manus nostras et in nostra potestate pervenisset dominium civitatis Jadre et aliarum terrarum et locorum Dalmatie, quas emimus et habuimus a serenissimo domino rege Ladislao, deliberavimus pro reformatione mentis sue. et ut clare et manifeste sentiret intentionem et dispositionem nostram versus suam serenitatem, et omnia, que in facto predicto per nos acta erant, et rationes et causas, propter quas mittere vos ad presentiam suam, sperantes ymo constanter tenentes, considerata immensa providentia et discretione sue maiestatis, quod auditis motivis predictis, racionibus et considerationibus nostris et causis, propter quas condescendimus ad talem emptionem dominii terrarum Dalmatie ab inimico et adversario sue serenitatis, ipsa sua serenitas clare et manifeste cognoscet, comprehendet et considerabit, quod racionabiliter aliter fieri non poterat per nos pro conservatione, bono et securitate status nostri, et quod talis emptio vertetur et vertitur similiter in securitatem, commodum et honorem suum et regni sui, et exinde remanebit de nobis et factis nostris contenta per modum, quod sincerus amor et indissolubilis caritas, que viguit inter utramque partem, sicut merito viguisse debuit, vigebit de bono in melius temporibus in futuris, cum pro certo ad hoc quantum in nobis est prompte dispositi simus, sicut sua serenitas videre poterit per effectum.

Veritas et terminus huius rei est, quod nos ab aliquo tempore citra audientes ymo claram informationem habentes, quod dominus rex La-

dislaus predictus tractabat et tractari faciebat de volendo exire et per diversas vias et modos et cum personis, quarum vicinia fuisset molesta et displicibilis nobis, et ita etiam certi reddimur sue serenitati, de dominio et terris Dalmatie, quod et quas habebat et possidebat, multum stetimus in suspenso, et habuimus ad hoc spiritus nostros attentos, ut non capitarent ad manus aliquarum personarum, de quibus tam sua maiestas quam nos dubitare haberemus per modum, quod secure dormire nequiremus. Et sicut domino placuit, non valente fortasse ipso domino rege cum aliis bene voluntatem suam et suam intentionem implere, per suam legationem apperiri nobis fecit mentem, propositum et intentionem suam predictam de volendo nobis vendere et dare dominium suum et possessionem Dalmatie, terrarum et locorum eius. Quibus intellectis et mature digestis et consideratis, et videntes et cognoscentes, quod si dominium predictum et terre supradicte Dalmatie perveniebant in manus et potestatem nostram, faciebamus, ut exinde infinita bona sequebantur, nam assecurabamus primo statum nostrum et etiam eque bene statum sue maiestatis, quia inimico suo cordialissimo et capitalissimo excludebatur ex toto via possendi intrare et damnificare regnum et coronam suam Hungarie, ad quod, ut bene novit, totis sensibus continuo vigilavit; dabamus pacem, quietum et bonum statum civitatibus et insulis supradictis, que maxime indigebant, et assecurabamus totum culphum nostrum, in quo cursarii, robatores et nequissimi homines ita multiplicati erant, quod multa damna et continua nobis et nostris inferebantur, quibus, si voluissemus obstare, fuisset nobis opportunum facere publicam guerram terris Dalmatie, que latronum et cursariorum spelunche et receptacula facta erant, et infinita alia bona faciebamus, que sua serenitas eque bene videre et considerare potest, ut nos deliberavimus de intrando in tractatum cum legatione domini regis predicti, cui tractatui in brevissimo tempore finem debitum posuissemus et dedissemus, nisi fuisset unum obstaculum, propter quod dictus dominus rex stetit diebus pluribus et pluribus in suspenso, nam ex expresso pacto volebat et requirebat a nobis, quod quocienscumque et omni tempore, quo sibi placeret transitum facere cum armata et gentibus suis ad regnum Hungarie, ad quod multum vigilare et attendere videtur, nos ex pacto teneremur et obligati essemus ad dandum sibi in terris predictis Dalmatie transitum et receptum ac victualium subventionem, ad quod propter sinceritatem mentis nostre et caritatis affectum, quem habemus ad maiestatem suam et ad bonum statum suum et regni sui nunquam condescendere voluimus, asserentes continuo, quod eramus et esse intendebamus sinceri et boni amici sue serenitatis, nec modo aliquo videre vellemus turbationem suam et regni sui. Unde videntibus oratoribus supradictis hanc dispositionem nostram et nostram perseverantiam in illa, finaliter sine illo capitulo, ymo ipso excluso, concluserunt nobiscum, ex qua conclusione intravimus in tenutam et possessionem dominii Dalmatie, terrarum et locorum omnium, que tenebantur et possidebantur per dictum dominum regem emptarum per nos, secundum quod sue maiestati esse potuit manifestum, de qua emptione nostra habitaque possessione ipsa sua maiestas tam racionibus et consideracionibus suprascriptis, quam etiam revolutis et reductis in mentem suam sincera et optima intentione et dispositione nostra habita, et quam

habere dispositi sumus ad honorem et statum suum, ac notabilibus et semper memorabilibus servitiis et operationibus factis per nos, et que fierent, si foret expediens, pro observatione regni et corone Hungarie, debet remanere contenta, nam ut bene novit in necessitatibus suis, et quando amicos paucos ymo fortasse neminem habuerunt, nos cum toto nostro mentis fervore misimus galeas et gentes nostras ad liberandum serenissimas dominas reginas de miseria et captivitate, in qua erant, et in qua certissime, nisi fuissemus, mortue extitissent, et si bene recolimus pro dicta liberatione, nisi secuta fuisset eo modo, quo per operationem, pugnam et artem gentium nostrarum secuta est, spendere volebamus de nostris decem mille ducatos. Scit etiam regia maiestas sua, quomodo se portavit capitaneus galearum nostrarum in conducendo suam serenitatem et barones suos, qui ex conflictu per iniquissimos Turchos habito reducti erant in partibus Constantinopolis cum plena securitate et honorabiliter ad terras et loca sua, et quomodo ac in quibus terminis extitissent, nisi fuisset dictus noster capitaneus et galee nostre, quia non dicimus ad aliquod improperium, male habuissent modum possendi ad propria redire sine evidentissimo periculo personarum; reliqua alia plura scilentio committenda. Et ideo rogamus toto mentis affectu, quatenus placeat serenitati sue predicte non habere gravem nec molestam emptionem predictam per nos factam, ut superius dictum est, ac acquisitionem et possessionem dominii terrarum et locorum Dalmatie, cum fecerimus ad bonum finem et ad bonum respectum et cum modis et considerationibus suprascriptis. Nam clarissime videbit et inveniet per effectum, quod nos faciemus sibi ita bonam, utilem et fraternalem viciniam, quod de nobis remanebit plenissime contentus, et quod alleviatus remanebit multis curis et etiam expensis, quas, existentibus illis terris in manibus inimici sui, continuo habebat et paciebatur. Et cum istis et aliis similibus verbis et rationibus inductivis, que vestra providentia sciet dicere, proponere et allegare, procurabitis reformare et reconciliare nobiscum animum dicti domini regis, ita quod non remaneat turbatus nobiscum, sed perseveret in solita benivolentia et caritate, sicut certissime parte nostra perseverare dispositi sumus.

Et quia predictus dominus rex, sicut videre poteritis ex tenore litterarum suarum novissime nobis directarum, quarum copiam vobis dari fecimus, videtur etiam gravari, quod nos requiri fecerimus communitates Sibenici et Tragurii, que sunt in manibus suis, quod velint se nobis submittere et dare nostro dominio, volumus, quod dicere debeatis maiestati sue, quod veritas est, quod antequam dicte due civitates forent et se summitterent maiestati sue predicte, nos fueramus et eramus in tractatu predicto habendi illas cum ceteris, et nisi fuisset sola restitentia, quam faciebamus de volendo assentire dicto capitulo dandi domino regi Ladislao transitum et receptum etc., conclusissemus et habuissemus illas ex toto. Unde conclusione ipsa facta, apparuit nobis necessarium notificari facere dictis duabus civitatibus conclusionem per nos factam cum ipso domino rege, faciendo utramque earum rogari, quod vellent, quantum in eis erat, quod tractata et conclusa per nos effectum haberent, ad quod responsum fecerunt, quod volebant istud sue serenitati facere manifestum, sine consensu cuius nil facere inten-

debant. Quam affectuose precamur, quatenus considerato, quod, posteaquam ipsas terras haberemus, posset secure dicere, quod benefundatus et securus esset, et quod per illam viam et partes de aliquo dubitare non posset, nam cum dictis terris et aliis erimus semper dispositi ad faciendum de rebus gratis et acceptis sue maiestati, sicut semper fuimus, et de hoc debet esse certissimus, quia sic videbit et inveniet per effectum.

Et si cum predictis et aliis verbis et racionibus, que vestre sapientie videbuntur, poteritis obtinere intentionem nostram predictam, quod ipse dominus rex reconciliatus remaneat nobiscum, et velit perservare in solita benivolentia et caritate nostra, ac velit consentire, quod habemus terras et loca Dalmatie, que habet, valde placebit nobis, et in hoc casu volumus, quod accepto amicabili comeatu ab ipso domino rege et a suis dato sufficienti ordine cum ipso domino rege, quod possimus ipsas terras et loca habere, Venetias reverti debeatis de omnibus informatus. Si autem obtinere non possetis, tunc volumus, quod presto per nuntium confidentem scribatis nobis particulariter et distincte omnia, que per quemcunque modum habebitis ab ipso domino rege, procurando trahere et sentire quantum plus poteritis de mente, intentione et dispositione sua, et expectetis nostrum mandatum.

Et ut possetis melius adimplere et obtinere nostram intentionem suprascriptam, fecimus vobis dari aliquas litteras nostras credulitatis in personam vestram cum mansione et aliquas sine mansione, que diriguntur non nullis prelatis et baronibus regni Hungarie, cum quibus litteris comparebitis et visitabitis eosdem, faciendo fieri deinde mansiones ad illos, ad quos ibitis, et portando unicuique ipsorum parte nostra amicabiles salutationes et oblationes cum illis pertinentibus verbis, que vestre sapientie videbuntur, procurando inducere ipsos et eorum quemlibet propicios et favorabiles ad possendum obtinere intentionem nostram suprascriptam.

Insuper quia posset casus occurrere, quod vos haberetis in illis partibus res aliquas vel ab ipso domino rege vel aliis, que videbuntur vobis tante importantie, quod deliberaretis, esse utilius et melius pro factis nostris ipsas nobis oretenus denotare quam per litteras scribere, providimus ad cautelam mittere cum vestra paternitate unum ex nostris notariis, personam nobis fidam et confidentem, qui continuo erit vobiscum in omnibus, que super istis factis nostris facietis, et operamini, ut de tempore in tempus possit esse informatus de omnibus. Et si vobis videretur, occurrente dicto casu possitis illum ad nos remittere de cunctis factis nostris et de omnibus, que habebitis, plene doctum, ita quod per ipsum sentire oretenus omnia valeamus.

Fecimus etiam vobis fieri litteras credulitatis in personam vestram ad dominum comitem Segne, volentes et mandantes, quatenus ipsum visitare debeatis parte nostra, portando sibi amicabiles salutationes et oblationes cum bonis et amicabilibus verbis, secundum quod vestre sapientie apparebit, et requirendo cum confidentia auxilium et favorem suum, si vobis fuerit opportunus.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV pag. 61, u mlet. arkivu.

XXVI. God. 1409. 28 rujna, u Mletcih.

Jelena kneginja Zetska odpravljena iz Mletaka radi njezinih prekomiernih zahtjeva.

1409. die 28 septembris. Capta Cum viri nobiles ser Robertus Mauroceno et ser Jacobus da Ripa miles, qui fuerunt sindici ad partes Albanie, secundum quod captum fuit in hoc consilio fuerunt cum domina Elena Stracimir, et eidem promiserunt, ut remaneret contenta et haberet causam recedendi alacriter et cum bono animo, ducatos duomillia auri de provisione omni anno et terram Budue cum districtu et territorio suo, prout in parte pridie capta ordinate continetur, adque licet optimam ac iustam causam haberet remanendi contentissima, nisi malam intentionem haberet, noluit condescendere, ymo omnino recusavit velle denarios, dicens, velle territoria videlicet la Saboiana, ex quo clarissime comprehendi potest malum animum et perversam dispositionem, quam habet, nam habendo dictam Saboianam, veniret ad habendum districtus et territoria omnium aliarum civitatum et terrarum, quas habemus in dictis partibus, cum hominibus et bonis omnibus, et nostro dominio remanerent solummodo terre usque ad muros earum; et sicut clare considerandum est, dicta domina hoc vellit solummodo pro usurpando et malo modo accipiendo de manibus nostris dictas terras et civitates nostras Albanie, quod leviter facere posset habendo Saboianam predictam; et ultra hoc si daremus dictam Saboianam predicte domine, nos non habemus de intratis dictarum civitatum et terrarum Albanie tantum, quod foret sufficiens ad solutionem stipendiariorum nostrorum, quos in illis terris et locis tenere oportet, et responsionem census, quem domino Turchorum dare promisimus per pacem noviter celebratam per nostrum oratorem virum nobilem ser Franciscum Justiniano cum domino predicto; et pro dando finem huic negotio considerato, quod per pacem predictam celebratam cum dicto domino Turchorum omnes civitates et terre Albanie, quas habemus, cum omnibus districtibus et iuribus suis libere remanere debent nostro domino; considerato etiam, quod dicta domina non potest sperare hinc amplius aliquem favorem a dicto domino, nec est credendum, quod unquam plus foveat ei, maxime quando sciverit honestissimas commissiones et optima pacta, que eidem facere volumus; vadit pars, quod mittatur ad partes Scutari ad virum nobilem ser Benedictum Contareno comitem et capitaneum nostrum Scutari unus noster nuncius sufficiens et expertus, qui deinde habita omni necessaria informatione et favore ab ipso dicto nostro comite et capitaneo, ire debeat quam prestius poterit ad presentiam Basaiti admirati Turchorum provisionati nostri et Muzumanzelabi domini Turchorum, si erit necesse, et aliorum dominorum dictarum partium, prout per collegium ordinabitur, cum illa commissione, que per collegium domini, consiliariorum, capitum et sapientum utriusque manus ordinabitur, habendo dictum collegium libertatem comittendi dicto nuntio posse promittere usque ad summam ducatorum quingentorum ad partem ad partem, quam minus et melius poterit illis personis, que dicto collegio videbuntur, de provisione in anno de intratis locorum nostrorum Albanie pro obtinendo, quod tota dicta Saboiana a Suttermano cum Celestrina et sancta Maria de Rotezo et sancto Nicolao per super

ripam usque Scutarum remaneat nostro dominio, et tota etiam contracta et payse supra Scutarum remaneat nostro dominio, prout per quondam dominum Georgium Stracimir nobis data et tradita fuerunt.

Et pro meliori agendorum nostrorum retineatur dicta domina Elena in verbis hic per aliquot dies, ut idem nuntius habeat avantagium ab ea, et postea, quando collegio videbitur, expediatur cum istis verbis videlicet, quod nostra dominatio fuisset valde contenta et maximum placere recepisset, quod ipsa domina voluisset condescendere ad ea, que eidem facere volebamus, que erant iusta, rationabilia et honesta; et certi reddimur, quod quando fuerit cum filio suo, ipsa capiet meliorem deliberationem et consilium, quam fecerit hic Venetiis. Et cum his et aliis similibus verbis, prout dicto collegio videbitur, debeat expediri. De parte 61, de non 4, non sinceri 3.

Nota, quod vigare suprascripte partis, pro executione contentorum in ea, destinatus fuit ad partes Albanie et illos dominos Turchorum providus vir Azelinus Boza notarius curie, et commissio sibi facta per collegium est in libro commissionum, que tenetur isto tempore, et scribetur per Bernardum de Rubeis notarium curie.

Senato. Misti. Vol. 48 pag. 109 tergo, u mletačkom arkivu.

XXVII. God. 1409. 29 rujna, u Mletcih.

Riešeno i u velikom vieću, da se obavi izbor kneza zadarskoga na četiri ruke.

1409. die XXVIIII. septembris. Quod in bona gratia comes Jadre eligendus eligatur per quatuor manus electionum in isto consilio, probando electos ad unum ad unum. Et ille, qui habuerit plures ballotas aliis, transeundo medietatem consilii, sit firmus, et eligatur per duos annos, et tanto plus, quantum successor suus illuc ire distulerit; habeat de salario in anno et ratione anni libras octuaginta grossorum, recipiendo salarium medii anni hic in Venetiis, et deinde de tribus in tres menses in principio dictorum trium mensium. Et ducat suis salario et expensis duos socios venetos, qui placeant dominio, quorum cuilibet dare debeat ducatos triginta in anno ultra expensas oris. Item unum notarium, cui dare debeat ducatos viginti in anno et ratione anni ultra expensas oris, sex domicellos bene armatos, duos famulos a stabula, unum coquum et sex equos. Et teneatur dictus comes ire ad dictum regimen postquam aceptaverit usque dies quadraginta tunc sequentes pro ista vice tantum. Et ministrare debeat ius et iustitiam in civilibus et criminalibus omnibus habitantibus in Jadra et comitatu, secundum formam commissionis, que sibi dabitur. Et teneatur respondere infra terciam diem. Et socii sui teneantur facere custodias, prout facient socii capitanei. Et sit regimen istud comitis et etiam capitanei Jadre ad conditionem duodecim regiminum. Et fuit capta in consilio rogatorum.

Maius consilium. Leona c. 188, u mlet. arkivu.

XXVIII. God. 1409. 2 listopada, u Mletcih.

Odgovara se knezu Senjskomu na stvari predložene od njegova poslanika, a navlastito glede Raba.

1409. die secundo octobris. Sapientes consilii. Capta. Cum circa principium mensis septembris proxime elapsi magnificus dominus comes Segne per suum ambasciatorem nobis fecerit exponi tria: primum, quod propter devotam dilectionem, quam nobis gerit, est dispositus non obstante, quod sit subditus regis Hungarie, facere et exequi semper secundum consilium et voluntatem nostram; secundum, quod in casu, quo vellemus facere aliquid super facto Arbi, placeat nobis expectare, quod ipsam posuerit in manibus alicuius nuncii dicti regis Hungarie pro honore suo; tercium, quod, ut posset secrete informare nostrum dominium de his, que sentiret de partibus Hungarie, si placeret nobis, possemus tenere in Segna unum nostrum nuncium fidum, cui ipse notificaret omnia, que sentiret. Et dicto oratori dicti domini comitis Segne fuerit responsum, regratiando dicto domino de sua bona dispositione, quod mittemus nuncium nostrum proprium ad informandum suam magnificentiam de nostra intentione super factis Arbi et aliis expositis.

Vadit pars, quod committatur magistro Paulo, qui mittitur per nos ad partes Hungarie, et facit viam Segne, quod debeat comparere ad presentiam dicti domini comitis Segne, in quo sit in loco, ubi non differrat nimium iter suum, et presentatis nostris litteris credulitatis ac facta salutatione et oblatione amicabili, debeat exponere, quod suus orator fuit de mense proximo elapso ad nostram presentiam, et exposuit tria principaliter, prout superius dictum est, cui respondimus, quod faceremus notam sue magnificentie intentionem nostram super expositis, ad quem respondemus et dicimus, quod nobis non est nova devota dilectio, quam nobis gerit, et oblationem, quam nobis facit de sequendo semper consilium et voluntatem nostram etc., nos acceptamus, eidem regratiantes de bona dispositione sue magnitudinis, que sumus certi cognoscit, quod semper ipsam dileximus, et similiter diligere intendimus in futurum ut filium, que nostra dilectio non est dubium semper redundavit in honorem et commodum suum, et multo magis redundare potest ad presens propter civitatem Jadre et alia loca, que pervenerunt sub dominio nostro, quia sua magnificentia exivit de periculis, damnis et offensis non parvis ymo magnis et continuis, que eidem et locis suis inferebantur per gentes domini regis Ladislai in tantum, quod nunc, ut videt, status suus est securus, ubi primo subiacebat expresso et manifesto periculo. Et propterea sua magnificentia potest et debet esse contenta, quod terra, castrum et insula Arbi sit in arbitrio et sub dominio nostro tam racionibus suprascriptis quam etiam, quia dicta terra et insula Arbi iam tot centenariis annorum fuit nostri dominii, ita quod declaramus expresse sue magnificentie, quod nostre intentionis est, quod dicta terra et insula Arbi sit et remaneat sub nostro dominio, de qua nostra intentione non dubitamus suam magnificentiam nedum remanere contentam, sed in dicto facto et in omni alio semper esse paratam ad nostra beneplacita. Ad factum nuncii nostri tenendi apud suam magnificentiam causa nobis exposita per suum oratorem dicimus, quod hoc non videtur nobis necessarium, ymo

videtur nobis, quod informari secrecius poterit nostrum dominium per medium discreti viri ser Bartholomei Marzer consulis nostri in Segna quam per aliquem alium modum, quia dictus Bartholomeus est civis noster et servitor suus et discreta et fida persona, cui ipse dominus, si sibi placet, poterit dicere et nota facere ea, que sentiet, et ipse Bartholomeus postea secrete nobis scribet, non nominando in aliquo ipsum dominum. Et quod, in quantum ipse dominus sit de hoc contentus, dictus magister Paulus nobis scribere responsiones dicti domini et sine mora prosequi iter suum in Hungariam secundum formam sue commissionis.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV. pag. 64, u mlet. arkivu.

XXIX. God. 1409. 2 listopada, u Mletcih.

Računovodja imenovan za Zadar.

1409. die secundo octobris. Capta. Cum pridie captum fuerit in isto consilio, quod fieret unus camerarius Jadre per duas manus electionum in isto consilio et unam per scrutinium inter dominum, consiliarios et capita et sapientes utriusque manus, et bonum sit, quod dictus camerarius fiat per quatuor manus electionum sicut fit camerarius mittendus Scutarum; vadit pars, quod dictus camerarius eligendus, et qui de cetero fient, eligi debeant per quatuor manus electionum in hoc consilio, et ille, qui habuerit plures ballotas aliis transeundo medietatem consilii, sit firmus, et ultra salarium librarum mille in anno habere debeat domum a nostro comuni pro affictu competenti et racionabili condicioni sue.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV pag. 64, u mletačkom arkivu. — U rukopisu zadarskoga arkiva „Ducali e terminazioni. Libro I. c. 3, nalazi se ulomak naputka za računovodju, koj glasi ovako:

Commissio camerariorum. — Nos Thomas Mocenigo dux Venetiarum etc. Comitimus tibi nobili viro . . . dilecto nostro, quatenus de nostro mandato debeas ire et esse camerarius nostre civitatis Jadre per annos duos et tantum plus, quantum successor tuus illuc venire distulerit, operando et faciendo in hiis, que ad te spectant et pertinent, sicut honori et proficuo communis Veneciarum videbis pertinere, ac ea alia, que hic inferius anotantur, et libi de tempore in tempus dabimus in mandatis. Tenere debeas racionem et computum de omnibus introitibus et expensis ac solucionibus stipendiariorum et de fir . . . to ac de aliis quibuscunque rebus, que illuc mitterentur per nostrum commune, scribendo et notando simul cum socio tuo ac scriba particulariter et distincte in quaternis et libris ordinatis, de omnibus et singulis debeas computum et racionem ostendere. Habere debeas de salario in anno et racione anni libras mille centum parvorum, de quibus recipere hic debeas in Veneciis salarium mensium sex, residuum vero tibi solves de tempore in tempus de pecuniis camere nostre deinde, tenendo tuis salario et expensis unum famulum, et habere debeas unam domum a nostro communi pro precio racionabili et competenti tue condicioni. Non potes

facere vel fieri facere de mercacionibus parte vel alios ullo ingenio seu forma. Propterea volumus et comittimus tibi, quatenus esse debeas ad obedientiam et mandatum rectorum nostrorum deinde.

XXX. God. 1409. 2 listopada, u Mletcih.

Piše se providurom u Zadru o daćah i drugih nametih, a navlastito o obkopih oko Zadra.

1409. die secundo octobris. Quod scribatur provisoribus Jadre. Pro declaratione vestra vobis scribimus et mandamus, quatenus datia et introytus civitatis Jadre, que nobis videntur bonum esse non exigere per comune, debeatis incantari et deliberari per illum modum et pro illo precio et cum illis conditionibus et pactis, qui et que vobis videbuntur, cum illo quam pluri avantagio et utilitate nostri comunis poteritis. Item cum dictis consiliis vobis mandamus, quatenus illos piferos, quos ibi habetis ad nostras expensas, debeatis, completo tempore termini et salarii sui, licentiare et cassare; de trombettis vero dicimus, quod pro minori expensa ponatis eos loco aliquorum ex stipendiariis deficientibus, prout melius poteritis. Super vero facto fovee et cavationis ipsius, et eius, quod comprehenditis posse fieri de dicta cavatione, intelleximus litteras vestras et spem bonam, quam habetis, de bona prosecutione et complemento ipsius, pro quibus vestram prudentiam et sollicitudinem commendantes vos hortamus, sicut de vobis plene confidimus, quod attendere debeatis ad prosecutionem ipsius; bietas vero et cunios et alias res requisitas ordinavimus vobis mitti pro facto dicte fovee, et similiter bordonales de larice requisitos pro aliis laboreriis.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 64 tergo, u mlet. arkivu.

XXXI. God. 1409. 18. listopada, u Mletcih.

Neka se odpremi providur u Šibenik, i neka pozove ono vieće na predaju dobrovoljno; a kad nebi uspieo, neka pohara šibenički kotar.

1409. die decimo octavo octobris. Capta. Quod mitti debeat unus noster provisor ad partes Sibinici, qui statim, cum illuc applicuerit, vadat primo cum nostris literis credulitatis et salvoconductu illorum deinde ad regimen, consilium et comune Sibinici, factaque convenienti salutatione, debeat exponere nostri parte, quod sicut intelligere potuerunt per ea, que eis dixit nobilis vir ser Franciscus Cornario, nos habere debemus per conventiones factas cum domino rege Ladislao dictam terram Sibinici, ut habuimus Jadram, et sic habere debemus Tragurium et alia contenta in conventionibus predictis, que quidem nostra sunt nobis data a domino dictarum terrarum, qui potuit ipsas nobis dare. Et tam propter dictas conventiones et pacta, quam etiam quia cognoscimus, quod facit pro dicta terra et aliis, si volunt vivere bene et in quiete et in pace venire sub dominio nostro liberaliter et sine resistentia; maxime considerato, quod sumus dispositi eos tractare gratiose et benigne ac favora-

biliter, adeo quod poterunt et debebunt merito contentari; nos ergo requirimus et rogamus, quod velit sine pluri dilatione vel oppositione confidenter sumittere et dare se dominio nostro, ponendo se liberaliter in manibus nostris. Et hoc faciendo, nos habebimus iustam causam faciendi eis de rebus gratis et acceptis; aliter vero, stantibus ipsis pertinacibus in contrarium, ipsi debent credere, quod hoc erit nobis molestum, et habebimus iustam causam providendi et presto ad conservationem honoris nostri. Et si aliquid sinistri et incomodi postea eis accidet, ipsi fuerint causa. Et cum predictis et aliis verbis et rationibus debeat eos inducere ad nostram intencionem. Et si hoc obtinere poterit, debeat acceptare et intrare regimen dicte terre, et si peterent pacta aliqua, debeat eis dicere, quod mittant suam ambasiatam Venetias, quia invenient nos benignos et gratiosos, scribendo nobis omnia ordinate. Si vero non poterit obtinere intentionem nostram, debeat cum galea de Chabono de Candida et duabus nostris galeotis et brigantino, quos secum in hoc suo accessu conducere debeat de Jadra, super quibus provisores ponant de peditibus de inde, quod eis videbuntur opportuni, damnificare Sibinicenses per hunc modum, videlicet comburere et devastare toto suo posse molendina Sibinici, et capere omnes barchas, barchosios, navigia et zopolos dictorum de Sibinico et quorumcunque aliorum, qui deferent eis victualia vel aliquod auxilium vel aliquam aliam rem in favorem vel comodum suum, et prohibere toto suo posse, quod ipsi de Sibinico non possint accipere aquam vel macinare vel habere rem eis comodam, habendo tamen menti ad securitatem et conservationem galearum et navigiorum ac gentium nostrarum et turrium dicti portus, quam plus fieri poterit. Et pro dando maius stimulum dictis de Sibinico, debeant illuc mitti due vel tres bombarde grosse cum lapidibus, pulvere et magistro necessariis, que projiciant in terram Sibinici, quia apud turres poni poterunt in terra vel aliter, prout videbitur, ad molestiam dicte terre. Eligatur dictus noster provisor per scrutinium in hoc consilio, et possit accipi de omni loco et officio, vadat ad omnes suas expensas, excepto de passagiis, per quatuor menses, pro quibus quatuor mensibus habeat de salario ducatos trecentos, tenendo duos famulos suis salario et expensis; faciat expensas illis probis viris, quos secum mittemus de hinc pro examinando ea, que fuerint deinde opportuna, possendo expendere pro victu eorum id, quod fuerit necesse, que expensa dictorum proborum virorum solvatur per nostrum comune. Et debeat dictus provisor facere ius et iustitiam omnibus ad dictas turres habitantibus, et omnibus deputatis ad custodiam earum, et omnibus tam nostris subditis quam stipendiariis, qui erunt cum armata nostra, et aliter quodcumque in illis partibus. Respondeat die, qua erit electus, vel altera ad tercias; non possit refutare sub pena librarum ducentarum, et recedat subito, cum sibi preceptum fuerit per dominium. De parte 47, de non 31, non sinceri 10.

Die vigesimo octobris. Capta. Quia necesse est pro fortificatione et conservatione turrium de Sibinico mittere illuc assides et aliqua alia lignamina, ferramenta et arma, magistros et alia opportuna offensibilia et defensibilia, prout requirunt fortilitia; vadit pars, quod mitti debeant illuc de predictis rebus, secundum quod dicto collegio videbitur opportunum.

*

Die 25 octobris. Capta. Cum nobilis vir ser Franciscus Cornario, dum foret in partibus Sibinici, haberet libertatem exequendi aliqua in ipsis partibus vigore arbitrii sibi dati, et propter recessum suum ob secuta deinde non fuit habilitas mittendi executioni omnia sibi commissa; vadit pars, quod collegium habeat illam libertatem et arbitrium, quam et quod habebat dictus ser Franciscus pro obtinendo nostram intentionem de Sibinico et Tragurio. Preterea quod provisio promissa per ser Franciscum Cornario cuidam domino Johanni Misichi militi de Sibinico, qui fuit principalis persona, que nobis dedit turres de Sibinico in manibus, que provisio fuit, quod, quando habuerimus dominium terre Sibinici, illam habere deberet, non obstante hoc debeat nunc incipere ita, quod habeat ipsam, et incipiat nunc habere, debendo stare in turribus predictis, et non habendo alium soldum. Et similiter habeat collegium libertatem providendi illis de Sibinico et familiis suis, qui se reduxerunt tam ad civitatem nostram Jadre quam in turres Sibinici pro securitate sua, quod fecerunt et processit ex maxima fidelitate, quam habuerunt et habent ad honores nostri dominii. De parte 64, de non 9, non sinceri 17.

Secreta consilii rogatorum. IV, u mlet. arkivu.

XXXII. God. 1409. 25 listopada, u Mletcih.

Naputak za providura poslana u Šibenik, neka nastoji, da se ona občina predade dobrovoljno, ili neka ju na to prisili, te neka navede kneza Cetinskoga, da joj svaku pomoć uzkrati, a Mletčane podupre.

1409. 25 ottobris. Quod non obstante eo quod pridie captum fuit super facto Sibinici, fiat commissio nobili viro ser Petro Lauredano in hac forma. Capta. Nos Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. committimus tibi nobili viro Petro Lauredano dilecto civi nostro, quod ire debeas noster provisor ad partes Sibinici, et cum fueris Jadre, accipere tecum galeam de Carbono et duas galeotas et brigantinum bene in puncto et in ordine, super quibus navigiis provisores Jadre ponant de peditibus nostris deinde, quot eis videbuntur, ut sint bene in puncto et in ordine. Et subito ire debeas, ut dictum est, Sibinicum, et comparere cum nostris literis credulitatis ad presentiam regiminis, consilii et comunis Sibinici, quibus, presentatis literis nostris credulitatis et facta convenienti salutatione, debeas exponere, quod nobilis vir ser Franciscus Cornario dixit eis nostram intentionem, ad quam non dederunt conclusivam responsionem. Et propterea tu habes mandatum comparendi coram eis, et dicere, quod nostre intentionis est habere dictam terram Sibinici, quia ipsam habere debemus per conventiones et pacta facta, eis, non dubitamus, nota inter nos et serenissimum dominum regem Ladislaum, qui tanquam dominus dicte terre potuit nobis dare dominium dicte terre Sibinici et aliarum terrarum et locorum contentorum in conventionibus secum factis. Itaque suis nobilitatibus placeat considerare conditionem suam, que ad dicendum veritatem eget habere pacem et quietem, et non subiacere periculis, quibus sub iacet ad presens, quam pacem et quietem, si bene considerant, habere possunt, liberaliter summittendo et dando se nostro dominio, et confidendo se in benignitate

nostra; nam debent esse certi, quod faciendo hoc sine dilatione et ad nostram amicabilem requisitionem habebimus maiorem causam faciendi eis de rebus comodis et gratis. Et quod propterea tu hortaris, requiris et rogas eos, ut non differant, sed faciant et exequantur secundum consilium vestrum, quia nolendo hoc facere, vos habetis aliud eis dicere. Et audita sua responsione, si erunt contenti facere iuxta requisitionem et voluntatem nostram, debeatis in bona gratia accipere et acceptare dominium, regimen et tenutam dicte terre, confortando eos, quod invenient nostram dominationem benignam et gratiosam. Si vero perseverarent in nolendo se sumittere et dare nostro dominio, debeatis eis dicere, quod ponant mentem, quid faciunt, quia intentionis nostri dominii omnino est habere dictam terram, et pro habendo ipsam exponere vires nostras, sed sint certi, quod, habita dicta terra, que non dubitamus, quod possit evadere manus nostras, omnes principales, qui fuerint nobis contrarii, habebimus et tractabimus pro rebellibus nostris, et omnia sua bona confiscabimus in nostrum comune. Et propterea tu assignas eis terminum trium dierum ad cogitandum et deliberandum adhuc super predictis. Et si dicta verba et mine reducerent eos ad faciendum nostram voluntatem, accipere debeas regimen et tenutam dicte terre, ut superius dictum est. Et si responderent velle aliqua pacta, debeas facere ipsa tibi dari in scriptis, et subito ipsa nobis mittere. Et etiam si responderent velle mittere suam ambasiatam ad nostram presentiam, debeas dicte ambasiate dare passagium prestum.

In casu vero, quo elapsis suprascriptis tribus diebus eis assignandis dicti de Sibinico nolent se dare et summittere nostro dominio, vel nollent mittere ambasiatam suam nostro dominio, que ambasiata recedat inde per sex dies post dictum terminum trium dierum elapsum, debeas facere comburi molendina, ne macinare possint, et vetare eis, ne possint accipere aquam vel habere rem aliquam eis comodam et capere omnes barchas, barchosios et navigia et topolos eorum et quorumcumque aliorum, qui afferrent eis victualia vel aliquod auxilium vel aliquam aliam rem in favorem vel comodum suum. Et ultra hec offendere, damnificare et guerrizare dictam terram Sibinici et ea omnia, que tenent illi de dicta terra, cum bombardis et per omnem illum modum, qui tibi erit possibilis, ut possimus habere nostram intentionem; habendo tamen menti ad securitatem et conservationem galearum et navigiorum ac gentium et turrium tibi commissorum et ad fortificationem dictarum turrium quantum plus poteris, significando nobis de die in diem, quicquid secutum fuerit et sequetur particulariter et distincte.

Sed interim in omni casu cum illis probis viris, quos de hinc tecum mittimus, et cum de illis de inde, qui tibi videbuntur, debeas videre et examinare quantum plus poteris condictiones dicte terre et portus, et qualiter et quomodo per aquam et per terram posset offendi, stringere et expugnari dictam terram per modum, quod habeamus nostram intentionem; similiter etiam ea, que forent necessaria dictis de causis, et omnia predicta nobis scribere debeas per tuas literas, et informare etiam per dictos probos viros de hinc missos oretenus nostrum dominium, ut possimus providere, prout nobis videbitur opus esse, faciendo dictis personis, quas tecum mittemus dicta de causa, expensas de pecunia nostri

comunis. Tu vero habere debes pro quatuor menses, quibus es electus, ducatos trecentos auri, et ire ad omnes tuas expensas, excepto de passagiis, ducendo tecum duos famulos ad omnes tuas expensas. Debent esse ad tuam obedientiam omnes galee, navigia et omnes alie gentes, que erunt in dictis turribus. Et eis et cuilibet eorum ministrabis ius et iustitiam in civilibus et criminalibus.

Insuper quia nuper habuimus per literas nostrorum provisorum Jadre, quod comes de Citines misit in favorem illorum de Sibinico trecentos homines, et quod Sibinicenses vocaverunt eum in comitem, debeas, si dictus comes de Citines esset in Sibinico, requirere, ut infra continetur. Si vero ibi non esset, mittas notarium tuum ad eum ad exponendum infrascripta, dicendo in hac forma: quod scivimus, quod ipse prebuit et prebet auxilium de gentibus et aliis rebus Sibinicensibus; asseritur etiam, ipsum velle personaliter eis favere. Et quia non dubitamus ipsum scire, dictam terram Sibinici esse nostram, et dominium ipsius ad nos spectare propter conventiones et pacta inita et facta per nostrum dominium cum serenissimo domino rege Ladislao, qui erat dominus dicte terre, credimus etiam ipsum scire, nobilem virum ser Franciscum Cornario fuisse in Sibinico nostri parte, et requisivisse tenutam et possessionem dicte terre. Vidit etiam et videre potest, quod Sibinicenses iam dederunt nobis turres et fortilitia portus, et quod attendimus ad habendum, ymo nostre intentionis est omnino habere dictam nostram terram, propterea miramur non modicum, quod impedire velit hanc nostram intentionem, et quod velit obstare, quod habeamus id, quod nostrum est. Insuper non dubitantes, quod habet memorie, nos semper tractavisse et habuisse ipsum in nostrum singularem amicum et ad beneplacita sue nobilitatis, que in Venetiis habet de sua facultate, nos fuisse benignos et bene dispositos, multo plus miramur, quod impediat se taliter contra nostrum dominium, quia credebamus habere et invenire ipsum propicium et favorabilem huic nostre intentioni. Unde conclusive dicimus, quod sibi placeat homines suos revocare, et nullum favorem dare Sibinicensibus, nec impedimentum aliquod facere nostre intentioni, quia sic faciendo, habebimus causam providendi, prout nobis videbitur opportunum. Et cum predictis et aliis verbis et rationibus competentibus et pertinentibus dicte materie debeas toto tuo posse inducere dictum comitem, nedum ad revocandum gentes suas, sed ad essendum nobis propicium, ut habeamus terram predictam, asserendo, quod si erit nobis favorabilis intentioni nostre predicte, ipse ferventius et strictius nos obligabit ad sua comoda et honores. Et si dictus dominus comes de Citines erit contentus cum effectu complacere nostris precibus de non impediendo se, debeas ei regratiari, offerendo nos ad omnia sua beneplacita. Et si erit contentus etiam esse favorabilis ad obtinendum nostram intentionem de dicta terra, debeas dicere, quod hec erit nobis complacentia, quam semper habemus memorie, operando favores dicti comitis in his, que tibi videbuntur posse esse utiles ad exequendum tibi commissa.

Insuper avisamus te, quod scripsimus et mandavimus provisoribus nostris Jadre per litteras tibi assignatas, quod debeant tibi subvenire de peditibus et equitibus et magistris et aliis rebus opportunis, ut possis exequi

melius intentionem nostram, in casu quo illi de Sibinico non vellent se summittere nostro dominio, vel mittere suam ambasiatam Venetias, semper tamen cum securitate et sine dubio status nostri in Jadra et aliis locis commissis dictis provisoribus, et sic eis scribimus, itaque eos requirere potes de predictis, cum tibi fuerit opportunum.

Item ut possis mittere ad dominum comitem Johannem de Citines, si non erit in Sibinico, quia eo casu debes tu met alloqui eum, ordinavimus per literas nostras predictas dictis provisoribus Jadre, quod debeant tibi dare Benedictum notarium secum existentem, qui veniat tecum, ut ipsum mittere possis ad ipsum comitem secundum formam commissionis tue predicte, et operari in aliis tibi opportunis. Et propterea ipsum requiras a provisoribus antedictis.

Facimus ascendere tecum dominum Johannem Misich militem Sibinicensem, qui habet a nobis provisionem ducatorum centumquinquaginta in vita sua in anno, ipsum vero deputare debeas ad custodiam turris portus versus Auranam cum aliis Sibinicensibus ibi existentibus, secundum quod te informavimus. Et de quanto ipse steterit ad dictam custodiam non debet habere aliud salarium vel stipendium quam provisionem predictam, cui fecimus dare ducatos septuagintaquinque pro sua provisione sex mensium; pro aliis vero Sibinicensibus, qui sunt ad dictas turres et ad brigantinum deputati numero quinquaginta, fecimus tibi dare ducatos ducentos, de quibus debeas dare cuilibet ipsorum pro paga duorum mensium ducatos quatuor. Item fecimus tibi dare ducatos sexagintaquatuor, quos dare debeas illis octo civibus Sibinicensibus existentibus ad dictas turres, de quibus es informatus, videlicet ducatos octo pro quolibet pro paga duorum mensium. Item fecimus tibi dare ducatos quadraginta pro duabus barchis tecum venientibus et expensis suprascripti militis de Sibinico in hoc ascessu et aliorum tecum accessurorum secundum ordinem datum. Item fecimus tibi dari ducatos ducentos, quos dare debeas provisoribus nostris Jadre, ut de ipsis subveniant familiis de Sibinico reductis in Jadram, secundum quod ipsis provisoribus scribimus per litteras tibi assignatas, quas et debeas presentare.

Fecimus tibi assignare tres literas credentiales, duas pro te, quarum una est pro regimine et comuni Sibinici, altera pro comite Johanne de Citines, tertia vero litera pro notario, quem mittes ad dictum comitem, quas literas operari debeas secundum formam tue commissionis. Item unam quartam literam dandam supracomitis galee et galeotarum, ut sint ad tuam obedientiam, et exequantur, prout eis ordinabis, et similiter eis scribent et mandabunt provisores Jadre.

Secreta consilii rogatorum IV, u mlet. arkivu.

XXXIII. God. 1409. 27 listopada, u Mletcih.

Elena kneginja Zetska u svoje i u ime svoga sina Balše sklapa primirje sa mletačkom vladom na jednu godinu, a na temelju uti possidetis.

Elena relicta quondam magnifici domini Georgii Stracimir universis et singulis presentes litteras inspecturis facimus manifestum, quod no-

mine nostro proprio ac vice et nomine magnifici domini Balse filii nostri et dicti quondam domini Georgii Stracimiri, a quo ad infrascripta facienda et complenda habuimus et hábemus ab ipso domino Balsa, ut patet suis litteris patentibus et suo sigillo munitis, que ad cautellam remanserunt apud illustrem dominum dominum ducem Veneciarum, devenimus cum ipso illustri et excelso domino domino duce et communi Veneciarum ad infrascriptam compositionem et concordium, videlicet, quod nos et filius noster predictus sit in ea condicione et termino in omnibus et per omnia, qua eramus, quando de partibus nostris nos Elena recessimus pro accedendo Venecias, et habeamus et teneamus id, quod tunc temporis habeamus et tenebamus; et similiter idem dominus dux, dominium et comune Venetiarum sit in ea conditione et termino, in quibus et per omnia, qua erat, quando nos de partibus predictis recessimus pro veniendo Venetias, et habeant et teneant id, quod tunc temporis habebant et tenebant. Et pro firmiori validatione et confirmatione amoris et dilectionis inter partes existentis promittimus nostro et nomine dicti filii nostri ac pro heredibus et successoribus nostris ipsi domino duci, dominio et communi Veneciarum usque ad unum annum proxime venturum stare in bono amore et sincera ac fideli dilectione cum prefato domino duce, dominio et communi Veneciarum, et facere bonam vicinantiam terris et locis suis Albanie, ita quod subditi nostri cum suis et sui cum nostris quiete, tute, amicabiliter insimul stare possint, vivere et conversari, nec prebere aures ullis obloquutoribus et hominibus prave intentionis, qui vellent inter ipsos et nos scandalum seminare. Et vice versa idem illustris dominus dux per se et successores suos ac nomine communis Venetiarum promisit nobis, nostro et quo supra nominibus recipientibus, usque ad dictum terminum stare in sincera dilectione nobiscum et facere bonam vicinanciam terris et locis nostris, ita quod subditi sui cum nostris et nostri cum suis quiete, tute, amicabiliter in simul stare possint, vivere et conversari, nec prebere aures ullis obloquutoribus et hominibus prave dispositionis, qui velent inter ipsos et nos scandalum seminare, propter que quidem frustra vel aliquid predictorum non debemus nos nec predictus noster filius acquirere plus iuris in aliquibus ex terris et locis ac territoriis supratactis, que habebamus tempore dicti nostri recessus pro Venecias veniendo, ut superius dictum est. Non possimus etiam de novo facere seu construi facere aliquod fortilicium ultra ea, que erant tempore dicti nostri recessus, nec aliquod ex fortiliciis predictis iam constructis ampliare nec murare. Ceterum pro confirmatione omnium predictorum predictus dominus illustris dux et nos nostro et nomine supradicto, tactis scripturis, ad sacra dei evangelia prestitimus iuramentum, omnia suprascripta attendere et observare, ac attendere et observari facere bona fide ad purum sensum et intellectum, omni causa et exceptione remotis; promittentes insuper infra terminum predictum dicti anni taliter nos gerere circa supradicta, quod inter ipsum dominum ducem et nos bonum concordium subsequeturi. Et similiter idem dominus dux a parte sua promisit operari et procurari quantum poterit, ut dictum concordium subsequatur. Insuper idem dominus dux fecit de omnibus promissionibus suprascriptis fieri litteras suas patentes suo sigillo bullatas, quas penes nos habemus. Et nos similiter in fidem et evidentiam pleniorem omnium promissorum presentes nostras litteras fieri fecimus, et

bulla nostra mandavimus communiri. Datum Venetiis millesimo quadringentesimo nono, indictione tertia, die vigesimo septimo mensis octobris.

Orig. perg. n. 5, u mlet. arkivu. V. Commemorialium X. c. 78.

XXXIV. God. 1409. 16. studenoga, u Mletcih.

Naputak knezu i kapetanu skadarskomu, kako da ugovara mir sa poslanikom turskim u pogledu razmirice sa Elenom knjeginjom zetskom i njezinim sinom Balšom.

Cum inter alia, que considerari debent, principaliter debeamus velle conservationem honoris nostri, quia nil aliud plus auget vel diminuit honorem, quam observantia vel inobservantia iuramenti et promissionum, et successive deficiente credulitate et fide, omnia tam apud deum quam homines mundi erunt in peius; et propterea quia vitandum est omnino non incurrere in hunc errorem et infamiam; vadit pars, quod super istis factis Albanie, considerata prommissione nuper facta cum sacramento per litteras nostras bullatas, datas in manibus domine Elene matris Balse Strazimiri et parte pridie capta contra dictam promissionem, provideatur in hunc modum, videlicet, quod scribatur et mandetur et comiti et capitaneo Scutari, quod debeat esse cum Petro Longo ambasiatore Turchi, et ei dicere, quod fecimus cum domina Elena, existente hic Venetiis, aliquam conventionem, in qua inter alia continetur, quod utraque pars debeat esse sollicita ad ducendum differentias existentes inter nos et ipsam et Balsam ad pacem firmam et conclusivam. Et quia sensimus multa esse innovata in partibus illis, que nobis non erant nota, tamen volentes uti nostra benignitate sollita, rogamus dictum oratorem Turchi, quod si aliqua pax firma non esset secuta, debeat operari et facere, quod fiat pax inter partes secundum formam, que fuit oblata ambasciatoribus despoti et domine Mare et dicti Balse, quum fuerunt Venetiis, videlicet de dando eis Budam et salinas et ducatos mille quingentum de provisione annuali; et informetur rector noster predictus ad plenum de dicta forma pacis alias praticata, retinendo tamen omnino pro nostro dominio la Xaboianam, etiam la Celestrinam, si ipsam habuisset, qua pace sequente faciat sibi reddi litteras nostras, quas nuper dedimus dicte domine Elene in Venetiis. Et si dicta pax sequi poterit, bene quidem; quum vero non, videtur nobis, quod simus absoluti a sacramento et ab observantia litterarum nostrarum datarum dicte domine Elene, quia non observant partem illam contentam in eis de procurando pacem, quia non attendit nec vult pacem, ad quam procurandam utraque pars tenetur. Et in hoc casu observare debeat noster rector predictus ea, que nuper sibi scripsimus, postquam sensimus occursa et gesta per eum in partibus illis. Si vero dictus Petrus inde recessisset, et ut est dictum, nulla alia pax firma secuta fuisset, debeat ipse practicare et offerre dicte domine Elene et Balse pacem in forma suprascripta; et si concludere poterit, bene quidem; quum vero non, exequi debeat ultimum mandatum nostrum pridie sibi scriptum et factum, postquam sensimus occursa et gesta per eum de inde. Sed nihilominus informare debeat nos de responsionibus dicte domine Elene et Balse et secutis de inde, ut de hinc cum dicto Petro Longo oratore

Turchi possimus praticare super forma dicte pacis, et aliter, prout videbitur huic consilio.

Secreta cons. rog. IV. 75, u mlet. arkivu.

XXXV. God. 1409. 19 studenoga, u Mletcih.

Zaključeno, da se imanja, njekomu Zadraninu zaplienjena od Ljudevita ugar. hrv. kralja zato, što je vieran ostao bio republiki, istomu povrate.

1409. die XVIII. novembris. Sapientes ordinum. Capta. Solida laus est principum ac presidentium dignitate subditis atque fidelibus et potissime necessitatis tempore iusta petentibus subvenire. Cum itaque vir nobilis Marinus de Carnaruto, olim civis et fidelis noster Jadre, amator cordialissimus atque servitor nostri domini, sicut extitit cognitum per experientiam manifestam, tempore quo illustris memorie dominus rex Hungarie obtinuit dominum civitatis Jadre propter tractatus, quos per antea habuerat idem ser Marinus cum nostro dominio de faciendo nos habere ipsam civitatem Jadre, nec non ob sinceram devotionem et fidelitatem, quas habuerat erga nostrum dominium, fuerit spoliatus omnibus suis bonis adeo, quod eum opportuit cum nostro comite Jadre venire Venetias, ubi miserabiliter obiit, et nisi fuisset per nos sibi et suis heredibus graciose concessum, quod de bonis nostri comunis haberent libras XII grossorum in anno, miserime fuissent defuncti, cum qua provisione hucusque vixerunt in non mediocri miseria, expectando misericordiam dei et gratiam nostri dominii. E modo quod favente clementia creatoris dominium ipsius civitatis acquisivimus, heredes et successores ipsius ser Marini in maxima paupertate constituti fecerint devotissime nostro dominio supplicari, quatenus eisdem dignemur gratiam impertiri, ut bona tempore suprascripto eidem ser Marino accepta ipsis restituantur benigne; vadit pars, ut predicti fideles nostri cognoscant clarissime, nos optima nostrorum progenitorum sequi vestigia, quod scribatur et mandetur auctoritate huius consilii nostri provisoribus Jadre et aliis rectoribus illuc accessuris, quod inquirant et examinent diligenter omnia bona, quibus predictus Marinus intus et extra Jadram fuit expoliatus tempore suprascripto ob fidelitatem, quam portaverat nostro dominio, ipsaque bona suis heredibus et successoribus antedictis faciant integre restitui et consignari, ut oium opus et gratum deo faciamus et iusticia ac gratuitas nostri dominii erga benegesta et merita nostrorum fidelium benigne se extendere cognoscantur, et alii ad statum, honorem, fidelitatem et devotionem nostri dominii ferventius animentur. Verum si quis deinde ostenderet se aut a maiestate regia Hungarie seu Apulee emisse de dictis bonis, ex nunc sit captum, quod predicti nostri provisores seu rectores Jadre debeant diligenter videre et examinare iura ipsorum, ipsam seu copiam eorum nostro dominio destinando, ut per istud consilium possit provideri, secundum quod honori nostro cognitum fuerit convenire. Et id, quod reperietur non esse venditum, libere detur et restituatur heredibus et successoribus antedictis; declarando, quod quando predicta bona fuerint predictis heredibus et successoribus dicti Marini integre restituta, provisio et gratia sibi facta de libris duodecim grossorum liberaliter remaneat in nostrum comune,

ut est conveniens atque iustum, quia eis data fuit provisio predicta occasione suprascripta. De parte 59, de non 10, non sinceri 14.
Misii XXXXVIII. 115, u mlet. arkivu.

XXXVI. God. 1409 9 prosinca, u Mletcih.

Poslaniku povrativšu se iz Ugarske podjeljuje se 100 dukata.

1409. die nono decembris. Consiliarii. Capta in collegio: Quod pro solutione laboris magistri Pauli de Veneciis ordinis heremitarum sancti Augustini, qui rediit noster orator de partibus Hungarie, dentur ei ducati centum de pecunia nostri comunis. De parte 14, de non 2, non sinceri 1.
Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 80 tergo, u mlet. arkivu

XXXVII. God. 1409. 9 prosinca, u Mletcih.

Povišena plaća knezu i kapetanu zadarskomu zato, da izbor padne na osobe najuglednije.

1409. die nono decembris. Ser Leonardus Vituri sapiens ordinum Quia salarium octingentorum ducatorum auri, captum dari comiti et similiter capitaneo Jadre elligendis, est pulcrum et sufficiens salarium, de quo quilibet potest merito contentari; considerato etiam, quod illi, qui elliguntur ad dicta regimina, sunt de notabilibus et sufficientibus nobilibus nostris, et de illis, qui sunt experti in magnis et arduis factis nostris, et de quibus dicta regimina forent optime fulcita; propterea, ut non differatur amplius ad perfectionem electionis dictorum regiminum tam pro honore nostri dominii quam dictorum nostrorum nobilium et pro contentamento fidelium nostrorum Jadre, quod illi, qui elligentur ad dicta regimina, elligantur sicut hucusque factum est per quatuor manus electionum. Verum si aliquis ipsorum non transiret medietatem consilii, illi duo, qui haberent plures ballotas aliis, vadant unus per medium alterius, et ille, qui habebit plures ballotas, firmus sit. Et hoc observetur in utraque ellectione dictorum regiminum.

Capta. Ser Marcus Barbadico et ser Jeronimus Contareno. Volunt, quod considerato adventu venerabilis viri magistri Pauli, qui nuper rediit de partibus Hungarie, quod pro omni bono respectu, ut ad dicta regimina vadant de solenibus et sufficientibus nobilibus nostris, ac quod quilibet vadat alacriter, habeant ducatos mille auri in anno et ratione anni pro hac vice tantum comes et similiter capitaneus nostri Jadre.

Primo de parte ser Leonardi Vituri 17—21, secundo de parte ser Marci Barbadici et socii 34—43, tercio de non 13, quarto non sinceri 4—14.
Misti XXXXVIII. 118, u mlet. arkivu.

XXXVIII. God. 1409. 13 prosinca, u Mletcih.

O izboru kneza rabskoga.

1409. die XIII mensis decembris. Capta. Cum terra Arbi venerit ad manus nostri dominii, et utile ymo necessarium sit providere de comite pro regimine et gubernatione fidelium nostrorum deinde; vadit pars, quod in bona gratia elligi debeat unus comes Arbi per duas manus ellectionum in maiori consilio, qui vadat unus per medium alterius. Et ille, qui plures ballotas habuerit, sit firmus et sit per duos annos, et tam plus, quantum successor suus illuc ire distullerit. Habeat de salario in anno et ratione anni ducatos quadringentos. Et tenere debeat in dicto regimine suis salario et expensis tres domicellos, unum ragacium et tres equos et unum socium, cui dare debeat ultra expensas oris ducatos vigintiquinque in anno et ratione anni, et unum notarium, cui dare debeat expensas oris, et habeat dictus notarius a nostro comuni ducatos XXV in anno et ratione anni. Qui comes ministrare debeat ius et iustitiam in regimine sibi commisso, prout eidem secundum deum, iustitiam et honorem nostrum videbitur. Et teneatur respondere infra terciam diem, et usque ad unum mensem, postquam acceptaverit ire ad suum regimen pro ista vice tantum; de commissione autem sua ante suum recessum providebitur per collegium domini, consiliariorum, capitum et sapientum consilii et maris, prout dicto collegio vel maiori parti videbitur opus esse. De parte omnes alii, non 1, non sinceri 0.

Misti. XXXXVIII. 116, u mlet. arkivu.

XXXIX. God. 1409. 13. prosinca, u Mletcih.

O izboru kneza Osora i Cresa.

1409. die XIII. decembris. Capta. Quia est necessarium providere de comite Auseri et Cersi pro contentamento fidelium nostrorum dicti loci, vadit pars, quod in bona gratia elligi debeat unus comes Auseri per duas manus ellectionum in maiori consilio, qui vadat unus per medium alterius, et ille, qui plures ballotas habuerit, sit firmus, et sit per duos annos; et tantum plus, quantum successor suus illuc ire distullerit; habeat de salario in anno et ratione anni ducatos trecentos, et ducere debeat suis salario et expensis duos domicellos, unum ragacium, et duos equos et unum notarium, cui notario faciat expensas oris solummodo, et habeat a nostro comuni idem notarins ducatos viginti in anno et ratione anni; faciat ius et iustitiam in civilibus et criminalibus in regimine sibi commisse, prout eidem secundum deum et iustitiam ac honorem nostrum videbitur. Et teneatur respondere infra tertiam diem, et recedere usque ad unum mensem postquam acceptaverit pro ista vice tantum; de commissione autem sua ante suum recessum providebitur per collegium domini, consiliariorum, capitum et sapientum consilii et maris, prout dicto collegio vel maiori parti videbitur opus esse. De parte omnes alii, non 1, non sinceri 1.

Misti XXXXVIII. 117, u mlet. arkivu.

XL. God. 1409. 13 prosinca, u Mletcih.

O izboru kneza pažkoga.

1409. die XIII decembris. Capta. Quia est necessarium providere de comite Pagi pro contentamento fidelium nostrorum deinde; vadit pars, quod in bona gratia elligi debeat unus comes Pagi per duas manus ellectionum in maiori consilio, et vadat unus per medium alterius, et ille, qui plures ballotas habuerit, sit firmus, et sit per duos annos, et tantum plus, quantum successor suus illuc ire distullerit; habeat de salario in anno et ratione anni ducatos trecentos; ducat suis salario et expensis duos domicellos, unum ragacium et duos equos et unum notarium, cui notario debeat facere expensas oris sulummodo, et habeat a nostro comuni dictus notarius ducatos vigintiquinque in anno et ratione anni; qui comes facere debeat ius et iusticiam in civilibus et criminalibus in comitatu Pagi sibi commisso, prout eidem secundum deum et iustitiam et honorem nostrum videbitur opus esse. Et teneatur recedere et ire ad suum regimen usque unum mensem, postquam acceptaverit, et teneatur respondere infra terciam diem pro ista vice tantum; de commissione autem sua ante suum recessum providebitur per collegium domini, consiliariorum et capitum ac sapientum consilii et maris, prout dicto collegio vel maiori parti videbitur opus esse. De parte omnes, non 3, non sinceri 0.

Misti XXXXVIII 117, u mlet. arkivu.

XLI. God. 1409. 13 prosinca, u Mletcih.

Odgovor poslaniku kneza Senjskoga, koj se tužio, što su mu Mletčani oteli Rab.

1409. die 13 decembris. Quod oratori magnifici domini comitis Segne ad ea, que scribit et dici fecit pro facto loci Arbi accepti per Antonium Sclavo pro nostro dominio, respondeatur: quod sicut non dubitamus suam magnificentiam habere memorie, nos alias informari fecimus, et per responsionem per nos factam cuidam suo oratori super hoc, et per relationem sue magnitudini factam per nostrum oratorem tendentem ad partes Hungarie, quod locus, terra et insula Arbi erat et spectabat nostro dominio, quia emeramus Jadram et omnes terras, loca, insulas et iurisdictiones Dalmatie cum pleno dominio ipsius a serenissimo domino rege Ladislao, qui ipsas vendere potuit tanquam verus dominus earum. Scit etiam dictus magnificus dominus, quod sua magnitudo accepit terram et castrum Arbi de manibus gentium dicti domini regis Ladislai. Habet etiam dominatio nostra memorie responsiones, quas sua magnificentia nobis fecit super dicta materia, effectus quarum sint, quod comprehendimus, suam magnitudinem tanquam nostrum filium carissimum esse contentum, quod dictus locus Arbi perveniret ad manus nostras, dummodo per dominum regem Hungarie non posset ei imputari. Que quidem suprascripta scientes nostri provisores et gentes nostre, que sunt in partibus Dalmatie, secundum quod per literas eorum nobis scripserunt, tenuerunt modum de habendo terram et castrum Arbi per modum notum sue magnificentie. Et quia acceptio et habitio dicti loci facta et secuta est per

modum, quod sue magnitudini per aliquem imputari non potest, habemus, quod ipse magnificus dominus non debet nec potest gravari nec etiam dubitare de aliqua indignatione domini regis Hungarie, quia ipse magnificus dominus non fuit causa de hoc. Et propterea rogamus magnificentiam suam, quatenus placeat removere de mente sua omne gravamen, quod concepisset, quia non possumus aliter credere, nisi quod sit contentus de omni nostra exaltatione et comodo, quia ipse potest et debet esse certissimus, quod semper inveniet nostrum dominationem paratam et promptam ad quelibet grata et beneplacita sua et proficua conservationi status sui, tanquam pro filio et amico carissimo. Et insuper quia informati sumus per nostrates existentes in partibus Dalmatie, quod ipse dominus fecit retineri in terris et locis suis aliquos de nostris subditis Arbi, qui ibi erant aut obsides aut alia causa, et retentio si perseveraret, non posset producere aliquem bonum fructum, rogamus et requirimus ipsum instantes, quod velit et placeat facere libere relaxari predictos et bona sua; et similiter si aliquis suorum subditorum esset detentus per nostras gentes, ipsos faceremus libere relaxari cum bonis suis, ut de cetero fiat et sit bona et secura vicinantia et conversatio in utilitatem et comodum utriusque partis, sicut de sua filiali dilectione plene speramus. Et sic scribatur et informentur de dicta nostra responsione provisores nostri Jadre et Antonius Sclavus, ut, si dictus dominus comes Segne relaxabit nostros, etiam relaxentur sui. De parte 74.

Secreta consilii rogatorum IV, u mlet. arkivu.

XLII. God. 1409. 16 prosinca, u Mletcih.

Zabranjeno opatu sv. Krševana poći u Zadar, ako mu je stalo do uživanja prihoda iz dobara one opatije.

1409. die 16 decembris. Capta. Cum comparuerit ad presentiam nostri dominii abbas sancti Grisovani de Jadra pro possendo ire ad suum beneficium, et securius sit pro omni bono respectu, quod idem abbas pro presenti non vadat Jadram; vadit pars, quod dicatur dicto domino abbati, quod intentio dominationis nostre pro presenti est, quod idem dominus abbas non vadat Jadram nec ad partes Dalmatie et Hungarie, sed quod ipse moretur Venetiis vel alibi, sicut sibi placuerit, exceptis locis supradictis; et observante eo, ut dicimus, sumus contenti, quod habeat et gaudeat bonis et redditibus abbatie predicte, dummodo, quod de illis deputetur illa quantitas, que erit necessaria pro celebratione divini cultus et edificatione monasterii, cum dispositio nostra sit, quod divina offitia in dicto monasterio debite celebrentur; et si ibit ad dictas partes, quod non habeat redditus. Et ita scribi debeat nostris provisoribus Jadre, et sic mandetur rectoribus nostris, qui illuc ibunt, et debeant, ut supradictum est, facere observare. De parte omnes alii, de non 0, non sinceri 0.

Misti. Vol. 48, pag. 117, u mletačkom arkivu.

XLIII. God. 1409. 29 prosinca, u Mletcih.

Mlečani šalju poslanika senjskomu knezu, neka ga pita, kani li im oteti otok Rab, kako se glasalo.

1409. die vigesimonono decembris. Sapientes consilii. Quia secundum quod scripserunt nobis provisores nostri Jadre, et etiam habitum est per aliam viam fidedignam, sentitur a certo, quod comes Segne fecit magnum preparamentum peditum et navigiorum et aliorum subditorum suorum pro faciendo accipi et recuperari terram Arbi, et ob hanc causam provisores nostri Jadre predicti statim providerint et miserint galeam bonam ad defensionem et securitatem dicte terre, et scripserint et mandaverint illis de Pago, quod prebeant omnem favorem et auxilium opportunum; miserunt etiam unam banderiam peditum et de frumento et aliis rebus opportunis. Et tamen non obstantibus predictis bonum ymo necessarium est scire et sentire intentionem dicti domini comitis Segne; vadit pars, quod statim mitti debeat Segnam per illum modum, qui videbitur collegio, unus noster notarius curie, qui presentatis nostris litteris credentialibus debeat exponere dicto domino comiti suprascriptam informationem et sentimentum, que habuimus de preparamento peditum, navigiorum et subditorum suorum pro accipiendo de manibus nostri dominii terram Arbi, dicendo, quod de hoc miramur et gravamur quantum possumus; et propterea volumus scire a magnificentia sua, qualiter vult et intendit, innuere nobiscum, quia certificamus eum, quod offendendo terram insulas et subditos nostros Arbi, nullo modo haberemus eum pro amico, et provideremus per modum, quod sua magnificentia cognosceret talem novitatem nobis esse molestissimam; et concludendo, quod non possumus credere, quod velit esse noster inimicus, et propterea, si non processit ad actum, velit et placeat non procedere et de mente sua talem conceptum removere; et si processisset, revocare gentes suas et non offendere dictos nostros subditos Arbenses, sed ipsos amicabiliter tractare et tractari facere eos, ut vice versa facimus subditos suos, ne habeamus causam aliter providendi, ut superius dictum est. Insuper placeat relaxare nostros subditos Arbenses, quia faciemus relaxari subditos suos, cum talis arrestatio subditorum non possit generare nisi scandalum et errorem. Et habita responsione sua, ac accepta omni informatione quam poterit de intentione dicti domini comitis et de appariamentis et conditionibus illarum partium, debeat de omnibus, que dixerit, fecerit et senserit, informare nostros provisores Jadre, et quam prestius poterit Venetias revertatur. De parte 75, de non 0, non sinceri 2.

Secreta cons. rogatorum. Vol. IV p. 83 t., u mlet. arkivu.

XLIV. God. 1410. 3 siečnja, u Mletcih.

Mletčani mole od ug.-hrv. kralja Sigmunda zaštitne listove za poslanike koje su mu kanili odpraviti.

1409. die tercio ianuarii. Quod scribatur serenissimo domino regi Hungarie pro habendo salvum conductum pro ambasiatoribus ituris in Hungariam in forma infrascripta. Et si videbitur collegio, possit eciam

mitti acceptum salvumconductum a comite Segne et ab aliis, et eis scribere, prout collegio videbitur.

Audita relatione nobis facta per oratorem nostrum, qui ad presenciam vestram fuit, et consideratis, que consideranda sunt super materiam, sed presertim grandi sapientia, quam cognoscimus vigere in maiestate vestra, non possumus aliter concipere nec credere, nisi quod serenitas vestra et nostrum dominium nolint aliud sequi quam conservationem ymo augmentum dilectionis iam tanto elapso tempore veris experientiis comprobate. Et propterea elegimus nostros solemnes oratores nobiles et sapientes viros ser Johannem Barbadico militem et ser Thomam Mocenigo, procuratores sancti Marci, dilectissimos et honorabiles cives nostros, ad conspectum vestre regie maiestatis, deo previo, profecturos, pro quorum tuto et securo itinere, attentis viarum discriminibus et aliis considerationibus, conveniens est, quod habeant regium salvumconductum et scortam sufficientem, quorum presidio sine cura et absque periculo accedere et morari valeant atque redire. Et ideo serenitatem vestram solito precamur affectu, quatenus pro oratoribus nostris accessuris dicta de causa libeat regie maiestati vestre salvumconductum in forma presentibus interclusa mandare fieri et assignari latori presentium nobis ferrendum, cuius salviconductus litere sint due, una detur harum gerulo, altera alteri, qui similes nostras literas deferret, ut defectus habitionis salviconductus et securi accessus et reditus dictorum nostrorum oratorum non valeat impedire bonum finem, quem divina bonitas istis differentiis, sumus certissimi, dignabitur imponere velle, predicta autem sincero animo duximus intimanda, dispositi, cum responsionem regiam conformem nostre intentioni habuerimus, subito facere ipsos nostros oratores ad iter se ponere. Et ut tunc sint presti, se interim preparabunt eis omnibus opportunis. De parte omnes alii, non 3, non sinceri 1.

XLV. God. 1410. 6 siečnja, u Mletcih.

Molbe rabskih poslanika, da im se potvrde stare slobodštine.

1409. die VI ianuarii. Capta. Quod respondeatur istis ambaxiatoribus comunitatis nostre Arbi, qui venerunt ad nostram presentiam cum certis capitulis porrectis pro parte ipsius comunitatis in hac forma:

Et primo ad prima duo capitula in substantia eiusdem continentie et effectus, videlicet, quod ducalis dominatio nostra dignetur confirmare sibi statuta, que aliis temporibus facta et firmata fuerunt per dominationem nostram; quodque confirmentur sibi reformationes, partes consilii, antique consuetudines et alie libertates et prerogative, in quibus erant alias tempore dominationis nostre, ita quod quilibet possit et valeat uti iuribus suis, et in illos manu teneatur et possendo eciam eligere iudices apud comitem, quia sic includitur in statutis suis. — Respondeatur, quod dominatio nostra, volens dictos fideles et subditos nostros Arbi sincero affectu benivolentie habere continue recommissos, et erga ipsos nostram benignitatem ostendere, est contenta, quod comes noster presentialiter iturus ad illud regimen, et alii omnes, qui per tempora ibunt et erunt de nostro mandato ad regimen ipsum, debeant regere et gubernare terram

predictam Arbi et insulam nomine nostri dominii, possendo actamen fideles nostros deinde congregare consilium de voluntate et consensu comitis nostri semper, quando congregare voluerint, cui consilio interesse debeat comes, et in dicto consilio eligant duos seu quatuor iudices, sicut ipsis nostris fidelibus placuerit, qui esse debeant penes comitem nostrum, qui comes simul cum iudicibus exerceat et faciat secundum statuta et ordines civitatis predicte, dummodo sint secundum deum et iustitiam et honorem nostrum et comunis Venetiarum ac bonum insule predicte. Et si in his, que habebunt terminare, non possent esse concordes, debeat comes predictus solus terminare et sententiare iuxta modos predictos. In criminalibus autem debeat comes predictus habere consilium predictorum iudicum, quo habito, terminare et sententiare debeat, prout sibi secundum deum et iustitiam ac honorem nostrum videbitur convenire, exceptis crimine prodictionis, violationis mulierum, incendii fraudulentis, et raubarie ac piratice, super quibus nulla data notitia consiliariis, comes solus faciat, terminet et sententiet, prout sibi videbitur fore de iure terminandum et sentenciandum; reservata semper libertate quibuscunque fidelibus nostris possendi se appellare in Veneciis de omnibus sententiis et terminacionibus per dictum comitem factis, secundum quod conveniens est.

Ad tercium continens, quod nostra dominatio dignetur confirmare sibi villam Novallie cum omnibus suis confinibus secundum antiquum privilegium dominationis nostre sibi concessum et secundum unam sententiam factam per comitem Fredericum vigore cuiusdam compromissi facti per comunitatem Jadre et illam Arbi tempore nobilis viri quondam ser Marci Michaelis comitis ibidem. — Respondeatur, quod postquam presentialiter ipsi fideles nostri Arbenses tenent et possident ipsam villam Novallie, et nulla persona dat eis impedimentum de illa, non videtur nobis expediens, quod querant aliam confirmationem illa quam habent. Sed si daretur sibi per tempus futurum aliquod impedimentum, tunc provideremus in hoc per illum modum, qui nobis videretur rationabilis atque iustus.

Ad quartum capitulum continens, quod supplicant, ut dignemur sibi concedere de gratia, quod possint eligere per annum unum nobilem nostrum in rectorem, cum salario librarum VIII centum, et sic de anno in annum, sicut facere solebant. — Respondeatur, quod non videtur nobis conveniens facere id in terra predicta, quod non facimus in omnibus aliis terris nostris, ymo volumus observare id, quod observamus in aliis, et eligere rectorem cum nostris consiliis ordinatis, sicut est de more nostre civitatis. Et sic iam elegimus, ut sciunt, rectorem et comitem illuc de brevi accessurum cum modis et conditionibus captis.

Ad quintum capitulum, continens, ut dignemur providere liberationem illorum civium Arbensium, qui sunt in manibus domini comitis Segne etc. — Respondeatur, quod iam providimus ad hoc tam per viam ambasiatoris domini comitis Segnie, qui fuit ad nostram presentiam, et quem informavimus et rogavimus de hoc, quam nunc mittendo unum nostrum notarium ad ipsum dominum comitem pro facto liberationis predicte.

Ad sextum capitulum continens de facto galeote ipsius loci Arbi

restituende per ipsum dominum comitem Segnie, quam ipse comes alias accepit ad imprestitum. — Respondeatur, quod tenebimus modum, quod etiam istud procurabitur a domino comite de habendo eam.

Ad ultimum capitulum, per quod supplicant et requirunt subventionem alicuius quantitatis grani, quia sunt ad presens in necessitate. — Respondeatur, quod iam providimus scribere rectoribus Jadre, ut teneant modum de subveniendo sibi de grano predicto. De parte 46, de non 3, non sinceri 1.

Misti XXXXVIII. 121, u mlet. arkivu.

XLVI. God. 1410. 7 siečnja, u Mletcih.

Dva poslanika neka podju k ugarsk. kralju i nastoje oko mira.

1409. 7 ianuarii. Capta. Cum per relationem reverendi patris Pauli, qui nuper rediit a regia maiestate Hungarie, habeatur, quod faciliter posset reduci illustrissimus dominus rex Hungarie ad concordium, et faciat presenti tempore pro nostro dominio habere pacem cum omnibus et potissime cum tam potente domino, quantus est ipse dominus rex Hungarie multis respectibus; vadit pars tam pro bono et honore nostri dominii quam pro honorando et placando maiestatem et animum ipsius domini regis, quod eligantur per scruptinium in hoc consilio pro mittendo ad ipsum dominum regem duo nostri solemnes ambaxiatores, qui possint accipi de omni loco, officio et de iudicatu petitionum et de aliis officiis; que sunt ad dictam conditionem et de officio continuo, non perdendo officium nec utilitates eius et non accipiendo ultra unum pro domo et unum pro officio, nec possint se excusare aliquo modo vel ingenio nisi occasione persone accepta huic consilio, affirmando per sacramentum, quod causa persone, pro qua se excusaverit, sit vera, et respondeant cras per diem, non possendo refutare sub pena ducatorum ducentorum pro quolibet, ac habere debeant ducatos ducentos pro quolibet pro honorando ipsam ambaxiatam cum aliis condicionibus, cum quibus fuerunt electi et missi infrascripti, videlicet illustris dominus dux dum esset in minoribus constitutus, et ser Fantinus Georgio ac ser Thomas Mocenigo, scilicet quod possint expendere ducatos quinque in die pro quolibet in omnibus expensis quomodocumque sibi occurrentibus pro se et familia sua exceptis emptionibus equorum et scortis, agotiis et nabulis navigiorum secundum usum, habendo et tenendo ad dictas expensas quatuor domicellos, duos regacios et unam saumam pro quolibet, unum notarium cum uno famulo, unum expensatorem, unum mareschalcum, unum coquum et unum trucimanum. Verum pro honorando ipsam ambaxiatam donari debeant familiaribus predictis ducati quatuor pro quolibet ultra suum salarium, ut faciant sibi unam robam. Et secundum nova, que habebuntur, providebitur ante recessum ipsorum ambaxiatorum de sua commissione et de omnibus aliis, que isti consilio necessaria et utilia videbuntur.

De parte 45, de non 15, non sinceri 20. Electi ambascatores ad partes Hungarie. Ser Johannes Barbadico miles procurator. Ser Thomas Mocenigo procurator.

Misti. Vol. 48 p. 120, u mletačkom arkivu.

XLVII. God. 1410 11 siečnja, u Mletcih.

Odgovara se na njeke molbe Ivana Kastriota podnesene od njegovih poslanika mletačkoj vladi.

Capta. Quod respondeatur huic oratori magnifici domini Johannis Castrioti, qui ad conspectum nostri domınii comparuit cum certis requisitionibus atque capitulis.

Et primo ad primum capitulum, per quod asserit, ipsum esse astrictum a Turchis, et habere proprium natum in obsidem apud eos, ac quotidie infestari, ut ipsos Turchos permittat per passus et loca sua descendere ad territoria et loca nostre dominationi subiecta, quod facere noluit modo aliquo vel ingenio tam intuitu dei et conservatione fidei christiane quam amore nostri dominii, petens a nostro dominio aliquem locum tutum, ad quem tempore necessitatis possit recurrere, si oprimeretur a Turchis, offerensque velle servire nostro dominio cum suis gentibus cum decenti provisione; nec non ad secundum capitulum, quod videtur esse unum et iddem, per quod dicit, quod, nisi foveatur a nostro dominio, et ex necessitate et opressione ipsorum Turchorum, si eum opporteret eis adherere et obedientie eorum Turchorum subire, habeatur merito excusatus. — Respondeatur, quod de sua bona voluntate et sincera dilectione, quas gerit erga nostrum dominium, regraciamur eidem. Verum pro multis bonis respectibus videtur nobis bonum et facere pro sua magnificentia, quod aliqualiter pro nunc non debeat querere nec innovare seu facere rem, que inducere possit ipsum in discordiam cum Turcho, ymo presenti tempore sic, quomodo melius potest, debeat pertransire. Nam debet esse certissimus, quod si occureret casus, quod possemus facere de rebus, que cederent ad honorem nostri dominii et bonum sue magnificentie, semper reperiet nos promptos ad bonum et honorem sue magnificentie tamquam boni et cari filii nostri dominii.

Ad tertium vero capitulum, per quod dicit, quod mensure et pondera vitualium et rerum ac mercationum, que expediuntur in Durachio, Scutaro et Alexio, semper solita in suo statu permanere, quasi singulo anno mutantur per officiales dictorum locorum cum maxima confusione habentium agere in dictis locis. — Respondeatur, quod mandabimus nostris rectoribus de inde, quod ipsa debeant reducere et tenere ad mensuram et statum pristinum, quia hoc nobis displicet, quantum displicere posset, nam nostrum dominium non intendit, quod aliquid innovetur contra debitum rationis nec in preiudicium nostrorum locorum et dominorum ac vicinorum circumstantium.

Misti XLVIII. 121, u mlet. arkivu.

XLVIII. God. 1410. 17 siečnja, u Mletcih.

Knezu rabskomu dopušćeno, da potroši 50 dukata na popravke kuće i kule. Glede naputka za knezove Raba, Osora i Cresa da ga malo vieće odkroji.

1409. die 17 ianuarii. Capta. Quod auctoritate huius consilii concedatur de gratia nobili viro ser Marco Michael ituro de nostro mandato

in comitem Arbi, quatenus pro aptatione domus, in qua habitare debet ipse comes, et etiam pro reparatione turris deinde expendi possint ducati quinquaginta in illis rebus et per illos modos, de quibus fuerit informatus comes noster predictus ser Marcus Michael a sapientibus nostris maris. De parte omnes alii, de non 0, non sinceri 4.

Dicto die.

Capta. Quod detur libertas collegio domini, consiliariorum, capitum et sapientum consilii et ordinum faciendi notari commissiones comitum Arbi, Absseri et Chersorum, cum quibus debeant ire ad regimina sibi commissa per illum modum et formam, que videbuntur collegio suprascripto. De parte omnes alii, de non 2, non sinceri 0.

Misti. Vol. 48 p. 122 tergo, u mlet. arkivu.

XLIX. God. 1410. 27 siečnja, u Mletcih.

O naoružanju deset brodića proti Šibeniku.

1409. die vigesimaseptima ianuarii. Dominus, ser Victor Mauroceno. Quod pro factis Sibinici armari hic debeat presto per solutores nostros armamenti barche decem cum duobus ballistariis pro barcha et tribus barchardis per tempus quatuor mensium, habendo statim pagam trium mensium in ratione ducatorum quinque pro quolibet balistario et quatuor pro quolibet homine de remo, dando capitibus barcharum et quorum erunt barche ducatos quinque, et debeant dicte barche palmari et mascherari et poni una bombardella super qualibet ipsarum, ut possint facere honorem nostrum; et ulterius fieri debeat unum caput dictarum decem barcharum, qui habeat ducatos octo in mense et ratione mensis cum uno famulo. In collegio primo de parte 5. In Rogatis de parte 38.

Ser Nicolaus Victuri, ser Franciscus Cornario. Quod pro minori expensa nostri comunis est pro velociori expeditione istius intentionis nostre dicte decem barche fieri et armari debeant per provisores nostros Jadre in Jadra cum illo soldo et expensa, cum qua melius facere poterunt pro utilitate nostri comunis. Reducendo sibi ad memoriam de illis quinquaginta hominibus, qui sunt cum soldo intra turres Sibinici. Si videretur eis pro bono comunis de accipiendo de predictis, quod istud facere possint cum securitate semper turrium predictarum.

In collegio de parte 7, non 1, non sinceri 2. In Rogatis de parte 20, non 10, non sinceri 5.

In collegio. Quod addatur ducatus unus cuilibet patronorum barche, ita quod habeant ducatos sex pro quolibet cum barcha sua.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV, p. 91, u mletačkom arkivu.

L. God. 1410. 7 veljače, u Mletcih.

Kako da se rieše stvari, u kojih se knez i kapetan Zadarski neslaže. Kapetan neka upravlja tvrdjavami Zadra i njegova kotara.

1409. die 7 februarii. Capta. Sapientes consilii. Quia posset occurrere, quod esset opus praticare aliquos tractatus in dictis partibus et alia circamenta facere pro bono et quiete et securitate locorum nostrorum

deinde, et pro bona executione nostri dominii volumus et sic committimus vobis, quod vos ambo, videlicet tu comes et capitaneus (Jadre) debeatis interesse talibus negotiis; et si in aliquo vos duo essetis differentes in opinione apud vos, debeat intrare camerarius noster deinde, et secundum opinionem maioris partis vestrum exequi debeatis, et disponere circa ea, que sint et redundent ad honorem nostrum, bonum, utilitatem et securitatem locorum vobis commissorum, de quibus omnibus debeatis tamen continue nos per vestras literas informare.

Preterea ordinetur pro omni bono respectu, quod castellani nostri castri Jadre sint et esse debeant ad obedientiam capitanei nostri Jadre, ut super custodia et aliis pertinentibus ad tutellam et conservationem castri idem capitaneus habeat advertentiam et diligentem curam, ita quod per castellanos et alios stipendiarios castri observetur et fiat debitum suum.

Et quia de fortiliciis de extra civitatem Jadre, que sunt de comitatu ipsius civitatis, nullus datus est ordo, committimus vobis, quatenus de ipsis fortiliciis, videlicet castro Laurane, Novigradus et castro sancti Michaelis ac aliis fortiliciis de comitatu predicto debeatis in iure et iustitia ministranda illis de dictis fortiliciis facere et exequi, secundum quod fecerunt et observaverunt provisores nostri Jadre, adherendo statutis et ordinibus deinde, et hoc quousque, habita ioformatione ab ipsis provisoribus nostris, dum applicuerint Venetias, providerimus et dederimus vobis in mandatis id, quod nobis in predictis videbitur observandum.

Quod detur in mandatis rectoribus nostris Jadre, sive ponatur in eorum commissione, quod, quando erunt in regimine sibi commisso, quia in castro Jadre sunt alique domus de lignamine, que stant cum maxima dubitatione ignis, et possent inducere multa inconvenientia, debeant facies exteriores domuum construi facere et fieri de muro, et intra domos debeant fieri facere divisiones de pariete pro maiori securitate castri predicti, faciendo hoc cum illa quam minori expensa fieri poterit. De parte omnes alii, de non 2, non sinceri 0.

Misti XXXXVIII. 124, u mletačkom arkivu.

LI. God. 1410. 7 veljače, u Mletcih.

Uzeto, da se primi dobrovoljna predaja Kotora.

1410. die 7 februarii. Sapientes consilii. Quod oratori Catari, qui offert nobis civitatem et illam comunitatem sub dominio et ad omnia nostra mandata, respondeatur, quod semper cognovimus optimam voluntatem et dispositionem ac fidelitatem suam, in tantum quod ipsos populos Venetos reputamus. Sed in respondendo eis expresse ad istam suam requisitionem, videmus esse bonum et utile pro eis, quod dominatio nostra det expeditionem factis Sibinici, que dei gratia cito habebit finem et effectum. Et tunc sint certi, quod dabimus eis responsionem gratam et utilem, ita quod videbunt, quod semper tenebimus eos pro bonis filiis et amicis.

Capta. Ser Marcus Barbadico sapiens maris. Cum diversis temporibus quam pluries nobiles, consilium et comunitas civitatis Catari nostrum

dominium requisiverunt, ut eos vellimus assumere et recipere in nostros subditos et fidelissimos servitores; et modo nuper venerit ad presentiam nostram quidem Marinus de Drusco civis deinde cum literis credencialibus consilii et nobilium civitatis predicte, asserens, ipsam comunitatem Catari a diu totis spiritibus annellasse, et cum ferventi desiderio affectasse, esse subditam et fidelem nostre dominationis, prout per suos oratores multociens extitit supplicatum nostro dominio, quibus continue responsum extitit, nundum esse tempus habile cum aliis similibus verbis. Et nunc, quod iusto titulo acquisivimus Dalmatiam, de cuius pertinentiis ipsa civitas Catarina est, faciat tam pro honore nostri dominii, quam ampliando et fortificando potentiam nostram in ipsis partibus Dalmatie, quam contra pro iustificando iura nostri dominii, et tenendo omnes partes Zente et Albanie sub maiori timore et obedientia, quam ipsam civitatem cum castro et suo districtu accipiamus, cum ex ipsa nulla possit haberi expensa ymo utilitas; vadit pars, quod respondeatur ambaxiatori predicto, quod suam supplicationem intelleximus dilligenter. Et quia percepimus maximum ardorem caritatis et devotionis, quas gesserunt et gerunt erga nostrum dominium, habunde regraciamur eisdem. Sed ut videant et senciant amorem nostrum esse reciprocum, et quod eos dileximus et diligimus tanquam divotissimos servitores et fidelissimos subditos intrinseco caritatis affectu, cum gratia yesu christi debeat repatriare. Et si predicti nobiles, consilium et comunitas civitatis Catari predicte mittent suos ambaxiatores, sindicos et procuratores cum sufficienti mandato et libertatibus in talibus necessariis et opportunis, nostrum dominium reperient dispositum et paratum ad suscipiendum eos in optimos servitores, fideles, et subditos, sicut videbimus honori nostri dominii et sui devocioni, fidelitati, iusticie et equitati melius convenire; cum aliis sapientibus et convenientibus verbis, que nostro dominio videbuntur. De parte 37, de non 4, non sinceri 11.

Misti XXXXVIII. 127, u mlet. arkivu.

LII. God. 1410. 7 veljače, u Mletcih.

Odgovara se na njeke zahtjeve Nikole kneza senjskoga u pogledu Raba.

1409. septimo februarii. Sapientes consilii. Ad primum capitulum magnifici domini Nicolai comitis Segne, per quod dicit, quod postquam civitas Arbensis venit ad nostrum dominium, numquam cogitavit nec corde nec opere contra statum dicte civitatis et contra honorem nostri dominii etc. Respondeatur: quod verum est, quod dominatio nostra fuerat informata de his, que sue magnificentie misimus dictum, sed postquam sic est, ut dicit, multum placet nobis, quia difficile erat et esset nobis credere, quod foret aliter quam bene dispositus ad honores et bonum statum nostri dominii, sicut dicit, et sic intendimus ipsum habere et tenere in futurum, et numquam deficiet a parte nostra.

Ad secundum continens circa liberationem civium Arbensium, quos tenet captivos etc. Respondeatur: quod considerantes, ut dicit, et sic eum tenemus, quod est noster filius et bonus amicus et diligit nostrum dominium tanquam dispositus ad honores nostros, miramur, quod non

velit dimittere illos fideles nostros Arbenses, quos tenet captivos, quia ordinavimus, ut sui subditi captivi in ambo bene dimittantur. Et propterea rogamus magnificentiam suam, qualiter velit nostre considerationis intuitu dimittere ipsos captivos in pristinam libertatem, et non tenere eos ultra debitum equitatis, cum sint subditi et fideles nostri, et consideremus et sciamus causam, qua ipsi detinentur in captivitate, ita quod magnificentia sua bene potest eos libere relaxare et cum honore suo.

Ad tercium capitulum de facto expensarum, quas requirit, et de munitionibus et rebus ac armis et foraciis, que erant in castris Arbi etc. Respondeatur: quod habito respectu, quod insulam et terram Arbi cum tota Dalmacia eminus et illam acquisivimus cum pecunia nostra iusto et vero titulo, non videtur nobis iustum nec racionabile super facto ipsarum expensarum aliquid facere. Sed de facto munitionum, armorum et aliarum rerum existentium in castro Arbi, bene dicimus, quod providente ipso domino comite interim de dimittendo captivos fideles nostros Arbi in libertatem suam, nos tenebimus modum de informando nos a provisoribus nostris Jadre de municionibus et aliis rebus, que erant seu reperte fuerunt in castro Arbi, quando illud acquisivimus, et postea subito providebimus per illum bonum modum, qui conveniens fuerit atque iustus.

Et ex nunc captum sit de scribendo provisoribus nostris existentibus in Jadra, quod debeant in accessu suo versus Venetias, quando erunt in Arbo, ad quem locum habent in mandatis eundi, informare se de predicto facto, ut possint postea nostrum dominium informare. De parte omnes alii, non 2, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV pag. 92, u mlet. arkivu.

LIII. God. 1410. 7 veljače, u Mletcih.

Neka se providuri iz Zadra u Mletke povrate, te na povratku neka razgledaju Nin, Pag, Rab, Osor i Cres.

1409. die 7 februarii. Capta. Quia per accessum comitis et capitanei nostrorum Jadre euntium ad regimen suum provisores nostros existentes in Jadra, quibus non erat necesse plus stare deinde, debebunt repatriare et venire Venetias, ordinetur et sic scribi debeat et mandari nobili viro ser Luce de Canali supracomito unius ex duabus galeotis existentibus in partibus Dalmacie apud Sibinicum, quatenus applicata galeota ser Laurencii Minio, quem mittimus ad illas partes, dimissis de hominibus galeote Barbare illis, qui opportuni erunt pro fulcimento ipsius galeote Barbare, debeant se transferre Jadram, cambiendo primo corpus galeote sue, que est nova, cum illa ser Francisci Barbaro, ut magis nova remaneat in partibus deinde, et cum veteri veniat et sit ad obedientiam provisorum nostrorum Jadre, qui provisores, observato certo ordine et mandato nostro in Jadra, debeant super illa ascendere et venire per riperiam primo Nonam, si sibi videbitur, et subsequenter Pagum, Arbum et Ausserum et Chersum; et sic debeat ipse ser Lucas eos conducere, ut possint in quolibet dictorum locorum observare et exequi ea, que eis commissimus et venire postmodum cum ipsa galeota recto tramite versus Venetias. De parte omnes alii, de non 0, non sinceri 2.

Misti. Vol. 48 pag. 122 tergo, u mletačkom arkivu.

LIV. God. 1410. 9 veljače, u Mletcih.

Knezu Skadarskomu, neka stavi osobiti namet na kuće, i tim izplati danak Turčinu.

Capta. Quia per formam compositionis tractate per nobilem virum ser Franciscum Justiniano oratorem nostrum et nunc baiulum Constantinopolis cum magnifico domino Musulmano Zalabi nos sumus obligati dare et assignari facere sibi in Constantinopoli per totum mensem augusti proximi dicto domino vel suo nuntio et procuratori pro locis Albanie, que tenemus, ducatos mille auri de intratis de inde, et sic de anno in annum, et Pasayto capitaneo suo in partibus Scopie ducatos quinque centum omni anno, et iustum et conveniens sit, quod subditi nostri locorum predictorum, in quorum utilitatem et emolumentum convertitur compositio antedicta, quia per illam pacifice poterunt gaudere territoriis, possessionibus et bonis suis, solvant dictam pecuniam, secundum quod faciunt Patracenses pro civitate Patrasii; vadit pars, quod per nostras litteras ad cautelam informari debeat comes et capitaneus noster Scutari de forma et terminis dicte compositionis, et quomodo ipsa pecunia solvi debet in termino antedicto; mandando eidem, quod, quanto prestius poterit, det operam de conferendo cum aliis rectoribus nostris Albanie et cum progniariis super forma et modo inveniendis ad faciendum, quod pecunia predicta per subditos nostros dictarum partium persolvatur; procurando, quod dicti modi sint quam magis comunes et honesti esse poterunt, ita quod toto posse suo nullus habeat causam iustam querelle, et quod cuncti solvant id, quod per sortem sibi tanget; et significando nobis presto omnia, que fecerit in factis predictis, ut simus de omnibus informati. Avisando ipsum ad cautelam, quod per informationem, quam habuimus, Georgius Strazimir et Balsa eius filius ista de causa posuerunt coltam suis subditis de uno ducato pro igne, ut posset solvere tributum Turchis pro terris predictis. Et advisetur etiam ad cautelam, quod nobis videretur fore bonum ponere pro igne ducatum dimidium, unum ducatum, et unum cum dimidio, secundum possibilitatem personarum, tantum quod subter supra veniatur ad rationem unius ducati pro igne.

Secreta consilii rogatorum IV. 91, u mlet. arkivu.

LV. God. 1410. 9 veljače, u Mletcih.

Glede tvrdjavice, koja se imade podignuti u Zadru.

1409. die 9 februarii. Capta. Cum presentialiter mittantur cum una galeota ad Novarescam magistri ingeniarii et lapicide et alii ad partes Jadre pro dando complementum ad laboreria incepta et ad faciendum opera necessaria et opportuna in partibus deinde; sed quia per nostros provisores Jadre, existentibus ibidem nobilibus viris ser Francisco Cornario et ser Antonio Contareno, examinatum fuit cum ingeniariis ibidem existentibus, in quibus modo et forma fieri et construi deberet citadella in civitate Jadre et in quo loco, et omnia per eos scripta fuerint nostro dominio particulariter et distincte; postea autem adhuc ipsi nostri provisores subtiliter et cum ingeniariis et magistris de novo examinaverint,

et scripserint alium modum fiendum et observandum in constructione ipsius citadelle, alegantes, quod iste secundus modus videtur melior, securior et minoris expense; vadit pars, postquam ipsi magistri illuc vadant et ut non perdant tempus, quod scribi debeat provisoribus nostris predictis, et similiter committi debeat rectoribus nostris ituris illuc, videlicet comiti et capitaneo, quatenus quando erunt in Jadra, debeant esse omnes insimul, et videre et examinare diligenter et subtiliter ipsa duo partita electa per eos de faciendo ipsam citadellam in loco vocato le Bebe, audiendo opiniones ingeniariorum et aliorum instructorum ad talia, per quod ipsorum partitorum foret melius et utilius construi ipsam citadellam, vel per primum modum recordatum per tres provisores, aut per istud secundum, sicut continetur distincte in ultimis litteris suis. Et secundum quod deliberatum fuerit per maiorem partem ipsorum rectorum et provisorum, quod fieri debeat, sic debeat observari et mitti debeat executioni; et debeant sibi mitti copie litterarum nobis missarum.

Insuper examinare debeant ipsi rectores et provisores, in quo loco, et per quem modum et formam fieri debeat laborerium porte ad terram, per illum modum magis fortem, qui terminabitur per maiorem partem, sic debeat observari et mitti executioni. De parte 52, de non 3, non sinceri 2.

Misti. Vol. 48. p. 123, u mletačkom arkivu.

LVI. God. 1410. 9 veljače, u Mletcih.

Nalaže se providurom u Zadru, da o svem dobro napute dolazećega kneza i kapetana zadarskoga, te onda neka se u Mletke povrate.

1409. die 9 februarii. Quod scribatur in hac forma provisoribus nostris existentibus in Jadra.

Capta in rogatis. Quia per adventum comitis et capitanei nostrorum Jadre ad regimina sua non est opus, ut debeatis amplius stare in partibus deinde, sed repatriare et venire Venetias, fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et addictionis scribimus et mandamus, quatenus post applicationem rectorum nostrorum ad ipsam civitatem debeatis ibi stare et morari ad minus per octo dies ad informandum rectores nostros predictos de conditionibus deinde ac omnibus aliis agendis spectantibus et pertinentibus ad honorem nostrum, bonum, securitatem et comodum civitatis illius et locorum deinde, et de modis tenendis et observandis tam in laboreriis et operibus quam in aliis opportunis ac de rationibus introituum et expensarum et aliis, que possent cedere ad utilitatem communis nostri. Et si vobis videretur fore necesse differe ultra ipsum terminum octo dierum pluribus diebus, possitis hoc facere pro adimplendo et exequi possendo predicta, et pro possendo etiam magis dilucide omnia praticare simul et bonam examinationem facere, nam de omnibus predictis volemus in appulsu vestro Venetias plenarie informari. Quo facto debeatis ascendere super galeota nobilis viri ser Luce de Canali, cui dedimus in mandatis, quod vos levare debeat et esse ad obedientiam vestram, cambiendo primo galeotam suam cum illa ser Francisci Barbaro in partibus Sibinici, ut magis nova remaneat in partibus

illis, et cum magis veteri, super qua ascenderit ser Lucas da Canali, possitis venire; et primo Nonam, si vobis videbitur, et subsequenter venire totaliter Pagum, Arbum, Ausserum et Chersum, et in quolibet locorum predictorum examinare, in quibus terminis et conditionibus sunt ipsa loca et insule ac voluntates habitantium nec non laboreria necessario fienda, et introitus et expensas; faciendo omnia poni in nota pro clariori notitia et avisamento, et postea venire Venetias, et nostrum dominium de predictis omnibus particulariter informari. De parte omnes alii, de non 0, non sinceri 3.

Misti. Vol. 48 p. 123, u mletačkom arkivu.

LVII. God. 1410. 18 veljače, u Mletcih.

Uzete njeke mjere proti Trogiranom, koji su pružali pomoć Šibeničanom navlastito po kopnu.

1409. die 18 februarii. Capta. Quia quotidie sentitur, quod de partibus Tragurii et per illam viam mittuntur et victualia et arma et alia necessaria ad terram Sibinici per terram, ob quod illi cives Sibinicenses et terra predicta veniunt recipere et habere favores et subsidia et capere audaciam substinendi se et non condescendi ad voluntatem nostram; et si hoc non foret, omnino eos opporteret venire ad nostram obedientiam; et bonum et utile sit obviare predictis; vadit pars, quod cridetur publice, quod de cetero nullus noster civis, fidelis nec subditus terrarum nostrarum possit nec valeat cum aliquo navigio sive barcha ire seu portare aliquas res cuiuscumque conditionis existant Tragurium sub pena perdendi barcham sive navigium et mercationes et res, que reperirentur portari cum ipso navigio et barcha, et debeat etiam stare patronus duobus mensibus in carceribus. Insuper si reperiretur, quod aliquis forensis accederet cum navigio vel barcha cum victualibus, armis et aliis rebus, debeat intromitti barcha sive navigium; et omnes res, que reperirentur portari ad ipsam terram, mitti debeant Venetias per illos nostros, qui reperissent eas, ut nostrum dominium possit disponere de illis rebus, secundum quod sibi bonum et conveniens apparebit, et providere de illis, que reperierint talia, si videbitur dominio suprascripto.

Die predicto. Capta. Preterea ordinetur aut per proclamationem et cridam aut per alium modum, qui videatur dominio, quod ab octo diebus ultra nullus Traguriensis civis et habitator Tragurii possit stare seu venire Venetias nec ad aliquam terrarum nostrarum occasione trafficandi, mercandi, emendi, nec vendendi nec fatiendi aliquem actum nec trafficum armorum nec mercationum et aliarum rerum; quod si fecerit, perdat arma, victualia et mercationes et alias res, quas emisset pro portando extra Venetias sive vendidisset aliquo modo vel ingenio; ob quem respectum, et ut non contrafiat huic nostre intentioni, debeant omnia navigia et barche Tragurensium existentium Venetiis, que huc venissent, talibus occasionibus licentiari et recessisse de Venetiis infra suprascriptos dies octo sub pena perdendi navigia et barchas; cum personis autem solum et pannis suis de dorso ac arnesiis necessariis possint ipsi Tragurini venire

et stare Venetias et in terris nostris ad beneplacitum suum. Verum ut habeatur bona advertentia et diligentia, quod in recessu eorum non portarentur arma, victualia nec alie res, que possent esse nocive et damnose factis nostris deinde, debeatur ordinare et committi officialibus tabularum, quod non debeant facere eis bullettam de armis, victualibus et de illis aliis rebus, que ordinabuntur per dominium nostrum, ut nec infra hos dies octo, in quibus navigia recedere debent, nec post ipsum terminum suprascriptum aliqua de predictis possint portari extra terram nostram.

Et quia scitur, quod aliqui nostri cives veneti habent de suo havere et bonis in terra Tragurii et in manibus civium Tragurinorum existentium deinde, ex nunc captum sit, quia non est conveniens, quod debeant perdere suum, quod per provisores communis debeant cum tota diligentia et solicitudine ac bona examinatione facta et cauto modo intromitti seu sequestrari tot de bonis et havere Tragurinorum in manibus, et que depositentur in manibus nostrorum civium habere debentium, quot cognitum erit esse illam summam et quantitatem haveris, que foret nostrorum civium in partibus Tragurii et in manibus illorum deinde, ut sint securi et firmi de tanta quantitate, quantam habere debent, et non possint esse perditores.

Verum ut cives nostri Venetiarum, qui, ut dictum est, habent de suo in Tragurio, non teneant suum ad perdendum in partibus predictis, sed possint illud habere et extrahere deinde, cridetur publice super scalis Rivoalti, quod omnes tales debeant infra dies quatuor ire ad provisores nostros communis, et poni facere in notam sub debito sacramenti quantitatem, numerum et valorem mercationum, quas se reperirent habere in Tragurio, et hoc facto habeant libertatem cives nostri predicti de faciendo extrahi et conduci Venetias mercationes suas sive tantam quantitatem mercationum vel tantum valorem, qui sit pro mercationibus suis usque per totum mensem aprilis proximum. Et si aliquis contrafaceret et conduci faceret alias mercationes quam suas, sive maiorem quantitatem vel valorem, quam dederit in notam offitio predicto, habeantur et haberi debeant pro contrabanno.

Capta. Quod habito respectu et consideratione ad affectum contentorum in partibus captis super hoc, et pro dando intelligentiam illis de Tragurio, quod id, quod fecimus super devetu, quod nullus vadat ad terram suam nec veniat Venetias, secundum quod captum est, non facimus ob certos respectus etc.; vadit pars, quod per nostrum dominium mitti debeat per aliquem nuncium dehinc aut de partibus deinde, aut debeat scribi per litteras, secundum quod melius videbitur dominio nostro, communitati Tragurii, quod habendo dominium nostrum sentimentum per plures vias, quod ad terram Tragurii conducuntur per aliquos arma, saitamenta, pulveres bombardarum et alia similia sub spetie mercationum et oculte et fictive, et insuper victualia, et deinde postea conducuntur Sibinicum, que omnia sunt dare materiam et causam inimicis nostris capiendi audatiam et substinendi se, et non condescendendi ad fatiendum debitum suum versus dominium nostrum, ubi defitientibus talibus favoribus, subsidiis et spe venirent et inclinarent ad nostram intentionem, providere voluimus, non quia non dilexerimus et diligamus in spetie cives omnes deinde et bonum et comodum suum, sed ut citius et habilius se-

quatur intentio nostra, et hoc quousque factum predictum sortitum fuerit effectum bonum, quod nemo civis et habitator deinde possit nec valeat a diebus octo ultra venire ad civitatem et terras nostras more mercatorio nec occasione trafficandi, emendi vel vendendi sub pena perdendi res et mercationes repertas, infra quem terminum octo dierum impositum est omnibus navigiis et barchis de Tragurio hic se reperientibus, quod debeant recessisse de Venetiis sub pena perdendi illas. Et similiter quod nullus civis, fidelis nec subditus et similiter forensis quilibet non possit nec audeat venire ad civitatem vestram cum armis, victualibus nec aliis rebus sub pena perdendi navigia et res. Et propterea volumus etiam hortari nobilitates vestras, quatenus placeat et velitis ponere tales ordines civibus vestris, quod per illos nec per viam terre vestre prebeantur victualia nec arma nec auxilia nec favor inimicis nostris. Nam de amicis et benivolis nostris, quos vos et cives vostros tenemus et tenere intendimus, et propter hoc servavimus hos modos honestos, haberemus causam servandi alios modos et vias versus communitatem et cives vestros, secundum quod nobis videretur spectare et pertinere ad conservationem honoris et status nostri dominii. De parte 48, de non 14, non sinceri 18.

Misti. Vol. 48 p. 136 tergo, u mletačkom arkivu.

LVIII. God. 1410. 20 veljače, u Mletcih.

Neka se izabere novi providur za Šibenik, pošto se sadašnji Petar Lauredano zahvalio.

1409. die vigesimo februarii. Ser Thomas Mocenico procurator, ser Marcus Dandulo, sapientes consilii. Capta. Cum nobilis vir ser Petrus Lauredano provisor in partibus Sibinici per commissionem, quam habet ser Ludovicus pater suus, refutaverit, et iustum sit facere suum cambium; vadit pars, quod debeat eligi in hoc consilio unus provisor in partibus predictis loco dicti ser Petri, quod eligatur in hoc consilio per modum et unde potuit eligi dictus ser Petrus et cum salario ducatorum quadraginta in mense et ratione mensis, et sit per sex menses. Sit etiam cum oneribus familie et aliis conditionibus dicti ser Petri, non possit refutare sub pena librarum centum, respondeat die, qua eligetur, vel altera ad tercias.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 94 tergo, u mlet. arkivu.

LIX. God. 1410. 22 veljače, u Mletcih.

Odlučeno, da Petar Lauredano ostane i nadalje za providura u Šibeniku.

1409. die vigesimo secundo februarii. Ser Rambertus Querini sapiens consilii, ser Marcus Barbadico sapiens maris. Capta. Cum alias captum fuerit de faciendo unum provisorem in partibus Sibinici, et mittendum unum alium non erit ita bene informatus, nec tantum ita cito ibit, sicut creditur, et forte refutabunt de aliis, et negotia nostra stabunt in suspenso; vadit pars quod dicta pars pridie capta de faciendo unum alterum sit revocata pro bono agendorum nostrorum, et remanere debeat ibidem

ser Petrus Lauredano cum salario et conditionibus, cum quibus est ad presens, donec secundum occurentia providebitur, prout nobis videbitur esse utile pro statu nostro. De parte 37, de non 33, non sinceri 2.

Die suprascripto. Ser Rambertus Quirino sapiens consilii, ser Marcus Barbadico sapiens maris. Iterum posuerunt: quod ne oriatur dubium, salarium suumintelligatur esse ducatos septuaginta quinque in mense et ratione mensis per ratam, donec ibi stabit. De parte 45, de non 24, non sinceri 0.

Secreta cons. rog. Vol. IV. p. 95, u mlet. arkivu.

LX. God. 1410. 22 veljače, u Mletcih.

Šalju se plavčice providuru, koj je obsiedao Šibenik, za porabu.

1409. die 22 februarii Capta. Quia secundum quod captum est, mittuntur presentialiter ad partes Sibinici decem barche armate cum hominibus tres a remo pro faciendo facta nostra deinde, et iste barche, que parate sunt, sint paucum grosse, in quibus possent ascendere et remigare plures homines quam illi, qui mittuntur cum ipsis, ita quod essent magis veloces et apte ad servitia nostra; vadit pars, quod scribatur per istas barchas nobili viro ser Petro Lauredano provisori nostro, quatenus quando ipse barche erunt deinde, si in aliquo casu et facto arduo videbitur sibi de volendo operari ipsas, debeat habere advertentiam de ponendo et possendo ponere de hominibus galeotarum et de hominibus, qui sunt in turribus, et aliis personis aptis ad remos et ad ballistas, ut melius possint se exercere.

Preterea capte sunt ille stricture et deveta de non possendo ire Tragurium, nec illi de Tragurio veniant Venetias; detur libertas provisori predicto, quod debeat observare partes captas, secundum quod iacent, et similiter quod possit mittere pro executione nostre intentionis aliquas ex barchis predictis, videlicet duas, tres, quatuor et plures, si et quando sibi videbitur, ad bucas Tragurii vel in aquis illis ad inquirendum, custodiendum et investigandum, quod nullum navigium sive barcha tam Venetorum nostrorum quam forensium non vadant Tragurium; similiter quod nullus de Tragurio veniat ad terras nostras; quod si fecerint, debeat observari pars capta, secundum quod iacet; et sic committatur sibi, ut non contrafiat nostre intentioni, et quod ea, que capta sunt, inviolabiliter executioni mittantur. Insuper scribatur et mittantur in nota partes capte super devetis rectoribus Jadre, ut illas mittere debeant executioni et inviolabiliter observare. De parte 32, de non 23, non sinceri 3.

Misti. Vol. 48 p. 124, u mletačkom arkivu.

LXI. God. 1410. 10 ožujka, u Mletcih.

Nalog poslanikom odabranim da podju u Ugarsku, neka se priprave na odlazak.

1410. die decimo marcii. Ser Nicolaus Victuri, ser Marcus Dandulo sapientes consilii. Capta. Quia pro bono agendorum nostri dominii

est omnino providendum ad expeditionem ambasciate nostre iture in Hungariam, cum venerit salvus conductus duplicatus, missio cuius non est dubium demonstrat animum domini regis dispositum ad concordium, et si videret, ambasciatam differre ad recedendum de hinc, non est dubium, caperet maiorem indignationem; vadit pars, quod precipiatur ambasiatoribus nostris ituris in Hungariam, quod sub pena librarum centum debeant ponere se in ordine et fulcire se equis et omnibus aliis necessariis et omnino recessisse de Venetiis usque per totum diem lune proximum XVII mensis instantis. Et ut hec nostra intentio habeat effectum, teneatur et debeat consiliarius mensis sub debito sacramenti non expendere, dare nec dispensare aliquam pecuniam de illa, que perventa est et pervenerit ad camerariam communis, in aliquam aliam rem nisi in expeditione dicte ambasiate, sed totam dare dictis oratoribus, ut defectu pecunie non differatur recessus suus.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 98, u mletačkom arkivu.

LXII. God. 1410. 15 ožujka, u Mletcih.

Kako da se odgovori knezu Skadarskomu, koj javljaše, da Balša neprestance uznemiruje i hara mletačke zemlje.

1410. 15 martii. Capta. Cum nobilis vir ser Benedictus Contareno comes et capitaneus noster Scutari scribat per suas litteras, notificando nobis insultum, cursionem ac damna et novitates factas per gentes Balsè territorio ac subditis et fidelibus nostris deinde tam per terram quam per aquam, faciendo armatam in lacu, et propter hoc fecerit comes noster Scutari aliquas provisiones, accipiendo aliquas barchas de Ragusio et ponendo illas in ordine pro faciendo honorem nostrum et alia faciendo pro securitate locorum ac fidelium et subditorum nostrorum; et propter hoc supplicet nostro dominio, quia non potest facere istas provisiones sine expensa nostri communis, ut dignemur ad hoc providere; et ulterius requirat habere unam galeotam remorum triginta in quadraginta, quia ille brigentinus, quem habet, est parvus etc.; vadit pars, ut ipse rector noster possit deinde attendere ad ea, que sint conservatio honoris et status nostri in locis predictis, quod concedantur sibi, quod possit fecisse et facere illas expensas, que fuerint utiles et proficuas pro custodiri faciendo dictum locum, scribendo omnes expensas, quas fecerit, et faciendo scribi et teneri computum de rationibus cum camerario nostro, ut possint videri postea per nostros officiales Venetiis; preterea mitti debeat ad partes predictas una galeota banchorum XX ad navarescam per illum modum, qui videbitur collegio, que poterit armari deinde ad terrorem illorum deinde et securitatem locorum nostrorum et partium predictarum. De parte 40, de non 3, non sinceri 9.

Misti. Vol. 48 p. 124 tergo, u mletačkom arkivu.

LXIII. God. 1410. 15 ožujka, u Mletcih.

Neka se uputi skadarski knez, da pošalje čovjeka k Bajazitu turskomu vojevodi, koj se obvezao, da će Balšu na red držati.

1410. die 15 marcii. Capta. Quod occasione eorum, que scribit nobilis vir ser Benedictus Contareno comes et capitaneus noster Scutari de incursionibus factis per gentes Balse et domine Helene Strazimir, scribi et debeat mandari predicto comiti et capitaneo nostro Scutari autoritate huius consilii, quatenus per illum quam meliorem modum poterit, debeat destinare unam sufficientem personam ad Passaitum capitaneum Turchorum sive ad locumtenentem sui ad notificandum sibi insultum, incursionem, damna et novitates factas per Balsam et dominam Helenam ac gentes suas territorio, subditis ac gentibus nostris, nec non de modis, quos tenet contra pacem, promissionem ac pacta et obligationes nostro dominio factas. et rogando ipsum Passaitum, quatenus placeat providere et disponere ita et taliter contra predictos, quod restituant et faciant emendam et satisfactionem damnorum, et quod portent talem penam eorum, que comiserunt, quod sentiant hoc displicuisse et displicere eidem Passaito, sub cuius confidentia non fecimus nec curavimus facere illas provisiones, quas potuissemus; tenentes et firmo et a certo, quod ipse Passaitus vigore promissionum factarum inter nostrum dominium et ipsum Passaitum, cui hac de causa contribuimus certam provisionem, sicut scit, deberet et debeat constringere et tenere modum, quod Balsa et mater observent pacem et faciant debitum suum erga nostrum dominium, sicut tenentur et promiserunt. De parte omnes alii, de non 2, non sinceri 2.

Misti. Vol. 48 p. 124 tergo, u mlet. arkivu.

LXIV. God. 1410. 17 ožujka, u Mletcih.

Providuri, koji su se iz Zadra povratili, ovlašćeni, da za 4 mjeseca predlažu, što jim se čini probitačno za Zadar i Dalmaciju.

1410 17 martii. Capta. Cum nobilis vir ser Leonardus Mocenigo et ser Fantinus Michael, qui fuerunt nostri provisores in partibus Jadre, nuper venerint deinde cum plenaria informatione agendorum predictorum, nam omnia examinarunt, et multas provisiones fecerunt, et sunt informati de aliis provisionibus, que essent necessarie et oportune; et utile sit, ut intersint ad recordandum et ad ponendum ante ea, que sint proficuum et utile nostri dominii; vadit pars, quod dicti duo nobiles, qui sunt de hoc consilio, possint consulere super predictis factis Jadre et Dalmacie, pro quibus fuerunt provisores, faciendo notari opiniones suas et legi dominio secundum usum, ac ponere partem et partes in hoc consilio, secundum quod melius et utilius sibi apparebit pro bono agendorum predictorum. Et duret hec sua libertas per quatuor menses tantum. De parte 85, de non 10, non sinceri 1.

Misti. Vol. 48 p. 125 tergo, u mletačkom arkivu.

LXV. God. 1410. 20 ožujka, u Mletcih.

Obvezuju se Mletčani, da će ono 21 pučanin, koji su se za šibeničke plemiće proglasili, za takove priznati, ako predadu grad.

1410. die vigesimo martii. Ser Petro Lauredano provisori Sibinici. Capta in collegio. — Per literas vestra manu scriptas, datas ultimo mensis elapsi, scribitis, quod videtis viam expeditam et sine periculo, videlicet de firmando omnes illos populares, qui fecerunt se nobiles fieri de Sibinico, ad consilium suum, qui sunt circa vigintiunum, per quam putatis, quod nostrum dominium haberet terram Sibinici sine bello et sine damno gentium, et petitis habere libertatem super hoc; avisando nos, quod videtur vobis, quod octo ex illis caporalibus oportebit dare aliquas vineas loco aliquarum suarum vinearum combustarum. Quibus nobis scriptis consideratis, et visa etiam cedula in illis inclusa, in qua sunt notata nomina dictorum vigintiunius popularium, vobis respondemus, commendantes prudentiam et solicitudinem vestram, quod non dubitamus, quod movetis vos ad recordandum nobis hanc provisionem cum bono pensamento et avisamento super hac materia. Et propterea vobis damus et concedimus libertatem, quod possitis, sicut sapientes bene scietis, facere prosequi super hac materia, et promittere dictis popularibus, quod, in casu quo per tractatum et iuvamen ac industriam suam dicta terra Sibinici perveniat ad manus et in potestatem nostri dominii, nos de gratia concedimus eis, quod sint nobiles et de consilio suo Sibinici; de aliis autem, que essent eis comoda et grata, debeant et velint stare gratie nostre, quia invenient nos benignos et gratiosos erga eos. Illi vero caporali damus vobis libertatem, quod, ut intentio nostra non habeat obstaculum, possitis, si vobis videbitur bonum, promittere de aliis vineis loco vinearum suarum combustarum. De parte 13, non 3, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum IV, u mlet. arkivu.

LXVI. God. 1410. 27 ožujka, u Mletcih.

Naputak za poslanike iduće k Sigismundu ug.-hrv. kralju.

1410. die vigesimo septimo martii. Commissio Nobilium virorum dominorum Johannis Barbadico militis et Thome Mocenigo honorabilis procuratoris sancti Marci solemnium oratorum ad serenissimum dominum regem Hungarie.

Ser Antonius Mauro procurator, ser Marcus Dandulo sapiens consilii. Capta. Nos Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus vobis nobilibus viris Johanni Barbadico militi et Thome Mocenigo honorabili procuratori sancti Marci, dilectis civibus nostris, quod debeatis ire nostri solemnes oratores ad serenissimum dominum Sigismundum dei gratia illustrem regem Hungarie, cui, presentatis nostris literis credulitatis et factis honorabilibus et amicabilibus salutationibus et benivolis oblationibus secundum decenciam sue serenitatis et nostri dominii, debeatis exponere, quod, considerato, quantum sua maiestas est sapientissima, et quantum iustum et honestum est id, quod habetis exponere et petere pro parte nostri dominii, et quantum per experientiam sua serenitas cognovit et vidit dilectionem et caritatem nostram erga regnum et suam maiestatem temporibus elapsis, confidenter et cum plena

spe obtinendi nostram intentionem exponatis vobis commissa. Et primo memorabitis aliqua de preteritis, ut saniorem et clariorem deliberationem in sequentibus fieri possit; videlicet: quod paulo post conventiones et compositiones factas inter dominum regem Ladislaum et nostram dominationem, que ab eo emit dominium et terras, loca et insulas Dalmatie et alia contenta in dicta venditione, habita tenuta et possessione civitatis Jadre, quia persenseramus, maiestatem suam admiratam et turbatam fuisse de predictis, fortasse tanquam informatam aliter quam rei veritas foret et sit, misimus ad presentiam sue serenitatis reverendum magistrum Paulum de Venetiis, professorem sacre pagine, ad declarandum mentem regiam de omnibus, que in facto predicto per nos acta erant, et de rationibus et causis iustis, honestis et rationabilibus, que nos moverunt ad faciendum dictam emptionem, et ad rogandum maiestatem regiam, ut ei placeret non habere gravem emptionem predictam. Et credimus, quod, audito dicto magistro Paulo, mens regia informata de veritate remansit sui benignitate contenta audivisse dictum magistrum Paulum, et cognoverit raciones et causas, propter quas fecimus dictam emptionem, fuisse iustas et honestas. Nichilominus nostra dominatio per responsiones datas et factas dicto magistro Paulo per suam maiestatem et alios de mandato regio et per alias informationes habitas per diversos modos ab inde citra comprehendimus, gratius et acceptius fuisse et esse sue serenitati, quod misissemus et mitteremus ad presentiam suam de nostris notabilibus nobilibus, cum quibus sua maiestas posset confidentius et clarius loqui et aperire mentem et intentionem suam. Nos, qui sumus dispositi nunc et in futurum facere omnia, que habeant nedum conservare sed augere caritativam dilectionem hinc inde vigentem, misimus vos, quos scimus esse caros et dilectos sue serenitati, ad presentiam sue maiestatis, cui cum omni reverentia debita et licencia sua declarabilis et dicetis primo veritatem et terminum huius rei, et postea procedetis ad alia vobis commissa, que veritas et terminus huius rei est, in hac forma, videlicet:

Quod per aliquod tempus, antequam venirent ad presentiam nostram oratores domini regis Ladislai pro hac materia, nos, audientes ymo claram informationem habentes, quod dominus rex Ladislaus predictus tractabat et tractare faciebat, de volendo per diversas vias et modos ac cum personis, quarum vicinia fuisset molesta et displicibilis nobis et ita etiam, certi reddimur, sue serenitati, exire de dominio et terris Dalmatie, quod et quas habebat et possidebat, multum stetimus in suspenso; et habuimus ad hoc spiritus nostros attentos, ut non capitarent ad manus aliquarum personarum, de quibus tam sua maiestas quam nos dubitare haberemus. Et sicut domino placuit, per suam legationem aperire nobis fecit mentem, propositum et intentionem suam predictam de volendo nobis vendere et dare dominium suum et possessionem Dalmatie, terrarum et locorum eius. Quibus intellectis et mature digestis et consideratis, et videntes et cognoscentes, quod si dominium predictum et terre supradicte Dalmatie perveniebant in manus et potestatem nostram, faciebamus et exinde infinita bona sequebantur, nam assecurabamus primo statum nostrum, et etiam eque bene statum sue maiestatis, quia inimico suo cordialissimo et capitalissimo excludebatur ex toto via possendi intrare et damnificare

regnum et coronam suam Hungarie, ad quod, ut bene novit, totis sensibus continue vigilavit; dabamus pacem, quietum et bonum statum civitatibus et insulis supradictis, que maxime indigebant; et assecurabamus totum culphum nostrum, quod redundabat in generale bonum omnium cristianorum volentium bene vivere et specialiter navigantium et conversantium in hoc culpho, in quo cursarii, robatores et nequissimi homines ita multiplicati erant, quod multa damna et continua nobis et nostris inferebantur, quibus si voluissemus obstare, fuisset nobis opportunum facere publicam guerram terris Dalmatie, que latronum et cursariorum spelunche et receptacula facte erant, ac infinita alia bona faciebamus, que sua serenitas eque bene videre et considerare potest; ut nos deliberavimus de intrando in tractatum cum legatione domini regis predicti; cui tractatui in brevissimo tempore finem debitum posuissemus et dedissemus, nisi fuisset unum obstaculum, propter quod dictus dominus rex stetit pluribus et pluribus mensibus in suspenso. Nam ex expresso pacto volebat et requirebat a nobis, quod quocienscunque et omni tempore, quo sibi placeret transitum facere cum armata et gentibus suis ad regnum Hungarie, ad quod multum vigillare et attendere videtur, nos ex pacto teneremur receptum et victualium subventionem, ad quod propter sinceritatem nostre mentis et caritatis affectum, quem habemus ad maiestatem suam et ad bonum statum suum et regni sui nunquam condescendere voluimus, asserentes continue, quod eramus et esse intendebamus sinceri et boni amici sue serenitatis, nec modo aliquo videre vellemus turbationem et regni sui. Unde videntibus oratoribus supradictis hanc dispositionem nostram et nostram perseverantiam in illa, finaliter sine illo capitulo, ymo ipso excluso, concluserunt nobiscum, per quam conclusionem dictus dominus rex vendidit nobis totum dominium Dalmatie et omnes terras, loca et insulas, iura et iurisdictiones totius Dalmatie. Et vigore dicte venditionis, quam habemus et tenemus, ipsum dominum regem Ladislaum iuridice potuisse facere, intravimus in tenutam et possessionem terrarum et locorum, que tunc tenebantur et possidebantur per dictum dominum regem, et vigilamus et vigilavimus ad acquisitionem aliarum, secundum quod sue maiestati esse potest et potuit manifestum. De qua emptione nostra et aliis per nos gestis ipsa sua maiestas tam racionibus et consideratinibus suprascriptis, quam etiam revolutis et reductis in mentem suam sincera et optima intencione et dispositione nostra habita, et quam habere dispositi sumus ad honorem et statum suum, ac notabilibus ac semper memorabilibus servitiis et operationibus factis per nos, et que fierent, si foret expediens, pro conservatione regni et corone Hungarie debent remanere contenta. Nam ut bene novit necessitatibus suis, et quando amicos paucos ymo fortasse neminem habuerunt, nos cum toto nostre mentis fervore misimus galeas et gentes nostras ad liberandum serenissimas dominas reginas de miseria et captivitate, in qua erant et in qua certissime, nisi fuissemus, mortue extitissent. Et si bene recolimus, pro dicta liberatione, nisi secuta fuisset eo modo, quo per operationem, pugnam et artem gentium nostrarum secuta est, expendere volebamus de nostris decem millia ducatorum. Scit etiam regia maiestas sua, quo modo se portavit capitaneus galearum nostrarum in conducendo suam serenitatem et barones suos,

qui ex conflictu per iniquissimos Turchos habito, reducti erant in partibus Constantinopolis, cum plena securitate et honorabiliter ad terras et loca sua, et quo modo ac in quibus terminis extitissent, nisi fuisset dictus noster capitaneus et galee nostre, quia non dicimus ad aliquod improperium, inde habuissent modum possendi ad propria redire sine evidentissimo periculo personarum: reliqua autem plura silentio committendo.

Quibus consideratis et aliis multis, que dici possent, nobis videtur racionabile et conveniens, et sic cum toto affectu mentis rogamus suam maiestatem, quatenus ei placeat, si quod molestie, turbationis vel gravaminis restasset in mente sua regia propter emptionem factam per nos de dominio, terris, locis et insulis ac iuribus Dalmatie, vel propter tenutas et possessiones habitas, vel quas querimus et solicitamus habere de residuo, removere de conceptu et corde suo, cum fecerimus et faciamus ad bonum finem et bonum respectum et causis et considerationibus per vos antedictis, que statui sue maiestatis et regni sui et nostri dominii sine dubio afferent utilitatem, comoditatem et securitatem non parvam ymo maximam. Et clarissime videbit sua serenitas, et inveniet cum effectu, quod nos faciemus sue maiestati ita bonum, utilem et fraternalem vicinanciam, quod de nobis remanebit plenissime contentus, et alleviatus multis curis et expensis, que habuisset et haberet, si dicte terre remansissent in manibus inimici sui vel pervenissent ad manus alienas.

Et factis suprascriptis expositionibus debeatis audire responsiones, quas vobis faciet dictus dominus rex, et similiter quas vobis facerent alii de mandato suo. Et quia sumus certi, quod tam ipse dominus rex quam deputati per eum volent ostendere dominum regem posse iuste gravari, et facient oppositiones multas expositis per vos, debeatis, quantum et quociens et quando vobis videbitur opus esse, substinere honorem nostrum et exposita per vos cum suprascriptis et aliis racionibus et verbis, que vestris sapientiis videbuntur utilia et opportuna, trahendo ab eis quantum poteritis de intentione sua, habendo etiam menti in verbis, que dicetis pro trahendo de sua intentione, quod dicatis per modum, quod non possint comprehendere, quod speretis vel senciatis, nostrum dominium dispositum dare vel contribuere aliquam quantitatem pecunie. Insuper si dictus dominus rex aut deputati ab eo facient vobis aliquam mentionem, sicut est credendum, de solutionibus annualibus VII mille ducatorum, debeatis dicere et respondere, quod nos non tenemur ad dictas solutiones rationibus et causis multociens dictis et allegatis per nos et nobis sue maiestati, et specialiter et principaliter, quia ipse dominus rex, regnum et corona sua Hungarie non attendit nec observavit, nec attendere nec observare potest ea, que sua serenitas, regnum et corona sua Hungarie non attendit nec observavit, nec attendere nec observare potest ea, que sua serenitas regnum et corona nobis facere et observare tenentur in partibus Dalmatie. Et cum predictis et aliis verbis et racionibus, que videbuntur vestris sapientiis utiles et pertinentes, quia estis de omnibus plenarie informati, debeatis substinere honorem nostrum et iura nostra, et quod non tenemur ad dictas solutiones.

Et ut de illis, qui possunt esse propicii apud dominum regem huic

nostre intentioni, fiant magis propicii et favorabiles, damus vobis libertatem exprimendi et dicendi illis, que vobis videbuntur, quod consuetudo nostri dominii est meritandi illos, quos scimus fuisse propicios et favorabiles nostro dominio; et quod propterea rogatis et hortamini eos ad hoc, quia cognoscent servivisse grato dominio, dando eis bonam spem de habendo meritum a nobis, obtinendo nos cum domino rege nostram intentionem. Et si in istis disputationibus et aliis particularibus colloquiis, que habebitis et facietis aut cum domino rege aut cum aliquo de suo consilio, quia habetis amiciciam et familiaritatem cum pluribus ex eis, audietis expresse, vel comprehendetis intentionem dicti domini regis esse de veniendo ad concordium nobiscum, detis vobis operam et faciatis totum posse vestrum de senciendo, quem modum et in qua forma ipse dominus rex vellet hoc concordium fieri. Et si expriment vobis modum et formam, debeatis dicere: quod audivistis responsiones suas, et scribetis et informabitis nostrum dominium, et expectabitis nostrum mandatum. Si vero responderent per modum, quod comprehenderetis, intentionem regiam esse dispositam ad concordium, sed non vellent exprimere quomodo et qualiter, ymo vellent sentire a vobis de intentione nostra super facto et modo concordii, dicere debeatis, quod non habetis in mandatis, nec informationem aliquam a nobis, nisi secundum quod exposuistis domino regi Et si pur perseverarent in nolendo exprimere particulariter suam intentionem super modo concordii, quia vellent ante scire nostram, dicatis, quod subito scribetis nobis, et expectabitis responsionem nostram, quam eis postea facietis notam. Et quia, ut dictum est, habetis amiciciam specialem deinde, detis vobis operam, si possibile fuerit, de senciendo caute et secrete, quantum plus poteritis, de intentione sua circa modum et formam concordii pro nostra informatione.

Si vero dicerent et responderent, velle se concordari nobiscum de factis Dalmatie, sed velle, quod faciamus annuales solutiones VII mille ducatorum, respondere sibi debeatis, quod non tenemur ad dictas solutiones, cum rationibus et verbis contentis superius, concludendo et declarando eis, quo intentio nostri dominii non est facere dictas solutiones, quia non tenemur, et quod hoc removeant de mente sua. Et si stabunt constantes super hac responsione, respondeatis, quod nichil habetis in mandatis, et extis certi, quod nostra dominatio nullo modo ad hoc dabit aures. Sed nichilominus, postquam sibi placet, scribetis nobis, et expectabitis nostrum mandatum. Si vero dicerent de concordando se nobiscum super facto solutionum VII mille ducatorum, sed quod volunt ea, que tenemus in Dalmatia, vel volunt consentire, quod habeamus amplius aliquam terram in Dalmatia, debeatis respondere, quod super facto VII mille ducatorum eis respondistis, in qua responsione perseveratis, quod non tenemur. Et similiter dicetis, quod emimus Dalmatiam iustis causis et racionibus per vos allegatis, et a domino rege Ladislao, qui potuit nobis ipsam vendere, et quod ea, que tenemus et habemus in Dalmatia, nostre intentionis est possidere et conservare pro nobis; et videtur nobis posse cum omni iustitia et honestate acquirere residuum. Et si pur perseverarent super ista intentione vel responsione, dicatis, quod nichil habetis in mandatis super hoc, et estis certi, quod nostra dominatio nullo modó ad hoc dabit aures, sed postquam sibi placet, scribetis, et expec-

tabitis nostrum mandatum. Et sic facere debeatis pro omni alia sua responsione, in qua perseverarent, videlicet scribere nobis, et expectare nostrum mandatum, salvo quod si dictus dominus rex perseveraret et staret constans et firmus in volendo Dalmatiam pro se, et in volendo omnino solutiones annuales VII mille ducatorum, et in nolendo aliquod concordium, nisi relaxando nos terras, quas habemus in Dalmatia, et promittendo, nos dare et facere solutiones VII mille ducatorum, quia hoc esset signum male intentionis, debeatis dicere et respondere, quod nostra dominatio consideratis servitiis et complacenciis magnis alias factis regno Hungarie et specialiter ipsi domino regi, et consideratis rationibus et causis allegatis per vos supra hac materia, que sunt iuste et honeste, nostra dominatio nullo modo sperabat habere talem responsionem, nec videtur nobis, quod meritemus hoc ab ipso domino rege. Et accepto comeatu, debeatis reverti Venecias de omnibus plenarie informati. Et si ante recessum vestrum per ipsum dominum regem vel alios suo nomine dictum vobis foret, quod non recederetis, sumus contenti, quod non obstante, quod acceperitis comeatum, debeatis remanere, et nos de omnibus informare, expectando nostrum mandatum.

Fecimus vobis assignari literas credentiales opportunas ad dominum regem et dominam reginam et ad multos alios barones et personas in personas vestrum amborum et cuiuslibet vestrum, ut, si aliquo casu occurrente, unus vestrum non posset exercere et exequi vobis commissa, alter possit et debeat exequi mandata nostra. Fecimus etiam vobis dari aliquas literas sine mansione, ut ipsas et alias operari possitis, secundum quod videbitis utile et bonum pro nostro dominio et negociis vobis commissis.

Habere debetis ducatos ducentos pro quolibet pro honorando ambasiatam. Et potestis expendere ducatos quinque in die pro quolibet in omnibus expensis quocunque occurrentibus pro vobis et familia vestra, exceptis emptionibus equorum et scortis, agoziis ac nabulis navigiorum secundum usum, habendo et tenendo ad dictas expensas quatuor domicellos, duos ragatios et unam saumam pro quolibet, unum notarium cum uno famulo, unum expensatorem, unum mareschalcum, unum coquum et unum trucimanum. Verum pro honorando ipsam ambasiatam donari debeant familiaribus predictis ducati quatuor pro quolibet, ultra suum salarium, ut faciant sibi unam robam.

Item captum fuit in consilio rogatorum, quod vos possitis ducere alios duos ragatios ultra predictos quatuor, possendo exinde expendere quolibet die unum ducatum inter eos ambos ultra id, quod expendere est vobis concessum. De parte 55, 82.

Secreta consilii rogatorum IV, u mlet. arkivu.

LXVII. God. 1410. 27 ožujka, u Mletcih.

Dozvoljava se galija knezu Senjskomu za pohod svetoga groba.

1410. 27 marzo. Cum magnificus dominus comes Segne fecerit requiri nostrum dominium, ut dignemur sibi concedere et complacere de una galea, ut possit illam armari facere et ire ad visitationem sepulcri

dominici, quo vult ire ex voto et devotione sua; et bonum sit complacere ipsi domino, qui est nobilis civis noster; vadit pars, quod in complacentiam ipsius domini concedatur et deputetur sibi galea, que fuit Barbadica, que fuit in Trapesunda cum suis coredis et fulcimentis ac armis pro hominibus de remo, quam ipse dominus possit armari facere hic Venetiis suis expensis, et cum illa ire ad suum beneplacitum ad visitandum sepulcrum dominicum, ut est dictum. De parte omnes allii, de non 0, non sinceri 2.

LXVIII. God. 1410. 29 ožujka, u Mletcih.

Glede tvrdjave Novog Grada, koj je imao ostati u vlastitosti Vida Matafarića.

1410. 29 martii. Ser Antonius Mauro procurator, s. Nicolaus Victuri, s. Rambertus Quirino, ser Franciscus Cornario, sapientes consilii; ser Fantinus Michael provisor Jadre. Capta. Cum in tractatu emptionis Jadre fuerit oretenus dictum et promissum, quod in complacenciam serenissimi domini regis Ladislai, et quia diligebamus dominum Guidonem de Matafaris, concederemus eidem domino Guidoni castrum Novigradus in vita sua et filiorum suorum masculorum legittimorum et de suo legittimo matrimonio descendentium, semper tamen ad obedientiam nostri dominii; et veritas sit, quod dictum castrum est una ex clavibus principalibus Jadre, positum in tali situ, quod ipse met dominus Guido pro omni bono respectu hortatus est nostrum dominium, quod habere debemus advertentiam ad custodiam et conservationem ipsius, et est contentus renunciare et renunciavit omni iuri, quod haberet in dicto castro, et introytibus ipsius propter concessionem per nos promissam et quocunque alio modo et forma et totum ius suum transferre et transtulit in nostrum dominium. Verum recomendat se nobis, recordando nostro dominio et supplicando, ut dignemur eidem dare et concedere unam villam districtus Jadre vocatam Zelmanic, et alias scripsimus provisoribus nostris Jadre, ut venirent informati de dicto castro et eius conditionibus et de situ et redditibus dicte ville. Quum nostri provisores dicunt et consulunt, quod accipiatur omnino in nostrum dominium dictum castrum, asserentes, dictam villam esse incultam et inhabitatam et non magni redditus, etiam quando esset bene in ordine, et quod omnibus consideratis bonum est complacere dicto domino Guidoni; vadit pars, quod iura dicti domini Guidonis, que habet vel habere posset quocunque modo vel forma in dicto castro Novigradus et in introytibus eius, acceptentur per nostrum dominium, et in nostrum dominium transferrantur, ita quod ipse dominus Guido et similiter filii sui non habeant nec debeant de ipso castro nec de redditibus in aliquod se impedire aliquo modo, tempore vel forma. Et quia ipse dominus Guido est devotus civis et fidelis noster, concedantur et dentur ipsi domino Guidoni et suis heredibus de legittimo matrimonio descendentibus natis et nascituris dicta villa districtus Jadre vocata Zelmanic, et omnes fructus, redditus et proventus ipsius ville ad habendum, tenendum, possidendum, seminandum, faciendum vyneas, laborandum et usufructuandum in vita dicti domini Guidonis et suorum

heredum de legittimo matrimonio descendencium natorum et nasciturorum. Et deficientibus omnibus predictis revertentur in nostrum dominium. De parte 88.

Ser Leonardus Mocenigo provisor Jadre. Vult suprascriptam partem, sed quod dicta villa detur et comendatur dicto domino Guidoni per modum, formam et cum condicionibus, cum quibus fuit promissa per nostrum dominium concessio castri Novigradus. De parte 13, non 2, non sinceri 6.

Facte fuerunt due litere pro executione dicte partis, una clausa missa comiti et capitaneo Jadre et successoribus suis, altera similis aperta eiusdem tenoris, data dicto domino Guidoni, in cuius et suorum heredum suprascriptorum manibus remanere debet ad cautelam eorum.

Secreta consilii rogatorum IV, u mlet. arkivu.

LXIX. God. 1410. 31 ožujka, u Mletcih.

Odgovara se na molbe podnesene od poslanika pučanstva zadarskoga.[1]

1410. die ultimo marcii. Quod respondeatur ad capitula ambaxiatorum populi Jadre. Capta. Ad primum capitulum, per quod petunt, quod nullus nobilis Jadrensis habeat, videlicet faciat ius in criminali super aliquo populari; respondeatur, quod convenienter est provisum per nos huic sue intentioni, nam arbitrium et libertas remanet solummodo in rectoribus nostris, et nobiles Jadrenses non habent nisi consulere.

---

[1] *Ovo je riešenje zatim upućeno na općinu zadarsku u formi povelje, te se nalazi tako u rukopisu zadarskoga arkiva* „Ducali e terminazioni." Libro I. c. 2—3, *a ovako počima:*

Capitula pro parte populi Jadre. — Michael Steno dei gracia dux Veneciarum etc. Nobilibus et sapientibus viris Zacharie Trivisano militi de suo mandato comiti et Petro Arimondo capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Pro parte populi civitatis Jadre porrecta fuerunt dominio nostro certa capitula per aliquos ambaxatores populi predicti ac cives ipsius civitatis coram nobis cum credencialibus literis comparentes, ad que capitula, diligenter examinata, et ad ipsorum quodlibet, quum eosdem cives omnes indiferenter dilligimus, et cognita eorum optima disposicione et legalitate intendimus tractare pro dilectis fidelibus nostris, in eorum complacentiam decrevimus cum nostris consiliis rogatorum et additionis respondere, secundum quod in ipsis responsionibus videbitis particulariter contineri. Exinde fidelitati vestre mandantes cum dictis consiliis, quatenus contenta in predictis responsionibus, prout iacent et in quantum ad vos spectant, debeant observare et inviolabiliter observari, facientes ipsa capitula et responsiones distincte in cancelaria nostri regiminis ad futurorum memoriam registrari. Ad primum capitulum etc.

Sliede glave, kao što su gori navedene s razlikami doli pobilježenimi, te se listina ovako zaglavljuje:

Datum in nostro ducali palacio die primo aprilis, indictione III., MCCCCX. *A tergo:* Nobilibus et sapientibus viris Zacarie Trivisano militi comiti, et Petro Arimondo capitaneo Jadre et . . successoribus.

Ad secundum capitulum, per quod petunt, quod non preficiatur aliquis nobilis Jadrensis pro capitaneo, capite vel superiore popularium, mitterentur contra hostes nostri dominii; respondeatur, quod de cetero occurente casu providebimus per modum, quod habebunt merito contentari.

Ad tercium capitulum, per quod petunt, quod nullus nobilis Jadrensis preferatur in rectore alicuius insule districtus Jadrensis; respondeatur, quod provisum est per modum, quod habeant contentari, et hoc possunt videre, quia prefecimus in rectores Pagi, Arbi, Auseri et Chersi nostros nobiles.

Ad quartum capitulum, per quod petunt, quod non credatur solummodo sacramento nobilium Jadrensium super suis laboratoribus; respondeatur, quod alias, quando venerunt primi ambaxiatores comunitatis nostre Jadre ad nostram presentiam, et porexerunt nostro dominio multa capitula, licet inter alia darent unum capitulum confirmationis statutorum et reformationum Jadre, secundum que statuta petebant regi debere, tunc fecimus eis responsionem, ut apparet in copia ipsius responsionis sibi data, quod eramus contenti, quod comes noster, qui esset per tempora, audita opinione iudicum electorum, non existentibus ipsis in concordio ad invicem, deberet solus terminare et sententiare[1] secundum statuta et ordines deinde, dummodo sint secundum deum et iustitiam[2] et honorem nostrum. Ita quod, quando occurreret aliquem movere litem suis laboratoribus, comes vel[3] alii, qui habent reddere ius, audiant[4] iura utriusque partis et tam laboratoris quam civis, et diffiniet et decidet,[5] secundum quod sibi videbitur fore[6] secundum deum, ius et iustitiam, ut est dictum, propter quod semper fiet in reddendo ius id, quod erit conveniens atque iustum[7] et equalitas inter omnes indiferenter, ita quod nemo habebit causam[8] conquerendi. Et sic de novo scribemus et mandabimus rectoribus nostris Jadre et successoribus suis et quibuslibet aliis iudicibus, qui habebunt reddere ius in Jadra.

Ad quintum capitulum, per quod petunt, quod sit datus eis per nostrum dominium unus interpres, videlicet, trucimanus, qui fideliter et legaliter in litibus interpetret[9], ne aliquis alius possit interpetrare nisi veritatem; respondeatur, quod sumus contenti, quod rectores debeant habere, accipere et deputare unum interpretem legalem et sufficientem et gratum populo Jadre. Et provideant dicti rectores dicto trucimano de quam minori salario poterunt, solvendo de introitibus nostri dominii deinde.

Ad sextum capitulum, per quod petunt, quod patroni navium Ve-

---

[1] *pronunciare* tantum.
[2] Deest *ius*.
[3] comes noster et.
[4] debent audire.
[5] et diffinire et dicidere.
[6] fore *deest*.
[7] atque iustum *deest*.
[8] iustam causam.
[9] interpretet.

netiarum possint, si volent, sine preiudicio vendere frumentum populo Jadre pro comodo dicte terre; respondeatur, quod sumus contenti facere eis dictam concessionem.

Ad septimum capitulum[1] etc. respondeatur, quod nostre intentionis est, et sic volumus observari, quod piscatores a tractis, primitus et ante omnia solvant id, quod tenentur solvere nostro dominio pro daciis et introitibus deinde, et subsequenter postea solvant et dent id, quod dare tenentur ecclesie, et postea illis, qui vocantur tribuni; ob quod mandari debeat rectoribus nostris, ut habeant talem advertentiam in hoc, quod non fient alie daciones piscium nec manzarie dictis piscatoribus, sed detur solum id, quod est solitum[2] dari debere tribunis predictis. Verum ordinetur rectoribus nostris, quod debeant[3] tenere modum de faciendo dare expeditionem piscatoribus, ita quod, quando conducunt pisces, subito expediantur, et non perdant tempus suum.

Ad octavum capitulum, per quod petunt fieri cives Venetiarum de intus et extra; respondeatur, quod alias, quando venerunt nobiles, fecimus omnes cives Jadrenses cives Venetiarum de intus. Et videtur nobis, quod habent et possunt contentari.

Ad nonum capitulum, per quod petunt sibi confirmare, quod quelibet ars inter artifices et laboratores sue artis possint eligere unum vel duos[4] ex artificibus; qui valeant decidere et terminare lites a soldis centum infra; ad quod capitulum considerato, quod informati sumus, quod alique de dictis artibus, ymo maior pars earum, habuerunt dictam immunitatem et beneficium; respondeatur, quod sumus contenti in casu, quo antequam habuerimus nuper dominium Jadre, dicte artes habuerint dictam libertatem, confirmare eis ipsam libertatem, videlicet, quod infra se quelibet ars possit eligere unnm vel duos de arte sua, qui decidant et terminent lites a centum soldis infra inter artifices et laboratores sue artis in rebus, que pertineant ad artem suam; declarando, quod illi, qui reputarent se gravatos, possint se appellare ad comitem nostrum Jadre. Verum quia supplicant, ut alique alie artes, que non sunt consuete habere talem prerogativam, etiam habeant libertatem, et quod hoc concedatur eis; super hoc dicatur, quod scribemus nostris rectoribus, et habita informatione ab eis, que sunt ille artes non habentes ipsam libertatem, postea poterimus providere, secundum quod nobis videbitur conveniens atque iustum.[5]

Ad decimum capitulum, respondeatur, quod sumus contenti eis complacere, quod tam forenses quam cives possint advocare et procurare ad requisitionem litigantium, reservata tamen utilitate advocatorum deputatorum per statuta Jadre.

Ad undecimum capitulum, per quod petunt posse scontare impre-

---

[1] per quod petunt, quod piscatores a tractis non cogantur ab illis officialibus, qui vocantur tribuni, ad dandum vol solvendum nisi prout solvunt et faciunt alii piscatores.

[2] consuetum.

[3] quod debeant *desideratur.*

[4] vel duos *deest.*

[5] *A voce* Verum, *usque ad finem huius capituli omnia desunt.*

stita facta sub aliis dominiis in condemnationibus criminalibus et alii oneribus, que fierent; respondeatur, quod nobiles Jadrenses, qui hic fu erunt, petierunt similem concessionem a nobis. Et quia talia imprestit fuerunt facta sub aliis dominiis, et habemus, sicut vident, maximas ex pensas in Jadra, nolumus consentire tali petitioni; et sic respondeatur ei

Ad duodecimum capitulum, per quod petunt, quod magister Mar tinus ballistarius, antiquus magister, et tenens apothecam ballistarum i Jadra cum salario ducatorum triginta, confirmetur in dicto salario; re spondeatur, quod intuitu dicte comunitatis, et propter laudeš, que dantu magistro predicto, et ut dicta terra recipiat comodum de dicta arte sumus contenti, determinamus atque concedimus de gratia, quod dictu magister Martinus habeat de salario in anno libras centum parvorum tenendo fulcitam suam appotecham magistris et laboratoribus dicte artis qui nostris rectoribus videantur convenientes dicte sue appoteche et op portuni in dicta terra pro arte predicta.

Misti XXXXVIII 126, u mlet. arkivu.

LXX. God. 1410. 31 ožujka, u Mletcih.

Nedozvoljava se nadbiskupu Napuljskomu, da može brati nadarbinu biskupije Ninske.

1410. die 31 martii. Capta. Cum dominus archipresbiter None tan quam procurator reverendi patris domini archiepiscopi Neapolis compa ruerit coram dominio, exponens, quod cum per summum pontificem datu fuerit in commendam dicto domino archiepiscopo Neapolis episcopatu None, ut dicit apparere per bullas appostolicas, dominatio nostra dignetu providere et mandare, quod dicto domino archiepiscopo seu nuntiis sui et procuratoribus detur et assignetur tenuta et corporalis possessio dict episcopatus None, et quod de fructibus et redditibus eius sibi responde atur vigore bullarum apostolicarum predictarum; vadit pars, quod dicatu et respondeatur domino archipresbitero predicto, quod certe dominati nostra esset semper disposita et parata complacere dicto domino archi episcopo Neapolis in his, que essent sibi possibilia et honesta; sed con siderato, qnod non est de more nostri dominii assentire, quod in terri et locis nostris dentur et conferrantur in cammendam alique prelatine e benefitia, nec etiam est consueta permittere, quod detur possessio, ne quod respondeatur de redditibus et fructibus aliquorum benefitiorum, qu dentur in commendam, et hoc ne dicta benefitia vadant in desolationem ut vadunt similia benefitia, que dantur in commendam; sed solum do minatio nostra consentit, quod dentur tenute et possessiones benefitiorun in suis terris et locis illis prelatis, quibus proprie sunt collata ipsa bene fitia, et qui personaliter vadunt ad faciendum residentiam in eis; pro pterea placeat ipsi domino archipresbitero habere nostrum dominium excusatum, si non complacemus ei de eo, quod petit nomine domin archiepiscopi supradicti, causis et rationibus supradictis. Et ex nun captum sit, quod scribatur et mandetur vicecomiti None, quod, sicu commissum fuit etiam per provisores nostros, omnis introitus et reddítus dicti episcopatus debeat exigere et conservare penes se, donec per istud

consilium sibi aliud datum fuerit in mandatis. De parte 100, non 4, non sinceri 8.

Misti. XXXXVIII. 140, u mlet. arkivu.

LXXI. God. 1410. 31 ožujka, u Mletcih.

Dozvoljeno Cresanom i Osoranom, da sami upravljaju občinskim imetkom, a da plaćaju svake godine republiki 628 dukata, te da uz kneza sjede dva njihova savietnika za riešenje samo gradjanskih parnica.

1410. 31 martii. Capta. Cum dominatio scripserit et mandaverit provisoribus, qui fuerunt Jadre, quod in sua reversione deberent venire per riperiam visitando terras et loca acquisita de novo in Dalmatia, et in quolibet ipsorum locorum videre et examinare omnes introytus et expensas quomodolibet occurrentes, et provisiones, que sibi viderentur fiende in quolibet ipsorum locorum, et de predictis informare prefatam dominationem particulariter et distincte; et cum dicti provisores inter cetera loca iverint Auserum et Chersum, et diligenter viderint et examinaverint simul cum comite ipsorum locorum omnes introytus et redditus, qui quomodocumque habentur et recipiuntur in anno de tota insula Chersi et Abseri, et similiter viderint omnes expensas, quas nostrum commune consequitur de dicta insula singulo anno, que expensa sunt in multo maiori summa, quam sint introytus, nam dicti introytus ascendunt solummodo ad summam librarum octuaginta in anno ad plus, et expense sunt pur de salario tantum domini comitis ducati trecenti auri in anno, ultra quam plures alias expensas ordinarias et extraordinarias annotatas distincte in informationibus assumptis per provisores predictos; et considerato, quod communitates dictorum locorum Chersi et Abseri semper consueverunt dare et tribuere illis, qui fuerunt domini illorum locorum, libere ducatos sexcentos viginti octo auri, et sic dabant etiam nostro dominio tempore, quo habebat dominium ipsorum locorum, et ipse communitates habebant in se et exigebant introytus predictos; et similiter ad presens sint contenti fideles nostri dictorum locorum dare et contribuere nostro dominio omni anno ducatos VI centum XXVIII auri cum conditione, quod habeant et exigant per eorum communia introytus et redditus predictos simul cum comite nostro; vadit pars considerato, quod per istum modum dominatio nostra venit consequi ex illis locis satis maiorem utilitatem quam expensam habendo et recipiendo dictos ducatos VI centum XXVIII in anno a communitatibus predictis, ubi versa vice exigendo dominationem nostram dictos introytus et faciendo expensas necessarias veniret esse multo maior expensa, quam introytus modo supradicto; quod in bona gratia acceptetur oblatio predicta, quam faciunt oratores dictarum communitatum, videlicet de accipiendo et habendo ab eis singulo anno dictos ducatos sexcentos vigintiocto auri, et quod datia et introytus predicti remaneant in ipsis communitatibus, exigendo et percipiendo ipsos introytus modis et conditionibus consuetis; declarando, quod de dictis ducatis sexcentis vigintiocto auri percipiendis singulo anno, soluto salario comitis deinde ac factis aliis expensis, que fieri debent per commune nostrum, quicquid restabit, mitti debeat de anno in annum co-

miti Arbi pro suppiemento expensarum, quas habet commune nostrum in dicta terra Arbi; et sic scribatur et mandetur dicto comiti Chersi et successoribus suis, quod debeant effectualiter observare. Intelligendo et declarando etiam, quod commune nostrum ultra dictos ducatos VI centum XXVIII debeat etiam habere et percipere trentesimum et utilitatem talis, que percipitur in insula supradicta secundum usum.

Verum ut dicti fideles nostri de Cherso et Absero sentiant gratiam et benignitatem nostri dominii, ut perseverent de bono in melius in fidelitate et bona dispositione sua, concedatur eis, quod possint eligere ad presens et per tempora futura duos consiliarios de nobilibus ipsorum locorum, qui sedeant simul cum comite nostro, et audiant simul cum eo causas, lites et placita, que ventilabuntur coram eis et debeant difinire et terminare illas, existendo in opinione cum dicto comite secundum eorum statuta et consuetudines, dummodo sint secundum deum, ius et iustitiam ac honorem nostri dominii, existentibus ipsis consiliariis ad conditionem, ad quam sunt consiliarii comitis nostri Jadre.

Quando autem comes solus esset inuna opinione, quod in isto casu dictus comes solus debeat decidere et terminare dictas lites secundum conscientiam et opinionem suam. In criminalibus autem non debeant dicti consiliarii se aliqualiter impedire, sed ipsa criminalia spectent ad cognitionem et terminationem comitis nostri solius. De parte 111, de non 1, non sinceri 3.

Senato. Misti. Vol. 48. p. 140, u mletačkom arkivu.

LXXII. God. 1410. 31 ožujka, u Mletcih.

Posada u Rabu umaljena.

1410. 31 martii. Capta. Cum in castro Arbi fuerit deputata pro custodia eius una banderia peditum de pagis XXX, et considerato, quod expensa huius banderie est nimis excessiva respectu parvi introytus, qui habetur de illa civitate, et etiam considerato esse et conditione ipsius terre et situ et conditione dicti castri, provisores Jadre, qui viderunt et examinaverunt hoc, providerint, quod pro scansando expensam communi deputetur unus castellanus solum cum sexdecim pagis, ubi sunt triginta, ad custodiam dicti castri, quod erit sufficienter custoditum cum dictis XVI pagis; vadit pars, quod providus vir Johannis Spatarius civis et fidelis noster, alias electus in Jadra castellanus dicti castri per dictos provisores, tanquam homo bene sufficiens ad istud negotium cum salario ducatorum octo in mense pro sua persona cum uno famulo apto et sufficiente ad portandum arma mittatur ad custodiam dicti castri et scribatur et mandetur comiti Arbi, quod dictam banderiam subito cassare debeat pro non dando ulterius expensam communi nostro, et quod solum de dictis pagis XXX debeat retinere pagas XV, illas videlicet, que sibi sufficentiores videbuntur, que stare debeant ad custodiam dicti castri sub castellano predicto, sicut prius erant sub suo comestabili, cum illo stipendio, quod habent ad presens. De parte 107, de non 1, non sinceri 2.

Senato. Misti. Vol. 48 p. 140 tergo, u mletačkom arkivu.

LXXIII. God. 1410. 3 travnja, u Mletcih.

Odgovori na njekoje molbe obćine ninske.

1410. die 3 aprilis. Capta. Quod respondeatur ambaxiatori comunitatis None ad capitula nobis porrecta in hac forma:

Quod sumus contenti, quod possint facere et congregare consilium suum de nobilibus diete terre, prout sunt soliti congregare, in quo stare debeat noster vicecomes None et similiter successores sui, qui nostro nomine ibi erunt, et interesse omnibus et singulis, que agentur et praticabuntur in illo. In quo quidem consilio eligere possint, prout requirunt, duos consiliarios de nobilibus deinde, qui simul cum vicecomite nostro, qui erit ibi per tempora, audiat omnes causas civiles, lites et placita, que ventillabuntur coram eis et per maiorem partem eorum, existente nostro vicecomite in opinione, debeant simul cum ipso nostro vicecomite diffinire, terminare et sententiare secundum eorum statuta et consuetudines, dummodo sint secundum deum, ius et iusticiam et honorem nostre dominationis. Quando vero comes solus esset in una opinione, et dicti duo consiliarii essent in alia opinione, in hoc casu dictus noster vicecomes solus debeat decidere, terminare, sententiare et diffinire lites predictas secundum conscientiam et opinionem suam. Si vero cause predicte et lites forent importantie, volumus, quod idem noster vicecomes requirat et habeat consilium et informationem a nostro comite Jadre super causis et litibus predictis, que forent importantie, et illo ac illa habitis, terminet, decidet et sententiet, prout sibi apparebit secundum suam conscientiam. Declarando, quod si hii, contra quos tam dictus vicecomes cum consiliariis predictis vel maiori parti eorum, ut est dictum, sententiabit, diffiniet et terminabit, quod ipse vicecomes solus vigore libertatis sibi per nos attribute, se gravarent de terminationibus et sententiis suis, possint et debeant hi tales habere recursum ad nostrum comitem Jadre, qui debeat huiusmodi appellationes audire, et super ipsis terminare et diffinire, prout eidem secundum ius et iusticiam ac honorem nostrum videbitur convenire.

In criminalibus autem nolumus, quod dicti duo consiliarii aliqualiter se impediant, prout non faciunt in aliis terris nostris, sed remaneat solum in discretione nostri vicecomitis, qui erit per tempora, procedendi et terminandi ac providendi, prout eidem iustum et expediens apparebit. Salvo quod in casu mortis seu mutilationis membri ob delicta, que perpetrarentur, seu alia causa, volumus quod idem noster vicecomes habeat consilium nostri comitis Jadre, et secundum illud debeat super predictis terminare et effectualiter sententiare. De parte 77, non 6, non sinceri 3.

Misti XXXXVIII. 134, u mlet. arkivu.

LXXIV. God. 1410. 3 travnja, u Mletcih.

Dopušćeno Damianu de Begna, iz Zadra prognanu, da smije u Zadar se povratiti.

1410. die 3 aprilis. Capta. Cum quidam Damianus de Begna nobilis Jadrensis, qui est de illis, qui ad presens sunt extra Jadram, supplicaverit nostro dominio cum maxima instantia, quod sibi concedatur de

gratia, quod possit repatriare, ne vadat mendicando per alienas terras, cum sit constitutus in maxima paupertate, et etiam uxor et filii existentes in Jadra non pereant fame propter absentiam suam; vadit pars, quod licet ex informatione data provisoribus Jadre ipsum Damianum alias protulisse aliqua verba non bene honesta de nostro dominio, tamen considerato, quod secundum dictam informationem est homo volubilis, et quod est homo senex et pauperimus, et persona tam debilis conditionis, quod non est habenda aliqua suspitio vel dubium de factis suis, et ultra hoc attenta relatione, que fit de ipso per nobilem virum ser Donatum Arimondo de verbis usis per ipsum Damianum in partibus Apulee ad honorem et laudem dominationis nostre, concedatur sibi de gratia, ne vadat mendicus per orbem, et ne uxor et filii sui remaneant in tanta miseria atque inopia, quod possit redire Jadram, et ibi stare et habitare pacifice ut alii cives. Et sic scribatur et mandetur comiti et capitaneo Jadre et successoribus suis, quod debeant ipsum Damianum acceptare et permittere commorari in Jadra, ut est dictum. De parte 65, de non 22, non sinceri 4.

Senato. Misti. Vol. 48 p. 135, u mlet. arkivu.

LXXV. God. 1410. 8 travnja, u Mletcih.

Hrvoja vojvoda spljetski nudi se po svojih poslanicih Mletčanom kao posrednik medju njimi i ug.-hrv. kraljem. Želi znati od Mletčana, hoće li ga pustiti u mirnom posjedu njegovih mjesta u Dalmaciji; na što mu oni odgovaraju, da hoće, samo da nepomaže njihovim neprijateljem. Napokon jih moli, da ga imenuju mletačkim plemićem sa novim naslovom.

1410. indictione IV. 8 aprilis. Sapientes consilii omnes, ordinum. Quod respondeatur reverendo patri domino archiepiscopo Spalatensi et sociis, solenibus ambasciatoribus magnifici et excelsi domini Crevoye Spalati ad ambaxiatam, quam fecerunt nostro dominio, secundum continentiam suorum capitulorum.

Et primo ad primam partem, differentia, quam dicit ortam esse inter serenissimum regem Hungarie et nostrum dominium propter adeptionem Jadre et Dalmatie, pro qua aptanda et sedanda et pro evitandis damnis et expensis utrique parti, si nobis videtur aliquis honestus et congruus modus boni medii, quod interponat partes suas, ipse dominus Crevoya se offert personaliter ire suis sumptibus et expensis, ac tractare et querere omnem bonum concordium inter partes, aut quod nobis videatur mittere nostros ambaxatores ad ipsum dominum regem tractaturos premissa. Ipse etiam se offert eosdem honorifice recipere et conducere ac reconducere, offerendo se ad omnia, que cedant ad honorem, gloriam et augumentum status nostri etc.

Respondeatur, quod intelleximus ea, que sapientissime exposuerunt nostro dominio, et de liberali oblatione, quam facit dominus suus ad interpositionem et bonum concordium inter serenissimum dominum regem Hungarie et nostrum dominium personaliter aut in conducendo nostros oratores, et similiter illos reconducere salvos et securos. Sue magnificentie abunde regraciamur, uti fratri, amico carissimo et honorabili civi nostro, cognoscentes hunc motum suum procedere a maximo caritatis et affectionis zelo, quem habet ad honorem et statum dominii nostri. Sed

quia ante ammissionem sive appulsam suorum ambaxatorum, iam ellegeramus duos ambaxatores nostros, et miseramus acceptum salvosconductus a domino rege et ab aliis, unde transitum facere debebant, et illos iam habueramus in ampla forma, ut requisivimus, ita quod ambaxatores nostri, qui erant parati et in ordine, iam de hinc recesserunt euntes per iter deliberatum fieri, non videmus fore opus fatigare magnificentiam suam. Bene reddimus nos certos, quia semper dileximus in speciali magnificam personam suam, et sincero corde amamus, sicut sumus certissimi ipsum diligere nostrum dominium versa vice; ac tantum latam confidentiam gerimus in magnificentiam suam, quod dum se reperisset ibidem, ipse aut aliqui ex suis idem se gessisset et operatus fuisset in omnibus, que cessissent, ut dicit, ad honoris nostri conservationem et augumentum, quemadmodum de magnifica fraternitate sua plene speramus. De parte omnes alii, de non 1, non sinceri 3.

Ad secundum partem vero, per quam dicunt, quod post discordias habitas per ipsum dominum Crevoyam cum serenissimo domino rege Hungarie, secuta pace, ipse dominus rex dedit et donavit sibi et heredibus suis perpetuis temporibus Spalletum et tres insulas, videlicet Curzolam, Faram et Braciam, ac etiam castrum Almisii, Narentam et totam Craynam; et quia publice divulgatur, quod nostrum dominium vult habere omnes civitates Dalmatie ac insulas, castra et loca maritima, ideo vellet perscire voluntatem dominationis nostre, utrum in his locis nostra dominatio concipit seu intendit impedire, et quam voluntatem in predictis nostra dominatio gerit circa ipsum; et si pro custodia sui dominii ipsum opporteret armare galeas seu barchas, vellet scire, qualiter poterit esse tuta et a nostris tractata.

Capta. Respondeatur: quod veritas est, ut potest sibi fore notum, quod novitus emimus iusto titulo et iuridice Jadram et alias omnes terras et loca Dalmatie ac iurisdictiones illarum a domino rege Ladislao, ut a vero dominatore rei et pro magno precio; itaque de iure ille ad nostrum dominium pertinent atque spectant, et ideo alienatio non potest nec pertinet fieri ab alio, quam a nostro dominio; sed considerato, quod, ut prediximus, ipsum dominum Crevoyam dileximus semper et diligimus ac tenemus in bonum et verum amicum nostri dominii, et sic sumus certi versa vice, quod sit et velit constantissime esse amicus noster bonus, sumus contenti, quod teneat Spalletum et loca, que tenet ad presens, vivendo nobiscum in bona vicinantia, et tractabimus et tractari mandabimus loca et omnes habitatores locorum, que ille dominus tenet ad presens, tam in mari quam in terra amicabiliter et fraterne, observante ipso sic versa vice a parte sua; verum quod promittat non dare aliquo tempore auxilium, consilium nec favorem contentium victualium nec armorum nec alicuius rei aliis terris et locis Dalmatie, que forent inimice, inobedientes et rebelles nostro dominio. Nam nostra dominatio pro magnificentia sua et ille pro nobis ex intuytu mutui amoris debent querere illa, que sint conservativa perpetue amicitie et caritatis.

Ad tercium. Ser Nicolaus Victuri, ser Franciscus Cornario. Capta. Ad ultimum capitulum, quod assumatur in civem et nobilem nostrum huius alme civitatis, et quod mutetur nomen tituli voyvode et ponatur titulus modernus.

Respondeatur: Quod ista est res nature, que requirit ut fiat et eatur per multa nostra consilia ordinata in terra nostra, ita quod erimus in ipsis consiliis, et speramus, quod fiet et complacebitur sibi.

Ad factum vero tituli, quod petit, respondeatur: quod quia sumus certi, quod erit noster bonus frater et amicus nostri dominii, sumus contenti complacere sibi, et facere fieri sibi privilegium cum titulo moderno, sicut consuetum est fieri, recognoscendo terras et loca, que tenet in Dalmatia, a nostro dominio.

De parte ultrascripta ab alio latere (idest de secunda) et suprascripta duorum sapientum. 49.

Ser Marcus Dandulo sapiens consilii. Vult, quod respondeatur ad secundam partem: quod veritas est, ut est sibi notum, quod eminus iuridice et iusto titulo Jadram et alias omnes terras et loca Dalmatie ac iurisdictiones suas, sicut a vero dominatore rei. Sed tamen cognoscendo prefatum dominum Crevoyam fore optime dispositum ad honorem et statum nostri dominii, et quod sic debeat perservare, et nos versa vice erga magnificentiam suam; dicimus ad id, quod vult scire a nobis, quod omnes habitatores locorum, quos tenet ad presens tam in mari quam in terra, tractabimus et tractari ordinabimus a nostris amicabiliter et benigne, ut faceremus pro fratre et amico karissimo, quem reputamus, observante eo similiter a parte sua, sicut speramus. Verum reddimus ipsum advisatum, quod velit non dare aliquo tempore auxilium, consilium nec favorem aliquem illis aliis terris et locis, que forent minime obedientes et rebelles nostro dominio.

Ad factum autem ultimi capituli et tituli, quod petit, respondeatur: quod ista res est nature requirentis, quod fiat et eatur per multa nostra consilia, ita quod procurabimus et providebimus ponere dictum factum in ipsis nostris consiliis, secundum quod est solitum observari, ut possit habere intentionem suam. Et non eatur ulterius.

Quando autem vellent scire cum istantia informari de titulo fiendo, dicatur, quod non fit privilegium alicui, nisi primum captum et deliberatum sit per nostra consilia ordinata secundum nostros mores, quod assumatur in nostrum nobilem, et postquam hoc captum est, datur postea ordo de faciendo privilegium, ita quod tunc hoc secuto providebitur de facto tituli, et fiet per nostrum dominium, secundum quod sibi videbitur fore bonum. De parte.

Ser Marinus Karavello sapiens consilii, ser Victor Superantius sapiens ordinum. Volunt, quod respondeatur ad secundam partem: Quod quia diligimus magnificentiam suam, et sumus certi ipsum diligere nostrum dominium ac fore optime dispositum ad quoslibet honores nostros, dicimus, quod tractabimus et tractare faciemus suos subditos et habitatores locorum, que tenet ad presens, tam in mari quam in terra amicabiliter tamquam nostros, observante sic versa vice erga nostros subditos et fideles; et quod ista de causa promittat non dare auxilium, consilium nec favorem illis terris et locis, que forent inobedientes et rebelles nostro dominio.

Ad factum autem assumendi ipsum in nobilem civitatis nostre Veneciarum, sicut requirit, respondeatur, quod placet nobis et sic speramus sibi debere complacere per nostra consilia ordinata, per que opus est, ut eatur et facere fieri sibi privilegium in illa forma, que alias facta fuit

in alio privilegio civilitatis. Et si diceret et requireret cum instantia, ut fieret sibi titulus, secundum quod dedit in nota: Quod quia scit, nos emisse Jadram et omnes terras et loca Dalmatie a vero dominatore rei, si vult recognoscere ipse dominus terras et loca, que tenet, a nostro dominio, tunc complacebimus sibi de faciendo sue magnificentie fieri privilegium sibi et heredibus suis leoptimis cum titulo moderno, secundum quod requirit. Verum quia sumus, quod ipse velit semper id, quod sit de iure, sicut etiam nostrum dominium querit, quia aliqui nostri nobiles pretendunt habere ius in facto Curzole, et est conveniens, quod de ipsa re videantur iura nobilium nostrorum et claritas, ut possit fieri, quod iustum est. Existente obligato non dare auxilium nec favorem aliis terris, ut dictum est. De parte 18.

Ser Laurentius Capello sapiens ordinum. Vult ad duo capitula ultra alia, de quibus omnes sunt in concordio, que duo capitula, quia multa continent maxime importantie et ponderis, si fieret responsio particularis, posset preiudicari iurisdictionibus et factis nostris; sed quia cautelose loquuntur, etiam cum cautela debemus et maxima consideratione dare sibi responsionem.

Respondeatur et dicatur: quod magnificentia sua certa esse potest, quod semper dileximus ipsam et amamus sicuti fratrem et bonum amicum nostrum, quia sumus certi ipsum diligere nos et esse dispositum ad quoslibet honores nostros, et propterea fuimus contenti, ut foret civis noster, et sic iuxta requisitionem et preces suas speramus, quod complacebitur sibi de nobilitate civitatis nostre per nostra consilia ordinata, per que opus est, ut eatur, et quod compleatur. Verum pro possendo dare executionem et conclusionem bonam dictis partibus, et quod per eum observentur et fiant ea, que occasione mutue caritatis et benivolentie (requiruntur), sumus contenti velle facere et observare sibi iuxta requisitiones suas, ita taliter quod in bona vicinantia conservemur nunc et in perpetuum; in qua conclusione et tractatu sequitur sua intentio, et id quod petitur per eum, et nos remanebimus contenti, quod una pars alteri hoc promittat. Vellemus scire ab ipsis ambaxatoribus, si habent commissionem et sindicatum ad plenum, quia habentes ipsum intrabimus in praticam, et deveniemus ad particularitatem promissionum ad invicem, que non poterunt esse nisi utiles utrique partium. Bene recordamur sibi, quod, quia emimus iuridice Jadram et omnes alias terras Dalmatie iusto titulo a vero dominatore, ad ipsum spectat hoc considerare et velle querere, quod faciamus de rebus, et sic una pars erga alteram, que sit conservatura bone intentionis et equalitatis inter partes. De parte 2.

Ser Georgius Cornario sapiens ordinum vult. Ad requisitiones suas facit per secundum et ultimum capitulum, videlicet de sciendo, si volumus nos impedire de Spalleto, Curzola, Fara et Braza, Almixia, Narenta et tota Crayna, que loca ipse asserit ei et suis heredibus donata fuisse per regem Sigismundum Hungarie etc., et si galee et barche, quas armabit, poterunt esse tuta a nostris, et equaliter tractabuntur; et ad supplicationem, quam facit, de esse acceptatum in nostrum civem nobilem de nostro consilio mutando nomen tituli Voivode et ponendo modernum titulum, videlicet dux Spalleti et partium inferiorum comes etc.; respondeatur omnibus suprascriptis requisitionibus et petitionibus:

quod semper habuimus et tenuimus et tenemus ad presens magnificum dominum Crevoyam esse nostrum optimum et cordialem amicum, et ob hoc magnificentiam suam diliximus et diligimus et amare intendimus in futurum cordialiter et caritativè, dispositi tractare et tractari facere ipsum et suos subditos et navigia armata et disarmata amicabiliter et fraterne. Quia sine dubio speramus, quod similiter faciet versus nos et nostrates, nec dabit aliquem favorem vel auxilium inimicis vel rebellibus nostris; et ut cognoscat amorem nostrum, providebimus et speramus, quod sibi complacebitur per nostra consilia, per que opus est, ut eatur, de recipiendo et assumendo suam magnificentiam cum suis heredibus in numero nostrorum nobilium de nostro maiori consilio cum solemnitatibus in talibus consuetis. Ad mutationem vero tituli sui respondemus: quod considerato, quod nos eminus totam Dalmatiam a rege Ladislao, qui ipse nobis vendere potuit, et quod misimus nostram ambaxiatam in Hungariam ad substinendum honorem et iura nostra super factis Dalmatie, nobis videtur, quod faciendo nos sue magnificentie expressam responsionem super mutatione dicti tituli, antequam sciamus finalem responsionem regis Sigismundi Hungarie etc., posset derogari ac preiudicari his, que querimus cum rege Hungarie predicto. Et quia sumus certissimi, ipsum dominum Crevoyam non velle nisi id, quod sit nobis gratum et comodum, rogamus suam magnificentiam, ut placeat non habere grave, si super hoc non damus ei aliam responsionem. Sed habita finali intentione regis Sigismundi Hungarie etc., quam de brevi habere speramus, si pur placebit dicto domino Crevoye habere expressam responsionem, tunc respondebimus sue magnificentie, secundum quod cognoverimus concernere honorem suum et nostrum, et in forma, qua habebitur merito contentari. De parte 10, non 8, non sinceri 9.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 111, u mlet. arkivu.

LXXVI. God. 1410. 10 travnja, u Mletcih.

Zadraninu Mihailu de Galelo dozvoljeno, da stanuje u Zadru.

1410. 10 aprilis. Capta. Cum Michael de Galelo nobilis civis Jadre, ut aparuit ad effectum, fidelissimus nostri dominii, sit extra dictam terram non tamen propter aliquem suspectum, et ut plene constat provisoribus nostris, qui fuerunt ad partes Jadre, ipse pluries iverit et rediverit Tragurium suis expensis et cum maximo periculo ad tractandum et inducendum illos ad fidelitatem et obedientiam nostri dominii, nec pro eo aliqualiter defuit, quin negotium istud ad effectum perduceretur, propter quod suam perfectam dispositionem et fidelitatem ac constantem affectionem, quam habet ad nostrum dominium, perample ostenderit, et bonum sit, postquam de eo suspitio vel dubio haberi non potest neque debet causis predictis, eidem nostram gratiam elargiri, ut ferventius in futurum ad mandata nostra se disponat; vadit pars, quod concedatur eidem, quod possit redire Jadram, et ibi stare et morare pacifice, libere et quiete, prout stant alii et stare possunt. Et propterea scribatur et mandetur comiti et capitaneo nostris Jadre et successoribus suis, quod debeant ipsum Michaelem acceptare, et permittere commorare et habitare in Jadra,

et bonis suis uti et gaudere libere et expedite, prout faciunt alii cives et fideles nostri deinde. De parte 55, de non 1, non sinceri 3.

Misti. Vol. 48 p. 137, u mletačkom arkivu.

LXXVII. God. 1410. 10 travnja, u Mletcih.

Dozvoljen popravak kuće kneza creskoga iz državnih prihoda.

1410. die 10 aprilis. Capta. Cum communitas videlicet domus habitationis comitis Chersi sit male in ordine et in puncto in tantum, quod est semi detectus, et dictus comes male yno cum maximo sinistro suo et sue familie et suarum arnesiarum stet et habitet in dicto comitatu, ita quod est necesse, quod penitus aliqualiter reparetur; vadit pars, quod concedatur dicto comiti Chersi, quod in reparatione dicti comitatus possit expendere libras quadringentas parvorum de pecunia nostri communis. De parte omnes, de non 0, non sinceri 0.

Misti. Vol. 48 p. 140 tergo, u mletačkom arkivu.

LXXVIII. God. 1410. 10. travnja, u Mletcih.

O sagradjenju stana za kneza Pažkoga, pošto ga nije bilo u onom gradu.

1410. die 10 aprilis. Capta. Cum comes noster Pagi scripserit nostro dominio, quod non est ibi aliqua domus sive habitatio nostri communis, in qua habitare possit, et hoc idem dixerint nostri provisores, qui illic fuerunt, subiungentes, quod est omnino necessarium providere, et ipse noster comes requisiverit per dictas suas litteras posse expendere pro faciendo fabricare unam domum ibi pro mansione comitum, qui ibi erunt per tempora, ducatos ducentos auri; vadit pars predictis consideratis, quod concedatur predicto comiti nostro Pagi, quod possit pro fabrica unius domus fiende pro habitatione sua expendere de pecunia nostri communis ducatos centum auri, licet maior quantitas foret necessaria, prout scribit, et secundum informationem habitam a provisoribus nostris, informando eum, quod cum verbis bonis et necessariis ad hoc debeat instare et procurare, quod communitas Pagi condescendat ad contribuendum aliquam quantitatem pecunie pro isto opere et expensa fienda, que erit tantum utilis, proficua et cum ornamento terre prefate; rescribendo postea nobis ordinate, quicquid fecerit et expenderit pro fabrica predicta. De parte 83, de non 3, non sinceri 2.

Misti. Vol. 48 p. 140 tergo, u mletačkom arkivu.

LXXIX. God. 1410. 15 travnja, u Mletcih.

Dozvoljava se njekomu Zadraninu, da može primiti ponudjenu mu službu od italijanskih gradova, ako su prijatelji Mletčanom.

1410. die quintodecimo aprilis. Capta. Cum egregius doctor dominus Jacobus de Raducho nobilis civis Jadrensis, devotus fidelis noster, vellet licenciam et concessionem a nobis possendi, si eligeretur, ire ad regi-

mina Florentie, Bononie, Marchie et cuiuslibet alius terre et loci, qui forent amici nostri dominii, quia hoc redundaret in honorem et utilitatem suam, et posset etiam, ubi esset, facere et operari ea, que forent de beneplacito nostro; vadit pars, consideratis predictis, et quia ipse et de aliis nobilibus Jadrensibus sunt preteritis temporibus consueti ire ad similia regimina, ut videat et cognoscat, quod diligimus honorem et comoditatem suam, et facimus fidem de devotione sua; quod concedatur dicto domino Jacobo de Raducho, qui secundum peticionem suam possit ire rector et officialis in terras, civitates et loca predicta et alia, que sint in amore et benivolentia cum nostro dominio; dicendo ei, quod de his et aliis honoribus et comoditatibus suis sumus et semper erimus leti et contenti. Verum quia de tempore in tempus occurrunt de rebus, pro quibus nostrum dominum oportet habere advertentiam super conversatione nostrorum civium fidelium et subditorum in terris alienis, scribatur ei, quod erimus contenti et placebit nobis, quando acceptaverit aliquam electionem alicuius regiminis vel officii, quod de hac faciat noticiam nostro dominio, ut possimus ipsum reddere provisum de hiis, que nobis videbuntur pro honore nostro et bono suo.

Secreta cons. rog. IV, u mlet. arkivu.

LXXX. God. 1410. 16 travnja, u Mletcih.

Riešeno, da se računi o pažkoj soli vode u Zadru.

1410. die 16 aprilis. Capta. Cum comes noster Pagi iuxta formam sue commissionis debeat recipere et recipiat cum introitibus deinde omnes denarios, qui habentur et exiguntur de tracta salis, sed non habeat aliquod mandatum mittendi pecuniam ad rectores nostros Jadre de tracta predicta, et comes noster Jadre nobis scribat super hoc, et consulat, bonum et utile fore, ut ipsa pecunia talis mitti debeat Jadram pro possendo exequi mandata nostra; vadit pars, quod scribatur et mandetur comiti nostro Pagi, quatenus omnem et totam pecuniam spectantem ad nostrum commune, que exacta foret et in posterum exigetur per eum de tracta salis illius insule debeat mittere ad comitem nostrum Jadre, dessignandam camerario, qui teneatur de illa separatim et divisim tenere computum ordinatum, ut continue rationes de ipso sale videri possint. Insuper quia melius et plures emptores dacii tracte salis reperientur in Jadra quam in Pago, debeat notificari illis nostris fidelibus deinde, ut sint previsi, quod dacium predictum incantari debet in Jadra, secundum quod est solitum observari. Et ista de causa debeant rectores, videlicet comes et capitaneus Jadre, quando sibi videbitur tempus magis aptum et comodum, facere incantari dacium tracte predicte in civitate nostra Jadre, et conferre plus offerenti vel offerentibus cum illo quam meliori utili et avantagio nostri communis fieri poterit. De parte 70, de non 0, non sinceri 1.

Senato. Misti. Vol. 48 p. 130 tergo, u mletačkom arkivu.

LXXXI. God. 1410. 18 travnja, u Mletcih.

O popravi stana kneza zadarskoga.

1410. die 18 aprilis. Cum palatium comitatus et habitationis comitis nostri Jadre indigeat maxima reparatione, et dictus comes scribat, quod sibi concedatur licentia possendi expendere usque summam ducatorum quingentorum in faciendo fieri laboreria necessaria pro reparatione dicti comitatus; vadit pars, quod concedatur dicto comiti Jadra, quod pro reparatione et aptamine dicti palacii possit expendere libras quadringentas de pecunia nostri communis pro solutione magistrorum murariorum, marangonorum et manualium, possendo accipere pro dictis laboreriis de lignaminibus, ferramentis, lapidibus et calce nostri communis, quos et que habet de inde, sicut erit opus, ultra denarios et solutiones magistrantie supradictos.

Misti. Vol. 48 p. 139, u mletačkom arkivu.

LXXXII. God. 1410 27 travnja, u Veglesu.

Sigmund ug.-hrv. kralj zapovieda Skradinjanom, neka slušaju Šibeničane.

Preceptoria Scradonensibus, ut obediant in omnibus Sibenicensibus. — Sigismundus dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator fidelibus suis toti universitati seu communi civitatis Scradonensis vocate salutem et gratiam. Quia nostre intentionis existit, ut vos et vestrum quilibet in maiestatis nostre persona fidelibus nostris communi civitatis nostre Sibenicensis, ut ex hoc nobis melius et fidelius servire valeatis, sitis et esse debeatis obedientes et fautores in omnibus iuxta eorundem vota et informationes. Igitur fidelitati vestre firmissime precipimus, et sic habere volentes mandamus, quatenus universaliter sine qualibet contradictione et recusa prefatis fidelibus nostris communi civitatis nostre Sibenicensis predicte sitis obedientes et in omnibus iuxta eorundem vota et informationes, imo libitum voluntatem facere, agere et nobis fidelitatem servare ac servitia placida exhibere debeatis, quoniam volumus et presentibus annuimus, ut ipsi, si in premissis secus feceritis, omnimodam de vobis faciendi idem Sibenicenses habeant potestatem facultatemque. Datum in Wegles die dominica proxima post festum sancti Georgii martiris, anno domini millesimo quadrigentesimo decimo. Presentes siquidem post eorum lecturam reddi edicimus presentanti. Datum ut supra.

Diplomatarium Sibenicense, u dvor. knjižnici bečkoj, ruk. 13461.

LXXXIII. God. 1410. 27 travnja, u Viglesu.

Ovlašćeni Šibeničani, da mogu srušiti Skradinske tvrdjave.

Facultas Sicensibus a rege datur, ut destruatur murus Scardonensis. — Nos Sigismundus dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. marchioque Brandeburgensis etc. sacri romani imperii vicarius generalis

et regni Bohemie gubernator. Notum facimus universis, quibus expedit, presentes, quod nos fidelibus nostris communi Sibenicensi annuimus et facultatem prebuimus, quod, si ipsis videbitur expedire, murum et omne fortilicium Scradonensium destruere et anichilare debeant et possunt, ne de eodem muro et fortilitio infidelium et rebellium nostrorum cives frueantur. Datum in Wigles die dominico proximo post festum sancti Georgii martiris anno domini MCCCCX.

Diplomatarium Sibenicense, u dvor. knjižnici bečkoj, ruk. 13461.

LXXXIV. 1410. 27 travnja, u Viglesu.

Ugar.-hrv. kralj Sigmund dozvoljuje Šibeničanom, da si uzmu nješto soli, te da mogu po volji srušiti Skradinska utvrdjenja, a dobra iznevierenika neka ostanu pri občini.

Preceptoria de sale Sicensibus dando, de destruendis muris Scradonensium et de bonis rebellium. — Sigismundus dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. marchio Brandeburgensis etc. sacri romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator fideli suo egregio viro Petro de Meslen, capitaneo gentis nostre in partibus Dalmatie et Croatie per nos constituto, salutem et gratiam. Licet nos primitus fidelitati vestre inter cetera commiserimus, ut cameras salium nostrorum completo anno primo arendacionis seu venditionis, facte per Karolum banum nostrum Dalmatie et Croatie regnorum nomine nostro, ad manus vestras occupare et recipere deberetis, tamen quia nunc certis intentionibus moti, fidelibus nostris universitati seu communi Sibenicensi decem millia modiorum salis de prefatis camarichalis deputavimus et assignavimus, commisimusque eis excipienda et extrahenda libere pro ipsorum voluntate. Id circo mandamus vobis distinctius edicentes, quatenus interim, donec premissa decem millia modiorum salis de eisdem cameris per antefatos fideles nostros Sibenicenses totaliter extrahentur et excipientur, vos de eisdem cameris intromittere nullatenus audeatis, sed permittatis et etiam permitti faciatis pacifice, eisdem extrahere et quomodocumque maluerint asportare et ducere sine omnis tributi et ulterius solutionis exactione aliquali. Ceterum commisimus prefatis fidelibus nostris Sibenicensibus, ut, si ipsis videbitur, murum et fortilicium Scradonensem destruere valeant et debeant anichilare. Quare etiam vestre fidelitati mandamus, ut si idem ad premissum murum seu fortilicium destruendum vestrum auxilium requirerint, simul cum omnibus gentibus nostris vobiscum existentibus in auxilium ipsorum Sibenicensium proficisci debeatis ad destructionem eiusdem muri, cunctis necessariis vestrum iuxta posse subveniendi. Preterea de occupationibus iurium et bonorum hominum illorum, qui ad partes nostrorum infidelium recesserint, per nos primitus vobis commissis vitato nihil facere debeatis, sed sinatis, sicut stant ad presens, in manibus communis Sibenicensis pacifice remanere usque ad nostre maiestatis adventum illuc fiendum, aliud in premissis facere non ausuri. Et hoc idem iniungimus aliis universis fidelibus nostris presentium notitiam habituris. Presentes igitur perlectas reddite presentanti. Datum in Vygles die dominico proximo post festum sancti Marci evangeliste, anno domini millesimo quadringentesimo decimo.

Diplomatarium Sibenicense, u dvor. knjižnici bečkoj, ruk. 13461.

LXXXV. God. 1410. 3 svibnja u Mletcih.

Od općine hvarske zahtjeva se izplata stanovita duga za njeke Zadrane.

1410. die tercio maii. Capta. Cum anno elapso per galeas serenissimi domini regis Ladislai, existentes in partibus Dalmatie, capti fuissent aliqui cives Lesne, et conducti captivi Jadram, et nobiles viri dominus Jacobus de Raduchis et dominus Simon de Detrico milites, cives Jadre, constituissent se plezios et solutores pro dictis captivis pro redemptione sua domino Ludovico de Aldemaruschis capitaneo dictarum galearum de ducatis ducentis auri, et deinde constitutis dicto domino Ludovico et dominis pleziis coram omnibus provisoribus nostris Jadre super facto solutionis dicte redemptionis, dictus dominus Ludovicus de Aldemaruschis ad preces et complacentiam dictorum provisorum contentus fuisset de dictis ducatis ducentis habere et recipere a dictis pleziis solum ducatos CLXX et retinere, alios ducatos triginta remittere, dicti dominus Jacobus et dominus Simon fuerunt contenti dare et solvere, et sic dederunt et solverunt dicto domino Ludovico dictos ducatos CLXX solutos pro liberatione sua ad omnem eorum requisitionem, et de hoc fieri fecerunt publicum et autenticum instrumentum, et hoc facto, fuerunt libere relaxati. Cumque deinde elapsis pluribus mensibus dicti nobiles et per suos nuntios et literas proprias et per literas dictorum provisorum Jadre scriptas regimini et comunitati Lesne requiri fecerunt, sibi fieri solutionem et restitutionem pecunie predicte exbursate et solute per eos ita liberaliter in redemptione sua predicta, et dicti debitores ac dicta comunitas Liesne disimulaverint et dilataverint istud factum, nec videantur curare velle restituere denarios suprascriptos; et sit iustum et conveniens dare subventionem dictis nobilibus, subditis et fidelibus nostris per modum, quod rehabeant dictos suos denarios; vadit pars, quod committatur capitaneo nostro culphi, quod, cum fuerit in illis partibus Dalmatie, debeat facere notificari dicte comunitati Liesne, cui debeat mittere nostras literas, que sibi scribantur super ista materia, quod ob debitum iuris et nostri amoris intuitum vellint effectualiter providere, quod dicti sui subditi, qui sunt debitores de dictis ducatis CLXX, quos promiserunt tam efficaciter solvere et restituere dictis duobus nobilibus Jadre per publicum instrumentum, debeant absque longiori dilatione temporis solvere et restituere dictis nobilibus, nam faciendo sic, facient rem gratam et acceptam nostro dominio. Quando autem dissimularent solvere illos, ut fecerunt usque modo, debeat dictus capitaneus facere sibi notum, quod non possemus cum honore nostro facere cum minori quam providere ad indemnitatem nostrorum subditorum, ut nobis videretur opportunum esse. Et circa hoc debeat procurare dictus capitaneus quantum fuerit sibi possibile cum illis verbis et maneriebus, que sibi videbuntur pertinentes, quod dicti nostri subditi perveniant ad solutionem debiti suprascripti.

Misti. XXXXVIII. 139, u mletačkom arkivu.

LXXXVI. God. 1410. 3 svibnja u Mletcih.

Imenovan novi providur za Šibenik.

1410. 3 marcii. Capta. Cum nobilis vir ser Ludovicus Lauredano procurator comparuerit coram nostro dominio, requirens, quod placeat

dominio providere, quod eligatur unus provisor ad partes Sibinici loco ser Petri Lauredano filii sui; vadit pars, quod eligatur per scrutinium in isto consilio unus provisor ad dictas partes Sibinici, probando electos ad unum ad unum, et ille, qui habuerit plures ballotas aliis, transeundo medietatem consilii, sit firmus; qui habeat ducatos sexaginta in mense et ratione mensis, habendo pagam quatuor mensium in presenti, et si staret ultra dictos quatuor menses, habeat dictum salarium ducatorum LX in mense et ratione mensis, et sit cum commissione et omnibus aliis conditionibus, cum quibus est dictus ser Petrus Lauredano. Et teneatur respondere die, qua fuerit electus vel sequenti ad tercias, nec possit refutare sub pena librarum centum parvorum, et debeat recedere ad beneplacitum dominationis. Et non incipiat livrare suum salarium nisi die, quo applicuerit ad dictas partes Sibinici.

Electus fuit provisor ser Jacobus de Rippa miles, et acceptavit.

Misti. Vol. 48 p. 139, u mlet. arkivu.

LXXXVII. God. 1410. 3 svibnja, u Mletcih.

Mletčani zahtjevaju od vojvode Hrvoje i od občine spljetske, da njeke mletačke gradjane izplate.

1410. die tercio maii. Capta. Cum viri nobiles ser Franciscus Cornario quondam domini ducis et ser Gabriel Superancio dilecti et honorabiles cives nostri habere debeant ab aliquibus civibus et habitatoribus Spaleti certas quantitates pecuniarum, prout clare apparet per sententias latas contra debitores predictos, et pro condigna ac debita satisfactione civium nostrorum predictorum pluries scriptum fuerit magnifico domino Crevoye et communitati Spaleti, nec tamen ipsi cives nostri ad finem debitum pervenire potuerint, sed sentiatur, quod bona debitorum predictorum vigore litterarum nostrarum prefatarum fuerint sequestrata; et debitum ac conveniens sit subvenire ipsis civibus nostris per modum, quod ad suam satisfactionem valeant integraliter pervenire; vadit pars, quod iterato scribatur dicto domino Crevoie et communitati Spaleti instanter rogando, quod eisdem placeat ob iuris debitum nostrarum etiam parcium interventu taliter disponere et ordinare, quod sine ulteriori dilatione cives nostri prefati, qui iam diu agitati fuerunt variis expensis et laboribus, habeant et percipiant integraliter debitam et condignam satisfactionem pecunie sibi debite, quod, quamquam debitum sit ac iustum, habebimus tam gratum et acceptum valde.

Quando vero dicta satisfactio et emenda non fieret, quod tamen credere non possumus, consideratis liquidis et claris iuribus ipsorum nostrorum civium non possemus aliter facere, quam coacti, pro debita et iusta emenda et satisfatione ipsorum civium nostrorum et oportuno remedio providere.

Misti. Vol. 48 p. 139 tergo, u mletačkom arkivu.

LXXXVIII. God. 1410. 3 svibnja, ... d dicto

O utvrdjenju kula, koje su Mletčani držali izpred ... de la
grad na predaju. ... am

1410. die 3 mensis maii. Capta. Quia secu... bilis viri ser Petri Lauredano provisoris nostri ut... est, ut apud turrim, ubi est, fiat una cisterna pro ... bitantium in turribus; vadit pars, quod mandetur ... pre- dicto et successoribus, quatenus cum omni solicitudine et diligentia debeat tenere modum, quod apud turrim in illis locis, qui magis securi, apti et comodi sibi videbuntur, fieri faciat unam cisternam pro turri per illum quam prestum et meliorem modum poterit; significando sibi, quod dedimus in mandatis rectoribus nostris Jadre, et sic mandari debeat cum nostris consiliis, quatenus occasione constructionis cisternarum predictarum debeant mittere duos ex magistris murariis ad turres Sibinici ad provisorem nostrum et similiter illas alias res, que forent necessarie et opportune pro perficione et complemento cisternarum predictarum, habito respectu ad quantum comodum et refrigerium personarum existentium in turribus redundabit. Preterea, quod debeat et sit solicitus ad faciendum turres predictas reparari, aptari et poni in tali fortificatione, ordine et concio ab omni parte ipsarum, quod continue et in omni casu et eventu gentium inimicarum tam per terram quam per aquam ille possint manuteneri et conservari ad honorem nostri dominii, et tenere ita gentes nostras intus existentes, que ibi forent, in tali ordine et regula, quod nullatenus sit dubitandum in casibus suprascriptis. Et ista de causa et respectu etiam committatur rectoribus nostris Jadre, ut de illis rebus, quas viderint fore sibi necessarias et opportunas pro fortificatione et defensione turrium, debeant provisori nostro de tempore in tempus oportune subvenire.

Insuper committi debeat rectoribus Jadre, quatenus debeant destinare unum ex civibus Sibinici existentibus in Jadra ad nostrum dominium, qui sit informatus de omnibus conditionibus et de situ terre predicte et comitatus, ut possit de omnibus advisare nostrum dominium; intelligendo, quod non debeat mitti dominus Johannes Misich miles. De parte 66, de non 19, non sinceri 3.

Misti. Vol. 48 p. 141, u mletačkom arkivu.

LXXXIX. God. 1410. 3 svibnja, u Mletcih.

Naputak za pomorskoga kapetana u poslovih tičućih se Dalmacije, Albanije i Carigrada.

1410. die 3 maii. Sapientes ordinum excepto ser Laurentio Capello. Quia est omnino necessarium dare ordinem capitaneo nostro culphi in isto suo recessu pro bono et comodo agendorum nostrorum, que presentialiter agere habemus; vadit pars, quod committatur dicto capitaneo nostro culphi, quod in nomine iesu christi et in bona gratia debeat quam prestius poterit cum galeis nostris sibi commissis ire directo tramite Jadram, et ibi esse cum comite et capitaneo nostris, et habito conferimento cum predictis, debeat quam prestius poterit ire Sibinicum, et cum

domini applicuerit debeat simul cum omnibus supracomitis nostri culphi ser se cum nobile viro ser Petro Lauredano nostro provisore ibidem, et ipsi dicto nostro capitaneo culphi et provisori et supracomitis seu maiori parti eorum videbitur pro bono agendorum nostrorum et pro habendo melius et cicius intentionem nostram de terra Sibinici, debeat idem capitaneus, si per ipsum et provisorem nostrum predictum et supracomitos vel maiorem partem eorum deliberatum fuerit remanere ibi cum omnibus galeis nostris sibi commissis diebus decem, et in isto casu debeat durante dicto tempore per omnem modum et viam sibi possibilem cum securitate tamen galearum et hominum earum querere, temptare et investigare de optinendo intentionem nostram de terra predicta, molestando ac molestari faciendo eamdem per omnem viam et modum, quem cognoverit esse utilem et proficuum ad inducendum Sibinicenses ad intentionem nostri dominii; non possendo tamen expugnare terram predictam. Verum elapso dicto tempore debeat idem noster capitaneus culphi recedere de partibus Sibinici et secum ducere unam galeam de Venetiis et unam de Creta, quas voluerit, ac galeam Bonam de Candida et etiam illam galeotam banchorum XVIII, que ordinata est mitti Scutarum pro assecurando lacum Scutari per illum modum, qui sibi videbitur; quam quidem galeam Bonam debeat in illo loco, qui eidem videbitur magis comodus dicte galee, licentiare, quod debeat reverti in Candida ad disarmandum, et cum galeis predictis quanto prestius poterit debeat visitare loca nostra Albanie, assecurando et confortando per riperiam fideles nostros, navigia et loca illarum partium, intrando etiam in flumariam Scutari, pro bono agendorum nostrorum ac terrorem inimicorum nostrorum, dimittendo in Scutaro dictam galeotam, ut armari possit. Et postea debeat cum galeis predictis ire, et assecurando per riperiam fideles, navigia et loca nostra usque Nigropontem. Et cum illuc applicuerit, debeat esse cum regimine nostro Nigropontis, et accipere informationem de statu et termino, in quo se reperiet locus de la Bondeniza; et si erit adhuc sub dominio et potestate illorum de cha Georgio, ire et presentare se debeat cum galeis predictis ad locum predictum, et si illum reperiet in tali conditione et statu, quod non possit se tueri, quin vadat ad manus Turchorum, debeat in isto casu dare et infere loco predicto omne subsidium, auxilium et favorem eidem possibile, cum quam minori expensa tamen poterit nostri communis, ac etiam quam minori periculo et incommodo poterit galearum et hominum sibi commissorum taliter, quod suo posse non vadat ad manus Turchorum, condolendo se nostri parte cum illis verbis, que sue sapientie videbuntur. Et facto quicquid boni poterit in predictis et ostentationibus opportunis et necessariis pro conservatione loci predicti, prout superius dictum est, et pro ortamine nostrorum locorum et fidelium deinde, debeat cum omnibus galeis predictis, quas secum conduxit, reverti ad inveniendum alias nostras galeas culphi, cum quibus attendere debeat sollicite et attente ad custodiam culphi nostri, prout de sua sapientia plene speramus, expectando nostrum mandatum. Et ut de omnibus occurrentibus simus plenissime informati, debeat idem noster capitaneus de tempore in tempus nostrum dominium reddere advisatum de omnibus, que fecerit, senserit et habuerit circa premissa et alia, que occurrent, particulariter et distincte et specialiter de partibus Romanie. Et ut melius possit obtineri intentio

nostra, scribatur et mandetur regimini nostro Nigropontis, quod dicto capitaneo nostro culphi pro subveniendo et succurrendo dicto loco de la Bondeniza dare debeat omnem subventionem eis possibilem cum quam minori tamen expensa nostri communis et quam minori damno et sinistro fidelium nostrorum deinde poterunt, ne idem locus in manibus Turchorum deveniat, ut est dictum; non dimittendo tamen capitaneus culphi in suo recessu ibi aliquem salariatum galearum sibi commissarum.

Insuper committatur dicto capitaneo culphi, quod debeat in Durachio et similiter in Corphoy esse cum rectoribus nostris, et insimul dare ordinem, quod de quolibet locorum predictorum mittatur ad partes Constantinopolis una persona sufficiens et experta, que cum litteris nostris ire debeant ad baiulum nostrum Constantinopolis ad sumendum informationem de novis illarum partium, et postea quam prestius poterint reverti debeant ad loca, de quibus mittentur; et propterea scribatur ipsi baiulo nostro Constantinopolis, quod litteras nostras duplicatas, que sibi mittantur per predictos duos, qui illuc mittentur ut supra, quod debeat nos de omnibus novis illarum partium informare per predictos nostros nuntios quam prestius poterit tam de novis Turchorum quam quibuscumque aliis, que quomodocumque senserit, per suas litteras, quas predictis nuntiis debeat assignare; et ultra hoc mandetur baiulo et capitaneo Corphoi et baiulo et capitaneo Durachii, quod debeant subito post reditum ipsorum nuntiorum mittere nobis litteras, quas predicti a dicto nostro baiulo Constantinopoli secum aduxerint per illum modum et viam, qui sibi videbitur. De parte 28, 27.

Capta. Ser Antonius Contareno sapiens consilii, ser Laurentius Capello sapiens ordinum: volunt partem per totum ut supra, salvo quod nolunt, quod capitaneus culphi vadat ad partes Nigropontis pro causa suprascripta cum sua galea et cum una alia galea de Venetiis, quam voluerit, et non cum pluribus. De parte 40, 48; de non 19, non sinceri 3, 14.

Misti. Vol. 48 p. 147, u mletačkom arkivu.

XC. God. 1410. 19 svibnja, u Mletcih.

Opet dozvoljeno knezu pažkomu 100 dukata, da si podigne stan.

1410. die 19 maii. Capta. Quod auctoritate huius consilii concedatur viro nobili ser Jacobo Cauco comiti nostro Pagi, quod pro fabricatione domus habitationis sue possit expendere ducatos centum auri de pecunia nostri communis sicuti per suas litteras a nostro dominio requisiverit.

Misti. Vol. 48 p. 145, u mletačkom arkivu.

XCI. God. 1410. 26 svibnja, u Mletcih.

Kotoranom njeke pogodnosti učinjene od Mletčana.

1410. die 26 maii. Capta. Cum comparuerit ad presentiam nostram unus ambaxiator rectoris, iudicis et consilii Catari, qui presentatis litteris

credulitatis devote exposuit leticiam, quam habuit communitas dicte terre de deliberatione facta per nos, prout sibi fecimus explicari per Marinum de Druscho civem suum, subiungens, quod timentes de domina Elena Stracimiri propter segetes et bona alia sua, que habent extra terram prefatam, que manifesto periculo sucumberent, si presentialiter daretur finis negotio predicto, deliberaverunt diferre ad destinandum nuntium suum cum sufficienti mandato ad expediendum negocium prefatum usque per totum mensem septembris proximum, quia isto interim ordinabunt facta sua et ponent se in ordine, ita quod ad dictum terminum gratia ieshu christi negotium ad bonam conclusionem deducetur, prout ipsi desideraverunt iam diu et desiderant in presenti; et propterea supplicavit, ut dignaremur et velimus esse contenti et complacere sibi de hoc; vadit pars quod respondeatur ambaxiatori predicto, quod intellectis his, que nobis exposuit, et imaginantes causam, propter quam dictam moram facere querunt, avidi in quibuscunque eisdem gratis et comodis complacere, sumus contenti complacere eisdem de hoc, prout petunt.

Verum quia ultra predicta idem ambaxiator humiliter requisivit, ut mandemur rectoribus nostris Albanie, quod in casu domina Elena predicta seu alius aliquis molestaret terram prefatam, debeant eisdem succurrere, prout succurrunt aliis terris nostris deinde Respondeatur, quod licet propter novitates dictarum partium et securitatem terrarum, quas habemus, gentes nostre nobis sint opportune pro conservatione illarum et honoris nostri, prout ipsi sciunt, tamen pro suo contentamento mandabimus nostris rectoribus illarum partium, quod in casu quo dicta domina Elena seu Balsa eius filius molestarent dictam terram, videntes posse dicte terre subvenire cum securitate locorum nostrorum sibi comissorum, dictam subventionem dare debeant de gentibus nostris, prout viderint esse necesse; et sic mandetur rectoribus nostris prefatis.

Ceterum ad id, quod ultimate requisivit, ut dignemur ordinare, quod in Budua non fiat amplius mercatum salis neque de vino, quia redundat in damnum dicte communitatis; respondeatur, quod veniente dicto ambaxiatore suo pro causa suprascripta, tunc circa hoc providebitur, prout videbitur esse conveniens et honestum. De parte 75.

Ser Marcus Dandulo et ser Rambertus Querini sapientes consilii volunt, quod ad ista duo ultima capitula respondeatur, quod veniente dicto ambaxiatore suo cum sindicatu ad plenum pro causa supradicta ad terminum predictum erimus parati facere ea, que sint iusta et rationabilia per modum, quod poterit contentari. De parte 23, de non 1, non sinceri 5.

Misti. Vol. 48 p. 148, u mletačkom arkivu.

XCII. God. 1410. 30 svibnja, u Mletcih.

Primljeno, da se njeki zatvor blizu Šibenika podigne, da se tim prije prisili grad na predaju.

1410. die trigesimo maii. Ser Laurentius Capello, ser Petrus Trivisano sapientes ordinum. Capta. Cum per informationem nuper habitam per nostros nobiles et per istos Sibinicenses, qui nuper fuerunt ad pre-

sentiam nostram, expresse cognoscatur et consulitur similiter pe nobilem ser Petrum Lauredano, qui rediit ab illis partibus, et pe[r] literas capitanei nostri culphi et provisores missi ad turres Sibinici, quod volendo videre, sicut videri debet, finem impresie nostre Sibinici et Tragurii, omnino necesse est nec aliter fieri potest, quam claudere cum uno seraleo de lignamine circa passuum XLII locum sive punctam de la Madalena, qui locus est ab omni parte circumdatus a mari excepto illo pauco spacio, ubi fuit dictum seralleum; et verum sit, quod dictus locus de la Madalena distat a terra Sibinici et a terrenis laborandis, ubi Sibinicenses colligunt blada et vinum, ita parvo spacio, quod habendo nos aliquam modicam gentem cum aliquibus ex subditis nostris illarum partium simul cum de gente nostra quam habemus deinde poterit melius et fortius offendi et stringi Sibinicum, ac dari guastum et vetari terre Sibinici una aqua, que est maximum suum refrigerium, et accipi recollectio sua, que erit causa faciendi cicius ipsos venire ad obedientiam nostram, si cito providebimus et faciemus ea, que leviter fieri poterunt. Et speratur per omnes, quod non differendo plus ad exequendum predicta, sine dubio prestissime habebimus nostram intentionem de Sibinico et subsequenter de Tragurio. Quibus consideratis et multo magis, quod pro nostro dominio non facit stare in istis dilationibus et longitudinibus temporis, considerata magna quantitate pecunie expensate usque nunc, et que expenditur et expenderetur, nisi fiat ista provisio de die in diem sine aliquo fructu necesse est providere. Vadit pars, quod in bona gratia debeat fieri dictum seraleum ad dictum locum sive pontam de la Madalena, et mittantur lignamina et alia necessaria. Et etiam debeat mitti unus userius cum illis equitibus, quos portare poterit, et erunt a L in LX, et una vel due banderie peditum de novo, quia aliud non est necessarium. Et capta presenti parte collegium debeat sollicitare, ordinare et mitti facere suprascripta ad illas partes, et providere et facere pro executione nostre intentionis predicte et contentorum in hac parte ea, que ipsi collegio videbuntur necessaria et opportuna. De parte 41, non 22, non sinceri 11.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV pag. 118, u mlet. arkivu.

XCIII. God. 1410. 31 svibnja, u Mletcih.

O novom malenom novcu od srebra kovanom za grad Zadar navlastito.

1411. 31 maii. Capta. Cum in civitate nostra Jadre et partibus illis currant et expendantur alie monete quam nostre, videlicet monete trium conditionum, videlicet moneta, quam cudit Crevoya et aliqui alii, videlicet grossos de bono argento valoris soldorum trium et minus, et expenduntur pro soldis quatuor; et soldini Hungarie, qui non valent denarios VIII, et expenduntur pro uno soldo; et frignachi, qui non tenent tres uncias argenti pro marcha, et etiam expenduntur pro uno soldo; et hoc modo moneta nostra, videlicet grossi nostri, qui valent quatuor soldos, et soldus noster exeunt de bursis nostris, et dantur venientibus Jadram et ad partes illas, qui ipsam monetam nostram inbursant, et dimittunt monetas suas, que sunt multo minoris valoris, cum tanto damno nostro; itaque bonum imo necessarium est providere, consideratis magnis expensis deinde, et quod in omni parte mundi quilibet dominus et quod-

libet dominium multam advertentiam et provisionem semper habet ad factum monetarum; vadit pars, quod possint et debeant cudi et fieri una moneta, que teneat tres uncias argenti pro marcha, et vadant XLII pro uncia, faciendo figuram sancti Marci apparati ab uno latere, et ab altero latere unum schutum altum, in quo sit nichil, ita quod erit ita modica differentia, quod considerato, quod de dictis fringnachis fiunt et cuduntur cum diversis stampis, dicta nostra moneta capiet subito cursum. Et mandetur rectoribus Jadre, quod teneant modum, quod expendatur dicta moneta, faciendo et ipsam recipi in solutione nostrorum introytum. Et ut fiat de ipso experientia, debeant cudi et fieri pro nunc de dictis frignachis usque ad ducatos mille, mittendo ad partem ad partem ad partes Jadre, sicut erunt facti; et secundum quod videbitur dictam monetam novam respondere utilitati nostre, poterit provideri per hoc consilium, prout bonum videbitur.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 118, u mletačkom arkivu.

XCIV. God. 1410. 1 lipnja, u Mletcih.

Dalje naputak za poslanike nalazeće se u Budimu.

1410. die primo iunii. Quod respondeatur oratoribus nostris, existentibus in partibus Hungarie, in hac forma.

Capta. Die ultimo mensis proxime elapsi recepimus literas vestras datas Ternavie XVIII. dicti mensis, et contenta in eis plenarie intelleximus, vestram prudenciam et solicitudinem merito commendantes. Et quia conclusio responsionis domini regis, ut scribitis, fuit, quod dicto domino regi et domino marchioni patruo suo et suis baronibus videbatur, quod volendo conservare amicitiam inter suam serenitatem et nostram dominationem, nos deberemus restituere ipsi domino regi terras, quas tenemus in Dalmatia, vel quod ostenderemus aliam viam, qua dicta amicicia posset conservari; vobis respondemus mandantes cum nostris consiliis rogatorum et additionis, quod debeatis dicere et respondere dicto domino regi, quod nobis scripsistis dictam suam responsionem vobis factam ad ea, que sue excellentie exposuistis nostri parte, et quod ad restitutionem terrarum, quas tenemus in Dalmatia, et super dispositione nostra habendi alias, que restant, vos ita dixistis et respondistis plenarie intentionem nostram, quod non est opus, quod aliquid plus replicetis vel dicatis superinde, quia perseveramus in eo, quod dixistis tanquam iuste et bene dictum. Sed ad ostendendum aliam viam, qua amicicia inter suam serenitatem et nos possit conservari, dicimus et respondemus, quod semper fuit, est et erit intentionis nostre nedum conservare sed augere dictam amiciciam, nec unquam deficiet pro parte nostra. Et non possumus credere, quod mens regia et totius regni sit vel esse possit alius intentionis quam similiter volendi conservare et augere amiciciam predictam. Et si placeret sue maiestati complacere nostro dominio secundum expositionem ambasiate per vos facte, hec est illa via, que nedum conservat hanc amiciciam, sed stringeret et obligaret ultra omnem mensuram semper cor et facultatem nostri dominii et omnium nostrorum civium et subditorum ad omnia comoda et beneplacita sue serenitatis et regni sui. Et

circa hoc etiam de novo instare debeatis cum illis hone[illegible] poteritis; et perseverante ipso domino rege in responsi[illegible] dicere debeatis, quod quia tenemus, quod in mente sua r[illegible] ad bonum concordium, sicut est in mente nostra, lib[illegible] ore suo regio, que via videretur ei bona ad hoc factum, ut [illegible] setis respondere de intencione nostra. Et facta etiam honesta ins[illegible] super hoc, tam si aperiet de intentione sua, quam si perseverabit in eo, quod dixit, debeatis procedere ad praticam, et aperire de intentione nostra secundum infrascripta mandata; videlicet: quod scimus, quod pro parvis serviciis factis ipsi domino regi per aliquos de regno suo et de extra regnum, ipse dominus rex donavit et concessit eis de terris et locis suis; et licet videatur nostre intentioni, que bene servivit ipsi domino regi et regno, et que ita iuridice potest tenere, petere et acquirere totam Dalmatiam causis et rationibus allegatis per vos; considerantes etiam serviciis, que in futurum fieri possent per nos ipsi domino regi et regno, quod maiestas sua et regnum deberent liberaliter complacere nobis, tamen in complacenciam sue maiestatis nos essemus contenti dare dicto domino regi omni anno aut unum equum album coopertum aut unum pannum aureum, in casu quo dictus dominus rex pro eo et successoribus suis et pro toto regno et corona Hungarie vocet se contentum, quod cum pleno et vero dominio habere et tenere possimus totam Dalmatiam, et quod Sibinicum et Tragurium veniant sub dominio et obedientia nostra et in potestate nostra, prout est civitas Jadre. Et promittat et mandet omnibus subditis regni et corone, quod nullam molestiam, damnum vel guerram inferrant nostris terris et locis Dalmatie, et insimul vivant amicabiliter et fraterne. Et absolvat et liberet nos perpetuo a qualibet solutione annuali, et ab omni et toto eo, quod et que sua maiestas, successores, regnum et corona Hungarie pretendunt et pretendere possent a nobis habere debere pro tempore preterito, presenti et futuro quocunque modo, causa, via, iure et forma. Et renuncient omni iuri, quod habent vel pretenderent habere causis suprascriptis, vel aliqua earum. Et ut per hunc modum melius possitis obtinere nostram intentionem, damus vobis libertatem, quod possitis promittere illis personis, que vobis videbuntur posse esse propicie et causa obtinendi suprascriptam nostram intentionem usque ad ducatos quinque millia, solvendos post conclusionem concordii. Et si per hunc modum poteritis obtinere nostram intentionem, concludere debeatis in bona gratia. Quando vero, facta omni experientia possibili secundum libertatem vobis de novo datam, non possetis venire ad conclusionem concordii, sumus contenti, quod volente ipso domino rege pro eo et successoribus suis, regno, et corona Hungarie confirmare nostre dominationi dominium totius Dalmatie, et vocare se contentos, quod cum pleno et vero dominio habere et tenere possimus totam Dalmatiam, et mandare Tragurinis et Sibenizanis, quod se submittant nostro dominio, et veniant ad obedientiam et in potestate nostra, et mandare omnibus subditis regni et corone, quod nullam molestiam, damnum vel guerram inferrant nostris terris et locis Dalmatie, et insimul vivant amicabiliter et fraterne, ac etiam dari et assignari nobis facere castrum Tenini cum iuribus suis, et absolvere et liberare nos perpeteo a qualibet solutione annuali, et ab omni et toto eo, quod et que sua maiestas, suc-

libessores, regnum et corona Hungarie pretendunt et pretendere possent pa nobis habere debere pro tempore preterito, preseuti et futuro quocunque modo, causa, iure, via et forma, et renuncient omni iuri, quod habent et pretenderent habere causis suprascriptis vel aliqua earum, possitis apud suprascriptam honorificentiam sue serenitati promittere usque ad quantitatem ducatorum quinquaginta millium in sexaginta millium, condescendendo ad partem ad partem pro faciendo pro minori quantitate, si fieri posset, solvendorum in quam pluribus terminis et annis obtinere possitis, sed non in paucioribus annis quinque. Et ut faciatis nostre intentioni propicios de illis, qui possunt inducere regem ad voluntatem nostram, damus vobis libertatem etiam in hoc casu promittendi illis, qui vobis videbuntur, usque ad quantitatem ducatorum quinque millium solvendorum, si concordium sequetur, et post concordium secutum. Et si non videretur vobis promittere aliquid alicui, vel illis talibus promitteretis minorem quantitatem, sumus contenti, quod de tanta pluri quantitate pecunie habeatis libertatem promittendi dicto domino regi ultra suprascriptam quantitatem ducatorum L in LX millia, si aliter facere non possetis pro obtinendo conclusionem et expeditionem concordii. Et si per aliquem suprascriptorum modorum, de quibus vobis nunc damus novam libertatem, positis obtinere nostram intentionem, debeatis concludere in bona gratia, faciendo fieri super inde literas et instrumenta autentica in sufficienti forma cum bulla regia per modum, quod dictus rex et successores et regnum et corona promittant, concedant, confirment et sint obligati ad conservandum promissiones et concessiones et confirmationes, in quibus eritis in concordio. Et ut vos etiam possitis nostro nomine promittere et facere ea, que erunt opportuna, mittimus vobis sindicatum nostrum in plena et sufficienti forma. Verum si videretis, quod promissio dandi nobis castrum Tenini, super qua obtinenda faciatis omnem honestam experientiam, considerato, quantum esset nobis utile, esset causa devastandi conclusionem concordii, damus vobis libertatem possendi concludere concordium sine dicta promissione Tenini. Si vero etiam sine dicta promissione Tenini non possetis devenire ad concordium per aliquam ex libertatibus suprascriptis vobis datis, debeatis trahere de intentione regia super hac materia quantum plus poteritis, et omnia nobis scribere particulariter et distincte, et expectare nostrum mandatum.

Insuper non obstante, quod vobis superius demus expressum ordinem incipiendo primum a promissorie honorificencie equi vel panni aurei, et postea veniendi ad promissionem pecunie apud dictam honorificenciam, confidentes plenarie de sapientiis vestris, damus vobis libertatem, consideratis his, que potuissent esse innovata vel sentita per vos interim deinde et innovari possent post receptionem huius mandati, quod possitis incipere a promissione pecunie sive promissione honorificentie vel a promissione honorificencie sine promissione pecunie, ut dictum est, prout vobis melius videbitur, et etiam dicendi de facto Tenini, quando videbitur vobis, dictum factum Tenini melius cadere ad propositum. Et non possendo aliter facere, condescendatis ad promissionem honorificencie et pecunie simul, secundum quod superius vobis commisimus.

Preterea pro declaratione vestra, si dominus rex esset in aliquo loco distante a Budua, ad quem non possetis ire cum habilitate et se-

curitate personarum vestrarum, debeatis facere sue maiestati notum per vestras literas, quod habuistis responsionem a nostro dominio, et expectare, quod ipse dominus rex veniat in locum, ad quem cum habilitate et securitate vestra possitis ire et loqui et praticare suprascripta cum dicto domino rege. Et interim tamen de die in diem informare nos debeatis de omnibus ordinate. De parte 55, 77.

Quia heri per unum navigium applicatum Venetias, quod fuit Jadre, sentitum est, quod provisor noster Sibinici miserat unam galeam Jadram, et quod subito regimen Jadre expediverat unam barcham, cum qua veniebat Laurentius Rosso, et quod per illos de dicta galea dicebatur, quod provisor noster Sibinici fuerat ad colloquium cum illis de Sibinico, et erat pro essendo in concordio cum eis, et quod dicta barcha propter hoc tempus intraverat in venutam; et considerato, quante importantie est hec responsio, que fieri debet nostris oratoribus Hungarie, bonum ymo necessarium sit ire cum oculis apertis et maturo et avisato pensamento, et non dare vocem de nostra intentione, nisi tempore congruo; vadit pars, quod differatur ad deliberandum hanc responsionem, donec applicuerit barcha predicta, que sine fallo hodie vel cras ad longius hic erit. De parte 18.

Ser Marcus Dandulo sapiens consilii. Quod respondeatur oratoribus nostris existentibus in partibus Hungarie in hac forma:

Recepimus ultimo mensis maii proxime elapsi literas vestras datas XVIII dicti mensis in Ternavia, continentes et declarantes nobis ordinate praticata per vos cum ipso domino rege et illis de suo consilio, et responsiones vobis datas per ipsum dominum regem, ad que vestram sapientiam et sollicitudinem commendantes cum nostris consiliis rogatorum et additionis respondemus, quod nobis videtur, si hoc concordium tractaretur et concluderetur in Venetiis, quod redundaret in non parvum honorem nostrum et possemus melius avantagiare nos. Et propterea considerato, quod dominus rex vobis dixit, quod volebat mittere Venetias vobiscum suos nuncios cum pleno mandato informatos ad plenum de sua intentione, vobis mandamus, quatenus debeatis comparere ad presentiam dicti domini regis, et sue maiestati exponere, quod scripsistis et informastis nos de responsionibus sue maiestatis. Et quia nostro dominio videtur, quod sua serenitas esset contenta mittere Venetias vobiscum suos nuntios cum pleno mandato, informatos ad plenum de sua intentione, ut tractetur et concludatur ad presentiam nostram hoc concordium, respondemus, quod sumus et remanemus contenti de eo, quod placet sue serenitati, et quod ei placeat, ut dixit, vobiscum mittere dictos suos nuncios cum pleno mandato et plena informatione sue intentionis, quia inveniet nostrum dominium paratum ad ea, que sint convenientia et racionabilia et cum honore suo et nostro, ut hoc concordium sequatur. Et quia sumus certi, consideratis responsionibus factis vobis per dictum dominum regem, quod ipse erit contentus mittere suos nuncios Venecias, ut dictum est, solicitare debeatis expeditionem dictorum suorum nunciorum, et simul cum eis, accepso amicabili commeatu, Venetias revertamini de omnibus plenarie informati, et sine dictis oratoribus regiis inde recedere non debeatis. Et si rex esset in loco aliquo distante a Buda, ad quem ire non possetis cum habilitate et securitate vestra, debeatis scribere et

instari facere apud ipsum dominum regem, quod mittat Venetias vobiscum dictos suos nuncios cum pleno mandato, quia hoc plus placeret nostro dominio, et non dubitamus, quod hoc faciet consideratis responsionibus factis. Tamen si ipse dominus rex non contentaretur eos mittere, debeant dicti nostri oratores intrare, facere et exequi, prout continetur in parte ser Nicolai Victuri et aliorum suorum sociorum. De parte 13.

Ser Petrus Trivisano sapiens ordinum. Vult partem ser Nicolai Victuri et sociorum cum ista conclusione:

Quod observatis et tentis illis primis modis et dictis illis primis verbis contentis in dicta parte per ambasiatores nostros, per ipsos debeat deveniri ad partem ad partem per illos sapientissimos modos, qui eis meliores videbuntur, et quos prudentissime scient facere, ascendendo usque ad quantitatem ducatorum L milium vel LX milium, ut continetur in parte sapientum. Verum si facta omni possibili experientia, non possent ambasciatores concludere cum ipsa summa, vadant postea, ut est dictum, ad partem ad partem, ut eis melius videbitur, usque ad summam ducatorum C milium conclusive, et non possendo transire illam summam ullo modo, cum his pactis et terminis, videlicet quod promittatur dicto domino regi a ducatis XXV milium in XXX milium usque ad mensem ianuarii proximi, et ab inde ultra residuum illius quantitatis, ad quam deveniretur et concluderetur per nostros ambasiatores in terminis quinque annorum, videlicet quolibet anno quintam partem, usque ad integram satisfactionem summe et quantitatis convente, cum conditionibus et pactis contentis in alia parte. Quod dictus dominus rex renunciet omnibus iuribus et actionibus spectantibus et pertinentibus quoquomodo, iure, titulo de civitatibus, terris, castris et locis omnibus Dalmatie et omnibus aliis, ut continetur in parte sapientum, procurando in suprascriptis tamen avantagiare comune nostrum tam de diminutione pecunie suprascripte solvende, quam in longitudine temporis et termini, quantum plus facere poterunt pro bono nostri dominii et agendorum predictorum. Et quia in similibus agendis multociens reges et domini mundi ponunt confidenciam et libertatem suam in baronibus et aliis de consilio suo, detur libertas prefatis ambasiatoribus nostris, quatenus pro possendo obtinere intentionem nostram possint, si sibi videbitur, promittere illis baronibus et nobilibus a IIII mille ducatis usque VIII mille concluso facto et data executione omnibus agendis, ut amplius se offerant et disponant ad executionem nostre voluntatis predicte. De parte 24, 32; non 0, non sinceri 4, 18.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 119, u mlet. arkivu.

XCV. God. 1410. 12 lipnja, u Mletcih.

Odpravlja se poslanik kneza Nikite u Albaniji bez odgovora.

Capta. Cum fuerit iam diu hic in Venetiis unus ambassiator comitis Nichete, qui presentavit multa capitula, et super predictis habuerimus informationem a nostro comite et capitaneo Scutari per eius litteras; et pro omni bono respectu utile sit differe ad dandum responsum ad dicta capitula, sitque et bonum non retinere amplius ipsum oratorem

hic; vadit pars, quod dicatur ipsi ambaxiatori, quod sumus de proximo missuri novum rectorem Scutarum et Durachium, per quos seu alterutrum eorum seu per nostras litteras sibi faciemus respondere ad requisita per eum. Et propterea potest recedere ad libitum suum; et cum predictis et similibus verbis expediatur.

Misti XLVIII. 150, u mlet. arkivu.

XCVI. God. 1410. 12 lipnja, u Mletcih.

Potvrdjuju se Pažanom njeke slobodštine.

1410. die XII iunii. Capta. Cum comunitas nostra Pagi per suos ambaxiatores nobis fecerit humiliter supplicari, ut dignaremur statuta et consuetudines antiquas, quas hactenus habuerunt, dum alias dominabamur terre et insule predicte, gratiose confirmare, que consuetudines inter cetera sunt, quod vellint duos consiliarios, qui starent cum comite nostro ad reddendum ius certis diebus, ut in statuto predicto continetur. Item vellent eligere duos procuratores comunis. Item duos iudices examinarios instrumentorum. Item duos tribunos. Item duos sacramentales. Item tres iusticiarios. Item quatuor advocatores curie. Item duos extimatores. De quibus quidem officialibus comune nostrum tamen nullam expensam pateretur. Et vir nobilis ser Jacobus Caucho, comes noster Pagi, scripserit, quod dictas consuetudines, illas videlicet, que sibi videntur bone et cum honore nostro, conservat et conservabit in futurum. Sed tamen dicti oratores de speciali gratia petant a nobis dictam confirmationem; vadit pars, quod concedatur dicte comunitati, quod possit de cetero de sex mensibus in sex menses eligere dictos duos consiliarios per modum solitum, qui stare debeant cum comite nostro Pagi, et simul cum eo habeant libertatem terminandi, diffiniendi et sententiandi super causis, litibus et questionibus civilibus coram eis vertentibus, prout dicto comiti et ipsis duobus, ut est dictum, iustum et debitum apparebit secundum deum, ius et iusticiam ac honorem nostri dominii. Si vero super litibus et questionibus predictis ipsi duo consiliarii forent unius opinionis, et comes noster alie opinionis, ipse comes solus super ipsis litibus et questionibus terminare, sententiare et diffinire debeat prout eidem secundum suam conscientiam apparebit, sicut ordinavimus observari in Jadra, et secundum quod per ipsum fuerit terminatum, debeat observari. Alios autem iudices et officiales ut supra eligere possint, prout eliguntur in Jadra in numero et secundum ordinem et libertatem sibi traditam per statutum predictum, dummodo comune nostrum de huius modi iudicibus et officialibus nullam expensam recipiant quoquo modo. Qui quidem iudices et officiales habeant cognoscere et sententiare solummodo in questionibus et causis a soldis quadraginta infra. In criminalibus autem dicti duo consiliarii se aliqualiter non valeant neque debeant impedire, sed remaneat comiti nostro, prout est ad presens. Circa vero confirmationem consuetudinum et statutorum scribatur et mandetur dicto comiti nostro Pagi et successoribus suis, quod de cetero dictas consuetudines et statuta dicti comunis Pagi, illas videlicet, que cognoverit et videbit esse

bonas, honestas et rationabiles et cum honore nostri dominii ac sine detrimento vel diminutione aliqua datiorum et intratarum nostrarum, prout ipse comes scripsit se observaturum, debeat observare et facere observari; intelligendo in omni casu, quod comune nostrum propter tales consiliarios et offitiales ac iudices eligendos non patiatur aliquam expensam ullo modo.

Predicti vero iudices et officiales eligi debeant cum ista conditione, prout eliguntur in Jadra, quod omnes volentes se appellare de sententiis, terminationibus vel aliis actibus factis per dictos iudices et officiales, possint appellare ad comitem nostrum Pagi et duos consiliarios predictos. Et si ipse comes cum predictis consiliariis erunt concordes in laudando, vel annullando dictas sententias, terminationes vel alios actus factos per iudices et offitiales predictos, benequidem, et tunc fiat executio, sicut per eos fuerit terminatum. Si vero comes et ipsi consiliarii essent discordes, tunc comes solus faciat et terminet in dictis appellationibus, sicut sibi videbitur fore iustum. Et sicut terminabit, ita executioni mittatur. Verum si, reputantes se gravatos de terminationibus, quas comes et consiliarii facerent, vel comes solus in laudando vel annullando dictas sententias, terminationes vel alios actus, voluerint appellare, possint se appellare Venetias ad auditores nostros sententiarum, et comes teneatur dictis appellationibus respondere; reservata insuper libertate quibuscunque fidelibus nostris deinde possendi se appellare ad dictos auditores in Venetiis de omnibus sententiis et terminationibus per dictum comitem et suos consiliarios seu per ipsum solum factis.

Ceterum quia ultra predicta requisiverunt, ut velimus determinare de possessionibus illorum Pagensium, qui per Jadrenses fuerunt expulsi, tam venditis quam donatis seu occupatis per comune Jadre seu per ipsos Jadrenses, ut ipsi Pagenses possint dictas possessiones usufructuare ut eorum bona, super quibus informati fuimus per ipsum nostrum comitem Pagi, quod omnes reversi, qui fuerant expulsi, intrati sunt, et habuerunt possessiones suas, que per aliquem non fuerant occupate, sed ipse comes non vult redditus ipsarum exigere, donec a nobis superinde fuerit terminatum; ad hoc respondeatur, quod sumus contenti, quod predicti, qui reversi sunt et intrati in dictis possessionibus, exceptis illis, qui fuissent expulsi pro homicidio, furto, robaria, assasinaria et similibus atrocibus delictis, secundum quod in privilegio per nos alias dictis Pagensibus concesso distincte continetur, libere habeant possessiones suas, illasque possideant ac reditibus gaudeant, prout soliti erant habere et gaudere ante expulsionem predictam. Et sic mandetur dicto comiti Pagi, quod debeat observare.

Ad factum autem possessionum venditarum per ipsos Jadrenses, respondeatur, quod scribemus et mandabimus rectoribus nostris Jadre, quod debeant subtiliter querere et investigare de huiusmodi possessionibus, utrum pretium illarum realiter et effectualiter fuerit persolutum vel non, secundum quod in instrumentis et cartis venditionum continetur. Et illis, pro quibus precium clare invenerint fuisse solutum, libere dimittatur emptoribus predictis, prout est debitum atque iustum; et de illis, pro quibus pretium clare invenerint non fuisse solutum, faciant ius ipsis nostris fidelibus de Pago contra predictos occupantes, non facta

debita solutione, restituendo ipsis dictas possessiones, ut est iustum, exceptando tamen a presenti nostra concessione homicidiarios, latrones et alios, ut est dictum. Et sic mandetur nostris rectoribus Jadre, quod debeant observare. Et predicta et quodlibet predictorum duret ad voluntatem et beneplacitum nostri dominii. De parte 66, de non 6, non sinceri 0.

Misti. XXXXVIII. 156. u mlet. arkivu.

XCVII. God. 1410. 15 srpnja, u Mletcih.

O kradjah i nemirih, koji su se često dogadjali izmjenice medju Rabljani i Osorani.

1410. die 15 iulii. Capta. Quia rectores nostri insularum nostrarum Arbi ac Chersi et Abseri per suas litteras nobis scribunt, quod subditi nostri dictorum locorum temporibus retroactis usque in presentem diem multa damna sibi invicem intulerunt et quotidie inferunt in bestiaminibus suis, qui stant in pascuis super insulis antedictis, et hoc procedit, ut scribunt, quia per quasdam conventiones, quas invicem habent dicti tales malefactores sive predones personali pena non puniuntur, sed solum, si haberi possunt, in pecuniis condemnantur, ex quo crescentibus inconveniencis dicti nostri rectores et communitates insularum nostrarum predictarum concordicter dictas conventiones et ordines reformarunt in tantum, quod si de cetero aliquis de dictis insulis commiserit furtum in aliqua insularum predictarum, quod ascendat ad valorem librarum quinquaginta parvorum vel inde supra, si capi poterit vel haberi, suspendatur per gulam, et a libris XXV infra puniatur secundum discretionem rectoris, in cuius regimen captus fuerit, considerata qualitate et conditione delicti. Quam deliberationem, reformationem et ordinem petunt per nostrum dominium confirmari, quoniam aliter non observabitur. Et propterea ut detur materia, quod omnes a talibus furtis et enormitatibus se abstineant; vadit pars, quod dictus ordo, statutum et reformacio auctoritate nostra et huius nostri consilii confirmetur, et sic scribatur nostris rectoribus antedictis.

Item quia fideles nostri predictarum insularum Chersi et Abseri per suum nuncium fecerunt nostro dominio supplicari, quod dignemur de gratia concedere, quod omnes banniti ipsarum insularum temporibus retroactis, antequam dominatio nostra haberet dominium dictarum insularum, possint repatriare etc.; vadit pars, postquam dicti nostri fideles de hoc contentantur, quod complaceatur eis hoc modo: quod omnes banniti et forinsiti dictarum insularum temporibus retroactis, videlicet antequam haberemus dominium dictarum insularum, exceptis illis, qui essent extra pro homicidio, furto, robaria, assassinaria et aliis similibus atrocibus delictis, possint libere repatriare, habentibus tamen illis pacem cum adversariis suis. De parte 74, de non 3, non sinceri 3.

Misti. Vol. 48. p. 164 tergo, u mletačkom arkivu.

XCVIII. God. 1410. 18 srpnja, u Mletcih.

Mletčani nepristaju na molbu Zadrana, neka se na spomen dan preuzeća Zadra drže dva trkališta.

1410. die XVIII iulii. Quia rectores nostri Jadre ad requisitionem fidelium nostrorum civium Jadre ad ostendendum suam amplissimam fidem per suas litteras nostrum dominium induxerunt, quod in die, quo conquisivimus dictam civitatem Jadre, celebretur certa festivitas, et curratur ad bravium iuxta morem solitum fieri ibidem, sicut late in suis literis continetur. Significantes, quod mos erat fieri duo bravia, ambo valoris ducatorum XXV; vadit pars, quod iuxta requisitionem suam in benedictione domini die, quo ipsam civitatem Jadre nostrum dominium adquisivit, fiant dicta bravia, et celebretur solemnitas, sicut nostri rectores iidem nobis per suas literas intimarunt. Que quidem bravia ne dicti nostri fideles contributione talium sumptuum pergraventur, fiant ad expensas nostri comunis, sicut scribunt et sicut nostris rectoribus pro honore nostro melius videbitur convenire. Avisando rectores nostros, quod habeant bonam considerationem et advertentiam, quod dictum festum celebretur et fiat cum securitate et conservatione honoris et status nostri in Jadra, ita quod sinistrum aliquod evenire non possit respectu multitudinis gentium, que ad dictum festum et celebrationem concurrent. Non fuit capta.

Misti XXXXVIII. 168, u mlet. arkivu.

XCIX. God. 1410. 26 srpnja, u Mletcih.

O danjku, što su Mletčani imali izplatiti Musi za Albaniju.

Ser Francisco Michael, baiulo in Constantinopoli, scribatur in hac forma. Capta in collegio.

Fecimus vobis assignare ducatos mille nonaginta unum, grossos decem et partes tres decime ad aurum pro resto et complemento annualis solutionis promisse . . . Musulman Zalapi pro terris Albanie, pro Patrasso et pro Nepanto.

Et propterea cum applicueritis in Constantinopolim, debeatis esse cum precessore vestro et aliis mercatoribus nostris de inde, qui vobis videbuntur, et informare vos veridice de statu Musulman Zalapi. Et in casu quo Musulman Zalapi habeat dominium Grecie, vel sit in statu, quod videatur vobis, quod sit recuperaturus statum suum Grecie, debeatis notificare per vestras litteras dicto Musulman Zalapi, quod habetis et estis paratus nostro nomine facere et dare sue excellentie residuum et complementum solutionum presentis anni alias ei promissarum pro factis Albanie, Patrassi et Nepanti, et avisare suam magnificentiam nostri parte, quod sumus certi ipsum habere memorie, quod sua excellentia promisit facere Balsam Strazimiri et matrem observare nobis pacem, et non damnificare territoria nostra. Et propterea cum sue excellentie observemus promissa per nos dicta de causa, ita iustum est et sic requirimus et rogamus eum, quod observetur et observari faciant similiter ea, que nobis

promisit; et hoc dicimus, quia Balsa et mater non observaverunt nobis pacem, ymo damnificaverunt et damnificant nobis territoria nostra; concludendo, quod placeat ordinare, cui velit per nos assignari pecuniam antedictam; et illi, cui ordinaverit, ipsam assignare debeatis. Et quod sibi etiam placeat mandare et scribere Balse, matri et capitaneis suis existentibus in partibus illis per modum, quod amplius non damnificent territorium et loca nostra, et quod nobis emendentur et reficiantur nobis damna illata. In casu vero, quo reperiretis, quod Musulman Zalapi non esset dominus Grecie, vel esset in statu, quo non videretur vobis, ipsum esse recuperaturum dominium Grecie, non debeatis scribere sibi aliquid, sed retineatis pecuniam suprascriptam apud vos, et nos avisetis de statu dicti Musulman Zalapi et fratruum et de omnibus aliis novis et conditionibus illarum partium.

Secreta consilii rogatorum IV. 129, u mlet. arkivu.

C. God. 1410. 2 kolovoza, u Mletcih.

Odgovor papi na razne predmete.

Ser Nicolaus Mudazzo, ser Franciscus Cornario, ser Antonius Contareno, sapientes consilii. Quod respondeatur domino pape in hac forma per personam prudentem illam, que videbitur collegio.

Capta. Pater beatissime. Michi meeque comunitati vestris devotissimis filiis oratores nostri amplissime retulerunt, cum quanta clementia et liberalitate sanctitas vestra eos vidit, recepit, honoravit et exaudivit supplicationes nostras, et cum quanta caritate super multis secum contulistis, presertimque super factis Foroiulii et Hungarie, ex quibus cognoscentes intrinsecam dilectionem, qua nos vestra beatitudo prosequitur, si dignas grates exsolvere non valemus, agimus tamen humiliter et reverenter, quas possumus, altissimum exhorantes suppliciter, ut vestram personam conservat et dirigat, felicesque sibi successus accumulet, quibus fides catholica et ecclesia sua sancta sub vestrorum beatitudine temporum optata possit tranquillitate gaudere et honoribus ac incrementis continuis exaltari. Et quia collatam per vestram sanctitatem cum dictis nostris oratoribus responsiones postulant et requirunt, vestre beatitudini cum devota reverencia dicimus, quod summa sapientia vestram optimam deliberationem fecit in volendo mittere ad patriam Foroiulii suum oratorem ad reducendum totam patriam intentioni nostre de habendo novum patriarcham italicum; et ut hec deliberatio vestra melius sortiri possit effectum, sumus contenti et parati iuxta requisitionem vestre sanctitatis mittere nostrum oratorem etiam ad patriam predictam, ut simul cum ambaxiatore vestro apostolico exequatur mandata vestra, nec dubitandum est, ut vestra sanctitas declaravit dictis nostris oratoribus, quod quies et securitas Foroiulii consistit in creatione novi patriarche italici, qui sit creatura vestre beatitudinis et patrie gratus et dilectus nobis, quem tale et non aliter vestra clementia sui benignitate asseruit nostris oratoribus predictis facere fore dispositus. Hec certe est manifesta experientia vere dilectionis apostolice sedis nedum erga dictam patriam sed etiam versus

complacentiam nostram et bonum status nostri, tam ratione et causa suprascriptis, quam etiam multo magis ob informationem nobis datam de his, que dixit ambasiator serenissimi domini regis Hungarie super differentiis, in quibus sumus cum dicto domino rege Hungarie.

Capta. Ad quam secundam partem respondemus cum devota reverentia, quod expresse cognossimus, quod zelus caritative dilectionis, quam beatitudo vestra nobis gerit principaliter, vovet ad hoc vestram sanctitatem, et habemus et tenemus a certo, quod vestra clementia in dicta materia et in omnibus, que tangerent vel tangere possent honorem et statum nostrum, semper diceret, operaret et faceret, sicut pro suo statu proprio et sancte matris ecclesie. Et si unquam disponeremus habere interpositionem in hiis differentiis, sit certissima vestra sanctitas, quod potius confideremus de interpositione vestra quam alicuius alterius. Sed quia sunt in partibus Hungarie nostri oratores, qui sunt in practica et tractatu concordii, finem et exitum cuius tractatus pro honore nostro videre nos oportet, pro presenti non videmus in alio esse necesse operari super hac materia suam sanctitamem, nisi quod humiliter supplicamus sue beatitudini, quatenus dignetur, si dictus orator domini regis Hungarie aliquid dicit, quod tangat vel pertineat ad differencias, quas habemus cum ipso domino rege Hungarie in responsionibus, quas vestra sanctitas ei faciet habere, sicut firmissime credimus, honorem et iura nostra recommissa. Et si videbitur sue beatitudini cum honore suo posse informare nos de his, que ipse orator regius dixerit et responderit in predictis, hoc habebimus ad complacentiam singularem, ut providere possimus ac deliberare ea, que videntur nobis bona pro statu nostro et opportuna materie predicte.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV pag. 130, u mletačkom arkivu.

CI. God. 1410. 8 kolovoza, u Mletcih.

Odgovara se na njeke prošnje Vuka pokojnoga Lazara.

1410. 8 augusti. Quod isti ambasciatori magnifici domini Volchi, filii quondam comitis Lazari domini Raxie respondeatur in hac forma ad capitula nobis porrecta, ut inferius continetur.

Et primo ad primam partem, per quam ipse dominus Volchus se recomendat nostro dominio, et supplicat acceptari pro nobile cive civitatis nostre Venetiarum, offerendo se et statum suum et terras ad honores nostros etc.; respondeatur, quod semper dileximus quondam genitorem suum sincero corde, et sic amamus et intendimus amare ipsum magnificum dominum Volchum, et habere et tenere pro bono filio et amico nostro carissimo, et statum suum habere intime recomissum. Super facto vero nobilitatis civitatis Venetiarum opus est, ut provideamus cum nostris consiliis ordinatis terre, sicut semper est solitum observari.

Ad secundam partem, per quam petit, ut dignemur facere fieri sibi unam litteram patentem, per quam mandetur omnibus nostris rectoribus, potestatibus et capitaneis, quatenus habere possit receptum cum arnesiis et bonis suis, ut factum fuit suis attinentibus; respondeatur, quod

amantes ipsum magnificum dominum et proponentes in mente nostra illam fiduciam firmam de ipso, quam faceremus de filio et bono amico, sumus contenti, et sic ordinabimus et comittemus omnibus nostris rectoribus partium de inde, quatenus debeant receptare, videre et honorare personam suam et suos cum suis bonis et havere dulciter et caritative sicut proprios et cariores cives nostros, et sicut magnificentiam suam decet cum illa comitiva, que sit securitatis locorum nostrorum. Et ex nunc captum sit, quod sic debeat scribi rectoribus nostris, mandando cuilibet ipsorum, quatenus quando dictus dominus Volcho vellet venire vel mittere cum bonis et havere suo ad terras nostras, debeant eos receptare, videre et honorare, ut dictum est; habendo tamen in omni casu advertentiam ad quantitatem et numerum personarum exeuntium secum non excessivam, et ad securitatem, tutelam et conservationem terrarum et fortilitiorum nostrornm et locorum sibi comissorum, ut propter hanc concessionem nostram aliquid sinistri nec in detrimentum status nostri posset occurrere ullo modo.

Ad terciam partem, per quam dicit, sibi fuisse comissum per dominum suum Mussulman Zalapi, ut deberet mittere ad nos, quatenus nobis placeret destinare galeas nostras in suum subsidium, ut posset transire de Turchia in Greciam, dicendo, quod amat nostrum dominium super omnibus aliis dominationibus etc.; respondeatur, quod, sicut ipse dominus Mussolman clare novit, semper dileximus ipsum et statum prosperum suum, et hoc pluries apparuit operum per effectum, quia semper fuimus in amore et bona pace simul. Et est verum, quod iam ipse transivit in Greciam, propter quod non est opus auxilio, quod requirebat, sed bene debet esse certissimus, quod in omnibus, que cederent ad honorem, exaltationem et augmentum suum, semper essemus parati et dispositi, sicut pro honorabili et caro amico nostro, et providissemus et provideremus, sicut videretur nobis conveniens et opportunum.

Ad quartam partem, per quam rogat et supplicat, ut dignemur velle summere ad gratiam dominam Elenam et filium Balsam, et habere illos pro recomendatis et servitoribus, et providere, ut possint vivere cum honore sub dominio nostro etc.; respondeatur, quod, ut notorium est toti mundo, semper progenitores nostri a natura et nostrum dominium similiter deum et humanitatem colentes, fuerunt benigni et latissimi ad parcendum omnibus recognitoribus culpe sue, et postposuerunt et obliti sunt omnes iniurias et offensas, sicut apparet operum per effectum. Nam totiens domina Elena et filius fecerunt latas promissiones, et evidenter deffecerunt fide sua, et nihil de promissis obtinuerunt; et nunc de novo curri fecerunt territorium nostrum, et damnificaverunt subditos et fideles nostros dictarum partium. Actamen adhuc in complacentiam magnificentie sue sumus parati sibi parcere, ita quod, si placet magnifico domino Volcho predicto velle mittere ambassiatores suos super hec materia, et similiter per ipsos Balsam et matrem ad nostrum dominium cum illis requisitionibus et modis, qui sunt iusti et rationabiles et honesti, tunc providebimus et erimus contenti facere de rebus, que sint secundum deum et honorem nostri dominii, et de quibus ipsi poterunt merito contentari, dummodo dispositio sua sit observandi id, quod effectualiter promittet nostro dominio; cum conditione, quod utraque pars

interim debeat se abstinere de inde ab offensis omnibus et damnis inferendis, quousque ambaxiatores redierint, et quod videbitur, quid debebit sequi in facto predicto; super quibus rectores nostri, quibus scribi debeat, debeant nos presto de omnibus informare.

Misti XLVIII. 172, u mlet. arkivu.

CII. God. 1410. 10 kolovoza, u Mletcih.

Vuk sin kneza Lazara imenovan mletačkim plemićem.

1410. indictione III, 10 agusti. Privilegium magnifici et potentis domini Volcho comitis Sclavonie etc. Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris presens privilegium inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis excellentia in liberalitatis operibus solita celeberrime conversari, tanto amplius personas magnificas et dignitatis honore conspicuas prevenire studet honoribus et dotalibus favoribus ampliare, quanto ducatui nostro devotiores fide et operibus se ostendunt. Unde cum magnificus et potens dominus Volcho, filius quondam magnifici et potenti domini Lazari, comes Sclavonie etc. semper fuerit et sit dilectissimus et perfectissimus amicus nostri dominii, sicut per laudabiles et notabiles effectus ostendit, notum fieri volumus unicuique, quod omni iuris consiliorum et ordinamentorum nostrorum necessaria solemnitate servata, prefatum magnificum et potentem dominum Volcho cum eius filiis et heredibus ad numerum et de numero nobilium nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et de nostro maiori consilio fecimus et facimus, et de nobilibus de nostro maiori consilio in Venetiis et extra ubilibet esse volumus et tractari, ipsum sincere dilectionis et benevolentie brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod eisdem libertatibus, beneficiis, honoribus et immunitatibus, quibus alii cives et nobiles nostri de nostro maiori consilio gaudent, prefatus magnificus et potens dominus Volcho et sui filii et heredes in Venetiis et extra ubique plenissime gaudeant et utantur. Nobis quoque prefatus magnificus et potens dominus Volcho per suum legitimum procuratorem ad sancta dei evangelia fidelitatis debitum prestitit iuramentum. In quorum omnium testimonium et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri iussimus, et bulla nostra plumbea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo decimo, mensis augusti die decimo, tercie indictionis.

Providus vir Marinus de Stefano de Ragusio, nuncius et procurator predicti magnifici domini Volcho, iuravit in manum dicti sui domini.

Liber privilegiorum. I. 165, u mlet. arkivu.

CIII. God. 1410. 22 kolovoza, u Mletcih.

Obdaren njeki Zadranin, što se je junački borio proti Šibeniku.

1410. die 22 augusti. Capta. Cum habeatur clarissime per experientiam manifestam de fidelitate et probitate nobilis viri Thomasii de Pe-

trizo civis nostri Jadrensis, quem constituimus supracomitum galeote nostre armate in Jadra contra Sibinichum, cum qua se gessit mirabiliter ad honorem et bonum statum nostri dominii, nullis parcendo periculis vel expensis, et sit honor nostri dominii et augmentatio sue fidelitatis ostendere erga eum signum benignitatis et gratie; vadit pars, quod debeat donari eidem Thomasio ad valorem ducatorum viginti in illis rebus, que dominio videbuntur.

Misti. Vol. 48. p. 172 tergo, u mlet. arkivu.

CIV. God. 1410. 28 kolovoza u Mletcih.

Daje se nalog knezu skadarskomu, neka Dubrovčanom povrati srebro, koje jim je uzapčio.

1410. die 28 augusti. Dominus dux, ser Rombertus Quirino, ser Franciscus Cornario sapientes consilii. Capta. Cum noviter ad presentiam nostri dominii comparuerint certi mercatores et cives Ragusei nomine communitatis sue et cum litteris suis directis nostro dominio exponentes, quod dum nonnulli cives et mercatores sui descendentibus de partibus Servie et Sclavonie propter guerras et novitates Turchorum et inde fugientes cum familiis suis et havere, inter quod est nonnulla quantitas argenti, pro veniendo per viam Scutari usque ad terminos Dulcigni, et, ut asserunt, acciperent a domina Elena matre Balse unum hominem, qui eos sotiaret usque Dulcignum pro securitate itineris et pro evitando pericula, dum predicti Ragusei intrassent civitatem pro solvendo datia et gabellas ducentes secum pure et simpliciter hominem datum pro sua sotietate, scito per rectorem nostrum Scutari de homine predicto, idem retinuit argentum totum et similiter hominem illum acceptum a domina Helena. Cumque regimem predictum Ragusii et mercatores et cives hic existentes excusent innocentiam suam, allegando, hoc fecisse pure et sine ulla mala intentione, et supplicando de gratia nostre dominationi, quam semper invenerunt misericordem et benignam, et bonum et honor nostri dominii sit ostendere liberalitatem nostram et optimam dispositionem, quam habemus ad illam communitatem multis respectibus; vadit pars in complacentiam ipsius communitatis, quod scribatur comiti et capitaneo nostro Scutari et similiter camerario, notificando, quod deliberavimus cum nostris consiliis rogatorum et additionis et sic sibi committimus, quatenus debeant restituere predictum argentum mercatoribus Raguseis predictis integraliter et sine ulla diminutione, ita quod habeant argentum suum retentum causa suprascripta. Si autem videretur sibi, quod ille homo datus pro sotietate foret suspectus, et venisset mala de causa et intentione, hoc relinquimus in libertate sua, ut disponat et faciat, secundum quod sibi videbitur debito iuris et iustitie pertinere.

Ser Marcus Dandulo sapiens consilii. Quod pro possendo sequi in hoc facto cum bona et matura deliberatione et pensamento debeat pro nunc diferri usque ad adventum ser Benedicti Contareno, quo audito, poterit fieri et deliberari prout melius videbitur huic consilio, sed interim non debeat fieri aliqua novitas de argento, sed sic conservari, donec

aliud fuerit deliberatum, et debeat responderi Raguseis, quod non possumus facere sibi ullam responsionem usque adventum rectoris nostri, quem de brevi expectamus, et quod dedimus ordinem, quod de argento nulla novitas fiat, sed sic conservetur usque responsionem predictam sibi fiendam. De parte domini et duorum sapientium 41, de parte ser Marci Dandulo 33, de non 0, non sinceri 2.

Misti. Vol. 48. p. 173 tergo, u mlet. arkivu.

CV. God. 1410 2 rujna, u Mletcih.

Napućivaju se nadalje poslanici kod ug.-hrv. kralja.

1410. die secundo septembris. Nicolaus Victuri, Marcus Dandulo, Franciscus Cornario, sapientes consilii. Quod respondeatur ambasiatoribus nostris Hungarie in hac forma. Capta. Examinatis et mature consideratis omnibus contentis in literis vestris datis Bude die secundo mensis iulii proxime preteriti continentibus inter cetera, vos obtulisse regi honoranciam equi vel panni aurei et ducatos L mille, et maiestatem suam respondisse, quod post reversionem suam ab exercitu congregabit prelatos et barones suos, et tunc deliberabit de responsione. Multa etiam alia continentur in dictis literis ad nostram informationem, pro quibus omnibus vestram sapientiam et solicitudinem merito comendamus. Et in effectu cum nostris consiliis rogatorum et additionis vobis scribimus et mandamus, quatenus debeatis dicere dicto domino regi, si erit Bude vel in partibus circumstantibus, et si erit in partibus remotis dicatis et exponatis deputatis pro sua maiestate ad audientiam vestram, videlicet: quod scripsistis nobis responsiones suas, de quibus nostra dominatio, consideratis his, que obtulistis sue maiestati nostri parte, non modicum miratur, quia sunt alta et magna et honorabilia pro regno Hungarie in tantum, quod nostro dominio videretur, quod sue serenitati debeant esse accepta et grata. Et in casu quo sue maiestati placeat secundum ea, que dixistis, velle, quod procedatur ad executionem concordii et tractatus deinde incepti, vos habetis libertatem prosequendi ad tractatum et concordium predictum, et sic facere debeatis secundum formam vestre commissionis. Quando vero non placeret sue maiestati aliud dicere, quam responderit, vos habetis in mandatis cum licentia sue serenitatis repatriandi et venire Venetias. Et si dictus dominus rex perserveraret in responsione alias vobis facta de respondendo post suam reversionem ab exercitu, et nil aliud vobis diceret, vel faceret peticiones ita magnas et excessivas, quod vobis videretur non posse sequi concordium, debeatis accepta licentia cum honestis et pertinentibus verbis inde discedere et venire Venetias, de omnibus quantum plus poteritis informati. Si vero responsiones, quas vobis faceret dictus dominus rex, essent in quantitate pecunie vel aliis rebus, que viderentur vobis adherere alicui medio vel partito, per quem vobis videretur sequi posse concordium, debeatis respondere, quod intellexistis responsionem suam, et eam scribetis nostro dominio, et sic facere debeatis, expectando nostrum mandatum. Insuper quia posset sequi, quod propter responsiones regias, quia nil aliud diceret quam dixit, vel

quia peticiones sue essent maxime et excessive, deliberaretis recedere et venire Venetias, et ob hoc dictus dominus rex faceret vobis mentionem de interpositione domini pape, ad hoc sumus contenti, quod respondere et dicere debeatis, quod, ut ipse dominus rex videat nostram optimam dispositionem ad pacem et concordium racionabile, sumus contenti de interpositione dicti domini pape, qui tanquam mediator tractet amicabiliter concordium inter partes. Et ob hoc placeat sue maiestati mittere suam ambasiatam ad summum pontificem cum plena libertate pro eo, successoribus et corona, quia similiter mittemus nostram. Sed si casus occurreret, quod propter responsiones regias deliberavissetis inde discedere, et tamen vobis non fieret mentio aliqua de novo de interpositione domini pape, volumus, quod eo casu aut ante acceptionem comeatus aut post, sicut vobis melius videbitur, debeatis per illum bonum et prudentem modum, qui vobis videbitur esse cum honore nostri dominii, rememorare de verbis dictis super interpositione domini pape per dominum regem, et intrare super hoc in colloquio secum per modum, quod comprehendant et sciant, nos esse contentos de interpositione dicti domini pape, ut tractatus iste non interumpatur, sed reducatur de hinc, ut secundum occurrentia possimus capere illum partitum super hac materia, qui sit melior pro statu nostro. Si vero dictus dominus rex vel deputati ab eo peterent etiam, quod interim partes cessarent ab offensis, debeatis respondere et dicere, quod, quando ambasiata sua regia et nostra erunt ad presentiam domini pape, hec et alia, que partibus videbuntur bona et racionabilia, poterunt tractari et praticari pro veniendo ad bonum et prestum finem concordii; super autem his, que petitis declarari, vobis respondemus, quod sumus contenti, quod volente dicto domino rege sive deputatis ab eo, quod prosequatur ad executionem concordii deinde secundum formam commissionis et libertatis vobis tradite, possitis et habeatis arbitrium, quando vobis videbitur esse necesse, declarandi intentiones nostras super his, que potiistis declarari a nobis, secundum quod inferius continetur, pro velociori executione concordii predicti.

Primo, super honorancia equi vel panni aurei, declaramus vobis, quod sumus contenti, quod dicta honorancia promittatur dari omni singulo anno in perpetuum domino regi, successoribus suis, regno, corone, et representantibus cosonam Hungarie.

Super secundo dubio de habendo Dalmaciam cum pleno et vero dominio, vel si volent, de recognoscendo eam a rege, regno et corona Hungarie, declaramus vobis et dicimus, quod postquam condescendimus ad dandum honorantiam annualem pro Dalmatia, intentionis nostre est, habere dominium Dalmatie, recognosendo ipsum a dicto rege et regno et corona Hungarie.

Super tercio dubio, quod movetis occasione Ragusii et Spaleti et insularum dictarum terrarum et Lesne et Curzole, declaramus vobis, quod volumus habere dominium totius Dalmatie, recognoscendo ipsam a dicto rege et regno prout superius dictum est. Et si diceret aliquid de Crevoia, respondeatis, quod sumus bene in concordio secum.

Super quarto dubio renunciationis fiende per regem, regnum et coronam omnibus iuribus etc., quia dubitatis, si rex volet renunciare iuribus

Dalmatie, quia renunciando non posset uti titulo Dalmatie, dicimus quod volumus, quod illa renunciacio fiat per regem pro se, et successoribus, regno et corona generalis de omnibus iuribus, et omni et toto eo, que pretendunt seu pretenderent debere habere a nobis etc., ut in vestra commissione continetur, nec potest obici vel opponi id, quod dicitis de titulo Dalmatie propter honoranciam annualem, que promittitur, et propter recognitionem, quam volumus facere de tota Dalmatia a rege, regno et corona.

Super quinta declaratione, si solutio monete debet promitti fieri in principio aut in fine anni, et in quo loco, respondemus, quod non possendo vos aliter facere, condescendere debeatis ad promittendum fieri dictam solutionem primam elapsis sex mensibus post celebrationem contractus, et ab inde in antea per terminos vobis commissos usque completam solutionem. De loco vero solvendi monetam, sumus contenti, quod sit in libertate dicti domini regis recipiendi dictam solutionem aut in Venetiis, aut in Segna. Et quod de dictis solutioribus et pagis et qualibet earum fiat pro omni paga litera regia, bullata magno sigillo regni, pendenti et consueto, quietando et absolvendo nos in forma sufficienti et opportuna.

Insuper pro informatione vestra vos avisamus, quod magnificus comes Pipo transivit hac, et ivit ad presentiam summi pontificis et magnifice comunitatis Florentie, et in dicto suo transitu non fuit ad presentiam nostram, nec aliquid nobis dici fecit; in reditu vero venit ad presentiam nostram, et ut ipse asseruit inductus et hortatus per dominum papam, nec tanquam orator regius aliquid nostro dominio dixit, sed tanquam comes Pipo cum bonis et amicabilibus verbis visitavit nos, offerens se cum honore domini sui domini regis ad beneplacita nostra. Nos vero nil aliud diximus, nisi quod acceptabamus benivolam oblationem suam, regratiantes ei de sua visitatione; accepto vero comeatu a nobis, stetit aliquibus diebus Venetiis; pro cuius comodo, sencientes ipsum optare lignum nostre riperie Istrie usque Segnam, ei complacuimus. Sed ut relatum est nobis per aliquos nostros nobiles, videtur ipsum Piponem erga eos dixisse ita raciocinando, quod per ea, que feceramus offerri domino regi per vos nostros oratores, dominus rex non se moveret ad aliquid, nec ille erat modus, sed quod bene erant de aliis modis, non exprimendo aliquid aliud. Que quidem suprascripta voluimus vobis scribere, ut informati melius sciatis exequi mandata nostra secundum libertates vobis traditas. De parte 39, 51, 55, 59.

Ser Rambertus Quirino sapiens consilii, ser Georgius Cornario sapiens ordinum: Quod respondeatur oratoribus nostris Hungarie in hac forma, videlicet:

Accepimus diebus elapsis literas vestras datas II. iulii, et quasdam alias, quarum ultima data fuit XXV eiusdem, multa et diversa ac etiam nova continentes, que omnia plene intelleximus, exinde sapientiam et virtutem vestram merito commendantes. Et quia per illam de secundo mensis notificastis particulariter et distincte omnes praticas, responsiones et modos secutos et servatos per vos super factis vobis commissis, respondemus vobis, mandantes cum nostris consiliis rogatorum et addi-

tionis, quatenus in casu quo dominus rex foret in Buda aut in Visingrado aut in Sagabria vel in partibus ibi proximis et vicinis, ad quas habiliter ire possetis, debeatis ire ad eius presentiam, et cum illis modis et principiis verborum, que vestre prudentie videbuntur, sibi dicere, quod per scripturam litterarum vestrarum intelleximus responsiones, quas idem dominus rex vobis dedit ad sibi exposita parte nostra, que responsiones certe intulerant nostro dominio causam maxime admirationis habito respectu ad ea, que tociens et tam ad plenum eidem domino regi iuxta commissionem vestram allegastis et replicastis; et considerato, quod ea, que sibi dixistis parte nostra cum quantitate pecunie per vos de nostra liberalitate et occasione bone amicicie sibi oblata, videntur nobis magna et excessiva, propter que debuisset iustissime et merito contentari. Et propterea, si vult vertere omnia in consideratione mentis sue regie tam de preteritis quam presentibus et quam futuris, ut sapientissimus et virtuosus princeps, reminisci potest ea, que nostrum dominium operatum est in principio conorationis sue, et quantum missio tunc oratorum nostrorum fuit utilis et proficua sue regie maiestati. Subsequenter tempore illustrissime domine regine consortis sue, quo perseveravimus in optima nostra dispositione et operibus manifestis et notoriis toti mundo; nec non ultimo in tempore adversitatis sibi occurse ad bellum Turchorum, in quo confirmavimus et clare monstravimus animum et cor nostrum ad exibitionem favoris et subsidii tante sue extremitati et casui secuto. Et sic in posterum immaginari potest per consequens, quod parati essemus continue et facere possemus in eventibus et casibus in futuris de rebus gratis et accomodis sue regie maiestati. Ita quod ab omnia suprascripta deberet velle cognoscere nostrum dominium pro veris et bonis amicis, et velle perservare in amore et sincera caritate, ac esse contentissimus, quod terre Dalmatie pervenerint ad manus nostras occasionibus sibi dictis et alligatis per vos, et inde velle latissime condescendere ad nostram voluntatem cum modis et conditionibus sibi dictis, et non querere ulteriorem dilactionem. Quod si facere contentabitur, tunc in bona gratia concludatis, exequendo in omnibus iuxta formam vestre commissionis. Si autem non contentaretur, quia daret negativam vel longitudinem temporis, nona periendo se ulterius, dicendo, velle ire vel stare ad exercitum suum, vel alia facere, per que comprehenderetis, vos opportere differre longo tempore ibidem, debeatis tunc cum illis debitis excusationibus, que vobis videbuntur opportune, et dicendo, quod non deffecit nec deficiet pro nobis, accipere commeatu et reverti Venecias, de omnibus plenarie informati.

Si vero diceret, quod esset contentus, ut alias dixit, de interpositione domini pape aut unius cardinalis vel alterius principis, et quod vult, quod cognoscatur de iure, et ulterius, quod abstineant se partes ab offensis et damnis etc., debeatis dicere et respondere, quod misimus vos ad presentiam sue regie maiestatis tanquam notos et dilectos suos cum tanta expensa et cum rebus et promissionibus tam latis, quod racionabiliter hoc factum potest concludi et duci ad finem per vos; ymo in vestris litteris continetur, quod est tantum contentus et magis de interpositione vestra, quam de aliqua alia persona mundi. Et propterea non videtur nobis fore expediens dare laborem summo pontifici, nec similiter

adhuc alio principi nec prelato, quia res est nature, et in se continet talem equitatem et ius, quod non est opus, ut aliquis in hoc fatigetur facto.

Verum quia posset idem dominus rex dicere et aperire se hoc modo, videlicet quod est contentus, antequam aliud disputetur super prima parte pecunie et honorancie equi et panni aurei, quod eatur ad alias particularitates, et super illis raciocinari id, quod videatur partibus. Respondere debeatis, quod non est opus nec conveniens ire ad alias particularitates. Quando vero idem dominus rex se traheret retro, propter hoc debeatis sibi dicere, quod, ut videat, quod eatur cum modo debito in hoc facto, bene sumus contenti, quod tractato facto principali et devento ad concordiam de illo et postea ad ratiocinamentum et disputationem particularium, factum principale non intelligatur conclusum nec firmatum, nisi sint in concordio etiam de partibus aliis particularibus. Et in casu quo idem dominus rex nichil ulterius aperiendo de mente sua non vellet condescendere, ut dictum est, debeant ambaxatores accepto commeatu recedere et repatriare.

Et si dominus rex aliquantulum apperiret mentem suam in his ratiocinamentis et colloquiis taliter, quod comprehenderetis, ipsum debere condescendere ad nostram intentionem quando augeretis in aliquid plus de quantitate pecunie per vos iam explicata, sumus contenti in isto casu, si videretis hoc prodesse debere factis nostris, quod ascendetis et promittatis paulatim alia X ducata vobis concessa per vestram commissionem. Exequendo postea et concludendo, ut superius dictum est, cum aliis modis et conditionibus vobis exhibitis in mandatis.

Et quia superius tangimus, quod debeatis ire et comparere coram presentia domini regis in casibus annotatis, posset occurrere, quod ipse dominus rex foret ita longe vel in longinquis partibus, quod non esset habile posse esse cum regia maiestate sua, et quod non foret venturus de brevi, volumus in casibus predictis, quod debeatis comparere et esse cum vicegerentibus regis, et exequi et facere per totum cum illis, ut superius dictum est de rege. Et si vicegerentes vellent scribere et omnia praticata denotare domino regi et expectare responsum, sumus contenti, quod expectetis responsionem regis, que, si erit conformis nostre intentioni et voluntati, et quod vicegerentes habeant libertatem possendi concludere, concludatis in bona gratia, vel quod ipso respectu rex deberet presto reverti pro concludendo iuxta nostram intentionem, debeatis expectare; quando vero non esset de proximo venturus, et quod vicegerentes non haberent libertatem a rege, debeatis dicere ipsis vicegerentibus, quod stetistis multis mensibus ibidem cum maximis expensis et sinistro, et propterea quod eis placeat subito rescribere adhuc domino regi, quod si non sit venturus de brevi, quod mandet libertatem eis concludendi. Et existente mora nimium longa et esset cum incarico nostri dominii et sinistro vestro, et expectando istam suam responsionem, debeatis subito nobis significare terminos, in quibus remanseritis, et expectare responsum nostrum, tunc tanto prestissime, quanto fieri poterit, ab eis accepto amicabili comeatu reverti Venetias, de omnibus plenissime informati.

Verum quia vobis damus intentionem nostram in casu, quo vobis

replicaret de interpositione domini pape, et posset occurrere, quod dominus rex vel sui vicegerentes propter secuta hucusque de novo et propter reditum domini Pipi, quem scimus fuisse in practica et colloquio cum domino papa et in multis ratiocinamentis super hac materia, cuius practice et colloquii effectum in copia una ziffrata substantialiter pro informatione vestrum destinamus vobis, ipse dominus rex vel sui starent fortes et constantes super facto interpositionis domini pape, volumus tunc, quod facta omni experientia possibili de stando constantes et firmos super responsione iam dicta superius, per quam honeste excusare potestis factum interpositionis, si poterit prodesse, concludi et exequi, ut dictum est, bene quidem, sin autem non, tunc debeatis cum habilibus et honestis modis condescendere et contentari de interpositione domini pape, et sic concludere in bona gratia, quod sit mediator et interpositor differentiarum vertentium inter partes, procurando, quod per regiam maiestatem presto mittatur legatio sua cum mandato et sindicatu ad plenum, nam similiter faciemus, et accepto commeatu Venetias reverti debeatis et cum sua bona licentia. Si vero vobis fieret mentio de partibus abstinendis interim a damnis et novitatibus etc., dicere tunc debeatis, quod hoc non cadit fieri per vos, sed missa ambaxiata sua ad summum pontificem, et missa nostra ad dominum papam, qui erit interpositor et mediator in hoc facto, spectabit fieri et ordinari, quicquid sibi videbitur fore rationabile atque iustum atque bonum pro utraque partium.

Si autem non facta mentione aut non tenta firma constantia de interpositione domini pape, per ipsum dominum regem vel suos mutaretur vobis propositum, et fierent alie diverse pratice et differentes peticiones ab illis, quas proposuerunt et ad quas dedimus vobis modum responsionis, in hoc casu, quia ad ea, de quibus non sumus advisati, non possumus providere nec dare responsionem, debeatis nobis presto omnia significare per litteras vestras, et expectare mandatum nostrum, quod prestissime vobis mittemus.

Ser Antonius Contareno. Quod respondeatur nostris oratoribus Hungarie in hac forma:

Recepimus et plenarie intelleximus literas vestras datas Budue secundo mensis preteriti comendantes vestram sapientiam et sollicitudinem, et vidimus ultimas litteras vestras datas vigesimo octavo dicti mensis, per quas nobis significastis, regem non ire in Bossinam, ita quod non dubitamus vos sollicitasse et sollicitare habere responsionem. Nichilominus ad cautelam cum nostris consiliis rogatorum et addictionis vobis respondemus, mandantes, quatenus debeatis comparere coram domino rege, si est Bude vel in locis circumstantibus, et si esset in loco nimis longinquo vel non securo accessui vestro, debeatis exponere coram dimissis et deputatis pro eo ad audientiam vestram, et dicere, quod auditis et intellectis responsionibus sue maiestatis, que non aperuit aliquid de intentione sua super oblatis per vos nostri parte, non modicum miramur et merito, quia nobis videtur, quod ea, que oblata sunt per vos nomine nostro, et modus et forma tractatus principiati per vos deinde de nostro mandato sunt cum magna exaltatione honoris regni, et propterea rogamus maiestatem regalem, quatenus placeat dare responsionem dictis et oblatis per vos nostri parte, et velle, quod sine istis

dilationibus prosequatur ad executionem tractatus incepti deinde, ut possit presto poni bona conclusio et pacificus finis huic concordio, quod nostro iudicio videtur nobis nedum bonum sed necessarium christianitati et utrique parti. Et cum predictis et aliis racionibus et verbis, que vestris sapientiis videbuntur utilia et opportuna, debeatis instare quantum poteritis, quod dictus dominus rex vel deputati ab eo respondeant super oblatis per vos, et sint contenti prosequi deinde ad tractatum concordii per vos inceptum. Et si dicti deputati vellent mittere ad dominum regem pro faciendo vobis responsionem de conscientia ipsius domini regis, expectare debeatis dictam responsionem. Et si dictus dominus rex vel deputati ab eo declarabuntur intentionem regiam super his, que obtulistis, et erunt contenti prosequi deinde ad tractatum concordii sine expectando reversionem dicti domini regis ab exercitu, debeatis prosequi secundum formam vestre commissionis, procurando toto vestro posse cum illis bonis et dextris modis, que vestre prudentie videbuntur, de trahendo et senciendo quantum plus poteritis de intentione regia, quia esset quid novum stare in ista pratica non senciendo, quid vellet pro ista causa. Si vero dictus dominus rex vel deputati perseverabunt in responsionibus factis per eos, videlicet quod dictus dominus rex post reversionem suam ab exercitu congregabit barones et prelatos suos, et determinabit, quid super inde volet facere vel in aliis responsionibus similibus, que importarent dilationem, quia putamus, quod per reversionem comitis Piponis dabitur vobis novus partitus vel nova responsio per verba, quibus usus est de hinc, debeatis dicere, quod dominus rex, qui est sapientissimus, bene cognoscit, quod de talibus dilationibus maxime in rebus magnis et arduis solent sepe sequi multe inconvenientie; nichilominus postquam sic placet dicto domino regi, et ut accepta sit pro parte nostri dominii omnis honestas et bona pacientia, vos informabitis nostrum dominium de suis responsionibus, et expectabitis nostrum mandatum, et sic facere debeatis. Verumtamen pro anticipando tempus, ut sitis informati de nostra intentione, si audita per vos deliberata intentione regia, ipse dominus rex vel pro parte sua instaretur et omnino peteretur, quod hoc concordium tractari deberet per medium unius interpositoris, tunc et eo casu non possendo aliter facere, debeatis condescendere et dicere, quod nostra dominatio est contenta, quod presens summus pontifex sit interpositor ad tractandum amicabiliter hoc concordium; et si dominus rex erit contentus de interpositione ipsius summi pontificis tamquam amicabilis mediatoris, et mittere suam ambasiatam ad presentiam sue sanctitatis, et nos mittamus nostram, debeatis eo casu accipere licenciam et amicabilem comeatum a sua maiestate et reverti Venetias, rogando ipsum dominum regem, quod presto mittat ambasiatam suam causa predicta cum libertate plenaria pro eo, successore, regno et corona. Sed si casus occurreret, quod dicta nobis deliberata intentione regia non fieret vobis de novo mentio de interpositione domini pape, debeatis per illum bonum et pertinentem modum, qui vobis videbitur esse cum honore nostri dominii, rememorare de verbis dictis super interpositione domini pape per dominum regem, declarando, nos de hac interpositione esse contentos, ut tractatus non interrumpatur, sed reducatur de hinc, sed secundum occurentia possimus capere illum partitum, qui sit melior pro statu nostro; declarationes vero

super petitis per dictos oratores sint per modum et in forma contenta in parte aliorum sapientum. De parte 31, 41, 37, 31.

Secreta consilii rogatorum IV, 132, u mlet. arkivu.

CVI. God. 1410. 12 rujna, u Mletcih.

Neka se od Dubrovčana potraži odšteta za štete nanesene mletačkim podanikom.

1410. die 12 septembris. Capta. Cum quidam Petrus filius Michaelis de Lucharis civis Ragusinus noviter aufugerit, et se absentaverit de Venetiis cum multis bonis et havere infrascriptorum nostrorum nobilium civium fidelium et subditorum, ut sumus informati, et se reduxerit ad civitatem Ragusii, cauto et malo modo capiendo cives nostros maximam confidentiam de ipso. Et hoc clare appareat propter modos, quos servavit et tenuit, sed plus, sicut notum est, dum his diebus elapsis occasione retentionis illius quantitatis argenti facte in Scutaro per comitem et rectorem nostrum, idem Petrus Lucari cum aliis mercatoribus Raguseis comparuisset ad nostram presentiam cum multis supplicationibus et instantiis, pro parte eorum communitatis et sua allegavit inter alia, quod ipsum argentum conduci facere volebat Venetias, ut multis nostris nobilibus et civibus habere debentibus ab eo et ab aliis posset fieri debita satisfatio et solutio, et quod hec erat eorum intentio et voluntas, et propterea magis instanter supplicarunt nobis de gratia restitutionem argenti predicti. Ob quas omnes considerationes, sed maxime in complacentiam illius communitatis fuimus contenti complacere sibi et committere nostro rectori, ut restitueret dictum argentum, quod rationabiliter perditum erat; et viso nunc modo inhonesto servato per dictum Petrum contra nostros cives et subditos ac fideles non sit suportandum, quod pro favore civium, subditorum et fidelium predictorum mitti debeat unus noster notarius ad regimen Ragusii ad expensas nobilium civium ac fidelium infrascriptorum, ut se offerunt, qui cum nostris litteris credentie debeat explicare predicta, procurando et sollicitando, quod suus civis cogatur ad restitutionem haveris et bonorum civium subditorum et fidelium nostrorum, cum civibus suis in hac civitate ministratur et fit proprie illud ius, quod fit nostratibus, et bene videntur et tractantur etc. cum illis aliis verbis et rationibus, que sibi dabuntur in commissione pertinentibus ad hanc materiam. Et si per preces et hortamina nostra ipsum regimen providebit taliter contra civem suum et bona eiusdem, quod habeamus nostram intentionem et cives, fideles et subditi nostri rehabeant suum, bene quidem et tunc deberet regratiari dicte communitati cum verbis convenientibus. Quando autem non posset obtinere, ut dictum est, tunc debeat dicere noster nuncius, quod sperabamus semper et in omni casu, quod illud regimen deberet intuitu iuris et contemplatione nostri dominii facere posse suum, ut nobiles, cives, fideles et subditi nostri damna passi tam cauto et inhonesto modo et contra debitum equitatis haberent favorem suum sine ulla dilatione vel oppositione. Sed quando sciverimus, hoc non fuisse secutum, et quod predicti nostri non habuerint satisfactionem plenariam, se reddat certum regimen illud, quod non po-

terimus aliter facere quam providere, quod nostrates omnino habeant suum per illum modum, qui nobis videbitur debite convenire. Et si noster nuncius obtinebit, ut dictum est, reverti debeat Venetias. Si autem non possit obtinere, scribat nobis, et expectet nostrum mandatum. Ser Franciscus Faledró, ser Christophorus Superantio, ser Laurentius Zuchato, ser Nicoletus Gonella, ser Franciscus Jacobi, ser Angelus et Bartholomeus Laurentii. De parte 56, de non 12, non sinceri 5.

Misti. Vol. 48 p. 182, u mletačkom arkivu.

CVII. God. 1410. 20 rujna, u Mletcih.

Neka se odpravi nešto vojske u Dalmaciju i novi providur imenuje za Šibenik.

1410. die vigesimo septembris. Capta. Cum de peditibus, qui sunt ad exercitum nostrum contra Sibinicum, sint multi mortui, multi aufugerunt, multi cassi et multi, qui volunt cassari in tantum, quod pro honore nostro et bono agendorum nostrorum, et quia exercitus noster sic stando subiacerit manifesto periculo, facit providere, etiam una vice est experiendum de faciendo presentari dictum exercitum ad dictam terram, quia habetur intentio, quod, si videbunt nos potentes, habebimus intentionem nostram de terra predicta; et quando obtineri non posset, tamen nobis omnino est necesse habere et mittere pro securitate locorum nostrorum deinde bonam quantitatem peditum de novo pro cassando insufficientes et remittendo loco deficentium in Jadra, Nona, Aurana, Arbo et ad turres pro tanto; vadit pars, quod debeant de novo soldari alii ducenti pedites inter provisionatos, ballistarios et alios pedites mittendos ad dictas partes cum illo soldo, firma, modis et conditionibus, qui videbuntur collegio. De parte 58, non 18, non sinceri 1.

Insuper debeat scribi et precipi, quando videbitur collegio, supracomitis galeotarum Barbare et Minie, que sunt in partibus Sibinici, quod dicta galeota Barbara veniat Venetias ad disarmandum, sed antequam recedat, debeat galeota Minia de hominibus suis et galeota Barbare, qui volent remanere deinde, ponere ipsam galeotam Miniam bene in puncto et in ordine, et ipsam fulcire omnibus hominibus et necessariis, alii autem de ipsa galeota Minia et Barbara, qui nolent remanere deinde, veniant cum galeota Barbara Venetias ad disarmandum. Et si aliquis deficeret dicte galeote Minie, debeat se fulcire in Jadra, et sic scribatur rectoribus Jadre; de galeota etiam Jadre provideatur, prout videbitur collegio, pro bono et securitate agendorum deinde.

Preterea debeat eligi et mitti unus provisor ad partes Sibinici loco ser Jacobi de Rippa militis per modum et cum salario, conditionibus et penis ser Jacobi de Rippa predicti.

Electus ser Jacobus Dandulo quondam ser Gerardi.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV pag. 136, u mlet. arkivu.

CVIII. God. 1410. 27 rujna, u Mletcih.

Republika daje pripomoć njekojim Šibeničanom iz grada izgonjenim.

1410. die vigesimo septimo septembris. Quod scribatur comiti et capitaneo Jadre in hac forma. MCCCCX. die decimonono septembris. Capta. Inter alia multa capitula nostro dominio porrecta per quemdam Stephanum de Cochino civem Sibinicensem nomine aliorum nobilium et civium Sibinicensium exititiorum, unum fuit infrascripti tenoris et continencie, videlicet, quod dominatio nostra dignetur providere de aliqua subventione nobilibus et aliis de Sibinico, qui expulsi sunt de civitate sive venerunt ad gratiam nostram, postquam illi primi exiverunt de civitate, ut possint substentare vitam suam. Ad quod rsspondemus cum nostris consiliis rogatorum et additionis, quod sumus contenti, ut illis sex personis, que, ut nobis assertum est, exiverunt de dicta civitate, detur secundum quod datur aliis exiticiis, qui venerunt ad gratiam nostram, pro victu suo ad beneplacitum nostri dominii. Exinde fidelitati vestre mandantes, quatenus infrascriptis sex personis, que nobis videntur de notabilioribus, dare debeatur libras octo parvorum pro qualibet, secundum quod datis aliis personis de Sibinico, iuxta formam mandatorum nostrorum ad beneplacitum nostri dominii, ut est dictum. Aliud fuit super facto certe requisitionis petite in bonis et possessionibus comunis Sibinici et illorum infidelium inimicorum nostrorum ipsius terre, que bona et possessiones sunt extra civitatem. Ad quod respondemus et sic vobis scribimus et mandamus, quatenus super dicto facto nichil inovare debeatur, sed permittere sequi rem, ut hactenus secutum est. Itaque comuniter et generaliter gentes nostre, que sunt in terra, et alie, que sunt in galeis et navigiis nostris, possint accipere, gaudere et habere de bonis predictis, quousque secuta fuerit intentio nostri dominii, sive aliud vobis duxerimus ordinandum.

Fecimus sibi dari hic Veneciis iuxta supplicationem suam ducatos vigintiquinque pro parte provisionis sue, quam habent in Jadra, quam pecuniam ad eius computum poni fatiatis.

Nomina illarum personarum, quibus dari debeat subventio, sunt: uxor ser Johanis Naplavich, uxor ser Flori Tavilios, uxor ser Nichole Nichitich, soror ser Petri Petrievich, uxor ser Stephani Citinich, uxor ser Francisci Chovenich. Similis provisori Sibenici.

Secreta cons. rog. IV p. 137, u mlet. arkivu.

CIX. God. 1410. 4 listopada, u Mletcih.

Ivan Misić nagradjen, što je predao tvrdjavu na ušću luke Šibeničke providuru mletačkomu.

Turris portus Sibenici in custodia concessa Joanni Missich. Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. egregio militi Joanni Missich nobili Sibenicensi fideli dilecto salutem et dilectionis affectum. Per litteras provisoris et capitanei et vestre nobilitatis datas 24 mensis septembris proxime elapsi inter alia intelleximus, vos assignasse et posuisse in manibus nostri provisoris predicti turrim, quam custodiebas et custodiatur cum

stipendiariis nostri dominii; continent et alia dicte vestre littere super hac materia, ad que omnia vobis respondemus, quod de vobis nunquam habuimus nec habemus aliquam umbram vel malum conceptum, imo vos tenuimus et tenemus esse fidelem et optimum servitorem nostrum, et ne dum de custodia dicte turris sed de omni magno et notabili fortilitio et re semper habuimus plenissimam fidem et confidentiam de vobis, considerata sapientia et probitate vestra, et quia cognovimus ab experto optimam et perfectam dispositionem et voluntatem vestram erga nostrum dominium, ita quod stare potetis cum leto et contento animo; et postquam placuit vobis, ut faciamus custodire dictam turrim, placet nobis et sic mandamus provisori nostro, ut faciat bene custodire ipsam, ut conservetur ad honorem nostrum et commodum nostri dominii et fidelium nostrorum; et propterea vos avisamus, quod aut ibi aut Jadre vel alibi in locis nostris, ubi vobis placuerit morari, habebitis provisionem nostram vobis concessam, et habebimus vos in carum et fidum servitorem nostrum. Data in nostro ducali palatio, die IV octobris, indictione IV, MCCCCX.

Diplomatarium Sibenicense, u dvorskoj knjižnici bečkoj, ruk. 13461.

CX. God. 1410. 20 listopada, u Mletcih.

Zadarskim upraviteljem, neka nastoje dobiti u svoje ruke Ostrovicu od Sandalova zapoviednika.

1410. die vigesimo octobris. Capta. Cum castrum Ostroviz, de quo fit mentio in literis provisorum nostrorum Jadre, sit domini Sandali, et in tali loco positum et situatum, quod nullo modo debemus velle, quod vadat ad manus regis Hungarie vel sequatium suorum, ymo facere omnem honestam experienciam, quod veniat ad manus nostri dominii, et si hoc esse non potest, quod conservetur et remaneat in manibus Sandali, et propterea respondeatur et scribatur rectoribus nostris Jadre in hac forma:

Recepimus literas vestras, datas octavo mensis instantis, continentes, castellanum castri Ostrovize petiisse a vobis subsidium pro conservatione dicti castri, et hoc fecisse iuxta mandatum habitum a Sandali, et responsionem per vos nuncio suo factam, et informationem vobis datam per illum Jadrensem de motivo dicti nuncii, quod videtur dixisse, quod quando dictum castrum castellanus tenere non posset, potius illud daret nostro dominio quam alicui alteri. Quibus verbis consideratis, quia comprehendimus, quod necessitas urget, ipsum castellanum capere partitum, et bonum esset, si possibile foret, experiri, si dictum castrum haberi posset pro omni bono respectu de voluntate castellani et sine aliquo expresso premio vel precio, vobis mandamus cum nostris consiliis rogatorum et additionis, quatenus omni dilatione postposita debeatis cum illis sapientibus verbis et modis, qui vestris prudentiis videbuntur opportuni, persentire et induci facere dictum castellanum ad ponendum dictum castrum libere in manibus et sub custodia nostri dominii, dando ei bonam spem, quod cognoscet servivisse grato dominio. Et si sine aliqua conventione precii vel premii poteritis obtinere nostram intentionem, debeatis ipsum castrum accipi et custodiri ac fulciri facere sufficienter et bene. Si vero

ipse castellanus expressisset vel exprimeret vobis premium et precium, quod vellet, damus vobis libertatem promittendi et conveniendi ac solvendi pro habendo dictum castrum ad partem ad partem usque ad quantitatem duorum millium usque tria millia ducatorum solvendorum, habita possessione et tenuta dicti castri. Si vero ipse castellanus attenderet solumodo ad habendum favorem nostrum, sumus contenti, quod facto experimento suprascripto debeatis mittere in subventionem et conservationem ac custodiam dicti castri usque ad viginti in vigintiquinque ballistarios vel pedites, sicut cognoveritis opportunum. Et nichilominus non obstantibus suprascriptis cupientes, quod dictum castrum non vadat ad manus regis Hungarie vel subditorum aut sequatium suorum, relinquimus in libertate vestra, si videretur vobis dictum castrum subiacere periculo, non habendo presto dictum subsidium nostrum, mittendi et dandi dictum nostrum subsidium statim recepto nostro mandato et pendente dicto tractatu, et quando necesse fuerit, ut dictum castrum non vadat ad manus alienas, sed aut perveniat ad manus nostri dominii, aut conservetur in manibus Sandali, prout melius facere poteritis; habendo menti, quod, si dictus castellanus aliquid aliud peteret vel petisset ultra libertatem, quam habetis de ducatis tribus millibus, non desperetis propterea eum a tractatu, sed debeatis stare in tractatu, et nos de die in diem de omnibus, que sequentur, particulariter et distincte informare, ut providere possimus, prout nobis videbitur opus esse. De parte 46.

Secreta consilii rogatorum IV. 139, u mlet. arkivu.

CXI. God. 1410. 30 listopada, u Mletcih.

Na ponude papinskoga poslanika idućega u Ugarsku, da će rado podupirati mletačke koristi, Mletčani odgovaraju, da jim je to veoma drago.

1410. 30 octobris. Sapientes consilii. Cum dominus Brancha episcopus Placentinus ambasiator domini pape iturus in Hungariam comparuerit ad presentiam dominii nostri, dicendo, habuisse in mandatis a summo pontifice offerendi se, et sic faciebat paratum et promptum laborare et operari se fideliter et solicite, ac exequi mandata nostra, ac facere et adimplere voluntatem nostram ita pro nostro dominio, sicut faceret pro persona domini pape. Et propterea si in partibus Hungarie nobis placebat aliquid per ipsum fieri, consideratis his, que habebamus agere cum domino rege Hungarie, nostra dominatio preciperet confidenter, quia ipse obediret fideliter et libenter. Vadit pars, quod respondeatur dicto ambasiatori, quod hec oblatio non est dubium procedit a grandi clementia summi pontificis et a paterno amore, quem sua sanctitas gerit nostro dominio, et a virtute et prudentia ipsius ambasiatoris. Et referentes sanctitati apostolice humiles et devotissimas actiones gratiarum quantum possumus ampliores, et ipsi oratori ad sui honorem et comodum nos prompta mente offerentes, respondemus, quod reverenter acceptamus benivolam oblationem predictam, certissimi, quod in omni loco et casu, quo se reperiret, ubi fieret mencio vel tractaretur de aliquo se tangente nostrum dominium, sapientia sua tam propter mandata apostolica quam propter virtutem suam substinebit honorem et comodum

nostrum, et se operabitur in favorem nostrum, et aliud non est necesse particulariter ei dicere, quia habemus nostros oratores ad dominum regem Hungarie, qui nescimus an sint expediti vel non, sed nichilominus dabimus eis in mandatis, quod in omnibus, in quibus videbunt favorem sue paternitatis posse eis esse favorabilem, confidenter recurrant ad eum, quia sumus certissimi, ut se obtulit, id fideliter et sollicite faciet et se operabitur pro nostro dominio sicut pro propria persona summi pontificis.

Et facta dicta responsione scribatur et informentur nostri ambasciatores de tota continentia suprascripte partis, mandando eis, quod in his, in quibus eis apparuerit favorem dicti domini Branche episcopi ambasiatoris apostolici posse esse intentioni nostre dominationis utilem et proficuum, possint si et in quantum eis videbitur operari dictum oratorem apostolicum pro bono et comodo agendorum nostrorum; et tam operando eum quam non, nichilominus cum bonis et amicabilibus verbis ostendant habuisse mandatum a nobis, secundum quod in suprascripta parte continetur, visitando eum et demonstrando capere confidenciam de eo in his, de quibus ipsis ambasiatoribus videbitur, sicut de prudentia ipsorum oratorum nostrorum plene est confidendum atque sperandum, quia sunt plene informati de his, que possunt redundare in bonum et comodum agendorum nostrorum et materie sibi commisse.

Similiter scribatur de altero ambasiatore attinente domini Piponis, qui credentiales litteras nobis apportavit pro parte domini pape, et se obtulit ad nostra beneplacita operari cum dicto domino Pipone: quod dicti nostri oratores, si eis videbitur, ostendant capere confidentiam et accipere favorem suum in his, que eis videbitur posse confidere de eo in factis eis commissis. De parte omnes alii, non 2, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 141, u mlet. arkivu.

CXII. God. 1410. 30 listopada, u Mletcih.

Opet se pozivlju Dubrovčani, neka nastoje, da njeki mletački trgovci budu odštećeni za ono, što jim Petar Lukarević duguje.

1410. die 30 octobris. Capta. Cum providus vir Ludovicus de Saffignano notarius noster, nuper missus ad regimen Ragusii occasione absentationis facte per Petrum Lucari civem deinde, qui fugiens asportavit multos denarios, bona et havere nostrorum civium fidelium et subditorum, rescripserit nobis, quod ad ea, que ipse noster notarius explicaverit de nostro mandato dicto regimini in favorem nostrorum, habuit responsum hec verba, videlicet, quod si noster notarius volebat uti aliquo iure contra Petrum Lucari civem suum, deberet comparare coram suo rectore, qui sibi ministraret iuris et iustitie debitum complementum, et quod ista erat eius finalis responsio; et sicut continetur in litteris nostri nuncii, nichil aliud potuerit habere nisi responsionem predictam, que est de verbis et cum pauco honore nostri dominii, nam per ipsum comprehendi potest, quod non habeant animum neque voluntatem de satisfaciendo civibus et fidelibus nostris, faciendo parvam mentionem de conclusione sibi facta fieri per nos. Insuper simus informati ab ipso nostro notario, quod de argento Raguseis retento alias per comitem nostrum Scutari,

quod sibi restitui ordinavimus, rector predictus pro subveniendis stipendiariis nostris retinuit libras V centum vel circa et aliud totum restituit, propter quod bonum est et racionabile dare subventionem et favorem nostris tam malitiose damnificatis, precipue quia sensimus, dictum Petrum Lucari et eius patrem fore ditissimos; vadit pars, quod pro favore nostrorum subditorum provideatur, et usque nunc captum sit, quod totum dictum argentum retentum per nostrum rectorem sive valor vel pretium ipsius debeat retineri et conservari sequestratum et intromissum nomine nostri dominii per illum modum, qui melius videbitur; ita quod de ipso nichil detur Raguseis nec de valore vel pretio ipsius, in casu quo fuisset distributum in solutione stipendiariorum vel in aliis expensis, quousque dominatio nostra disponet, quid sit agendum in dicto facto; de quibus omnibus informari debeant nostri rectores, et hoc mittatur executioni.

Preterea debeat scribi dicto notario, quatenus receptis presentibus debeat comparere coram regimine Ragusii, et sibi dicere, quod audivimus et intelleximus responsionem per ipsum regimen factam dicto notario, quam non sperabamus esse debere in tali forma verborum, nam per illam potest comprehendi, quod non habeant animum neque voluntatem satisfieri faciendi civibus et fidelibus nostris, quod cedit ad modicum honorem nostri dominii et damnum maximum et iacturam fidelium nostrorum, contra quos habito respectu, quantum maliciose et inhonesto modo suus civis aufugit, regimen predictum debuisset et deberet providere et facere integraliter satisfieri civibus et fidelibus nostris, qui tantam confidentiam manifeste capiebant de cive suo, qui et pater sunt ditissimi in maxima quantitate pecunie et haveris et possessionum. Reducendo sibi ad memoriam, quod bene sciunt, qualiter sui cives bene videntur et favore propitio tractantur in civitate et locis nostris et sub favoribus nostris et securitate custoditi in mari, sicut notorium est. Et propterea debeat notarius noster ipsum regimen hortari et requirere, ut velit sine ulteriori damno et longitudine temporis providere ad satisfactionem plenariam dictorum fidelium nostrorum contra civem suum vel eius bona quecumque, compellendo ipsum aut tenendo modum, quod concordetur cum fidelibus nostris suis creditoribus; quod si facient, fatient debitum et honorem suum et rem, que nobis placebit. Si autem notarius noster videret, quod prefatum regimen perseveraret in sua responsione, et non provideret, ut dictum est, tunc dicere debeat notarius noster, quod sint certissimi ipsi rectores Ragusenses, quod non poterimus aliter facere cum honore nostro, qui sumus debitores fovere subditos nostros, quam providere ad indemnitatem nostrorum per illos modos et vias, quas terra nostra consuevit facere in similibus casibus contra alias communitates et dominos, ita quod subditi nostri habebunt omnino satisfactionem et emendam damnorum suorum. Et dictis predictis verbis, si aliud non posset habere, debeat accepto commeatu venire Venetias de omnibus informatus.

Et usque nunc captum sit, quod habita primo responsione ab ipso regimine, in casu quo non faceret satisfieri nostris fidelibus, ut est dictum, quod postea debat provideri de dando represaliam dicte communitati et civibus Ragusii per illum modum, qui videbitur collegio et officialibus

deputatis ad talia per formam ordinum nostrorum. De parte 45, de non 5, non sinceri 9.

Misti. Vol. 48 p. 187 tergo, u mletačkom arkivu.

CXIII. God. 1310. 4 studenoga, u Mletcih.

Upućuje se poslanik nalazeći se u Dubrovniku, da zahtieva još neku odštetu.

1310. die 4 novembris. Capta. Cum pridie captum foret de scribendo Ludovico de Saffignano notario nostro in partibus Ragusii, quatenus deberet comparere coram regimine deinde propter absentationem factam de Petro de Lucaris fugitivo, et notificare nostram intentionem, que est, quod civibus, subditis et fidelibus nostris fiat debita satisfactio eius, quod habere debent a dicto Petro Lucari, sicut continetur in parte capta, et sint etiam infrascripti tres cives Ragusei, qui sunt fugitivi, et a quibus infrascripti nostri nobiles et cives habere debent multam pecunie quantitatem, de quibus nulla facta fuit mentio; vadit pars, quod similiter committatur Ludovico notario nostro, quatenus procurare debeat, quod per dictos suos tres cives fugitivos fiat debita satisfactio nostris civibus habere debentibus, aut quod dicti sui concordentur cum nostratibus, secundum quod commissum est nostro notario de alio debitore cive suo Raguseo Petro de Lucaris. Quod si fiet, facient rem nobis placidam; quando autem non providerent, noverint, quod non poterimus aliter facere quam providere.

Jacobus de Bona, Matheus de Radeno, Michael Lucii, fugitivi. Ser Petrus Venerio, ser Andreas de Priolis et socii, damnificati. De parte omnes alii, de non 8, non sinceri 7.

Misti. Vol. 48 p. 118, u mlet. arkivu.

CXIV. God. 1410. 7 studenoga, u Mletcih.

Naredbe na pomorske načelnike u pogledu Šibenika i njihovih brodova.

Sapientes consilii et ordinum. Quod scribatur capitaneo nostro culphy et provisori nostro Sibinici in hac forma:

Recepimus et plenarie intelleximus quam plures litteras vestras nobis presentatas per nobilem virum Laurentium Pasqualigo supracomitem unius galearum Crete misse per vos Venetias iuxta nostrum mandatum, quarum continentia et tenore examinatis, et considerato tempore yhemali supervento et magnis expensis, quas habemus de tot galeis, quas habemus in partibus illis, cum nostris consiliis rogatorum et additionis providimus, vobis mandantes, quod debeatis convocare supracomitos galearum et galeotarum et dominum Ludovicum de Buzacharinis, Tadeum marchionem, nostros ingenerios et alia capita et personas fidas et discretas, que nobis videbuntur, et eis exponere et dicere parte nostra, quod cognoscimus labores, quos passi sunt, et approbatam fidelitatem suam, qui nos obligant stricte ad honores et comoda sua, certissimi, quod perserverabunt letanter, et facient voluntatem et intentionem nostram,

que est, manutenere et posequi impresiam nostram. Sed considerato tempore yhemali supervento, quia non potest campicari cum potenti exercitu nec per terram nec per acquam, deliberavimus reducere negotia nostra deinde in forma et expensa convenientibus ut suo loco et tempore possimus, si fuerit necesse, potentius debellare inimicos nostros, licet credamus, quod hoc non erit necesse, quia indubie tenemus, quod Sibinicenses non expectabunt illud tempus rationibus et causis, que deinde ita bene cognosci et videri possunt sicut de hinc et melius, nec ullo modo res ista potest esse longa, ita quod dicti nostri capitanei et conductores et dicte nostre gentes possunt et debent stare cum bono conforto et virili et leto animo, quia consequentur ex hoc magnum honorem et tale premium a nostro dominio, quod cognoscent grato dominio servivisse; utendo his et aliis rationibus et verbis hortativis, que necessaria vobis videbuntur; declarando eis, quod omnino volumus, quod teneatur, conservetur et custodiatur bastita nostra posita in loco dela Magdalena, et ipsa et turres fortificentur quantum plus fieri potest, et quod ad custodiam bastite stent gentes nostre armigere, que ibi sunt, et omnes pedites et provisionati per nos missi, et turres fulciantur de bonis et fidis capitibus et de bona et fida custodia in numero sufficienti de ballistariis et peditibus nostris deinde, et fulciantur dicte turres et dicta bastita de victualibus et omnibus munitionibus, quatenus melius fieri potest, et manuteneatur devetus factus contra Tragurinos. Per aquam autem volumus, quod remaneant etiam deinde ad custodiam turrium et bastite et ad obedientiam vestri provisoris due galee nostre de Creta, ille que ultime armate fuerunt in Creta videlicet Pollona et Mudaza et galeota Jadre, et quod alie due galee de Creta veteres, videlicet Pasqualiga et Rogeria licentientur, et vadant ad disarmandum, et vos capitaneus cum vestra galea et galea Miana et cum ambabus galeotis Barbara et Minia redeatis Venetias ad disarmandum, quia subito applicatis Venetias dictis galeis et galeotis providebimus de armando eas de frisca et nova gente, et eas mittemus ad illas partes. Et si galeota Jadre esset disarmata, volumus, quod de novo armetur, et veniat ad partes Sibinici. Etiam providebimus tam pro gentibus et peditibus quam pro galeis, que remanebunt deinde, de tempore in tempus de pecunia pro eorum subventione et de vestibus et calciamentis, lignamine et aliis opportunis, que in partibus illis reperiri non poterunt. Et propterea vos capitaneus culphi, dato et facto suprascripto conforto et conferimento inter vos deinde, et dato consilio et parere vestro super fortificationibus predictis nostro provisori, debeatis, ut dictum est, sine dilatione exequi suprascriptum mandatum in his, que ad vos spectant. Et licet speremus, quod iam comprehendistis galeam et galeotam Sibinicensium, si hoc non fecissetis, et videatis hoc fieri posse ante recessum vestri capitanei culphy deinde, hoc nobis multum placeret et esset factis et intentioni nostris non parvum comodum, sicut bene cognoscitis. Vos vero provisor debeatis facere et exequi omnes illas fortificationes et provisiones, que necessarie erunt ad bonam custodiam et securitatem turrium et bastite. In quibus turribus nolumus, quod stare nec habitare debeat aliquis Sibinicensis vel alius Dalmatinus; operari tamen etiam debeatis de gentibus et peditibus nostris predictis et duas galeotas Crete, que remanebunt, et galeotam Jadre ad continuum

stimulum et offensionem inimicorum omni die quantum plus poteritis, habendo super omnia principaliter bonam advertentiam ad custodiam et conservationem turrium et bastite et ad securitatem galearum. Debeatis etiam vos provisor sepe revidere gentes, provisionatos, ballistarios et pedites nostros, et cassari inutiles et insufficientes, denotando et informando nos de omnibus, que feceritis et sequenter, ut providere possimus prout nobis videbitur opus esse. Et in predictis fortificationibus et aliis deliberandis et exequendis debeatis participare etiam cum domino Ludovico de Buzacarinis et aliis capitibus, que sunt deinde pro honore et conforto suo. Mittatur vero hoc nostrum mandatum subito per unam barcham, et postea replicatur per galeam Pasqualigam, que est hic. Et ad cautelam mandamus vobis capitaneo culphy, quod non obstante, quod ista galea Pasqualiga, que est hic, non redivisset illuc, debeat recepto presenti mandato per barcham predictam licentiare galeam Rogeriam de Creta, et vos cum vestra galea et galea Miana et duabus galeotis de Venetiis reverti Venetias ad disarmandum, dimittendo in partibus Sibinici, ut superius est dictum, duas galeas ultimo armatas in Creta, videlicet Mudazam et Bollanam, ad obedientiam vestri provisoris, similiter galeotam Jadre, et si dicta galeota Jadre esset disarmata, provideatis et ordinetis cum nostris rectoribus Jadre, quod dicta galeota de novo armetur, et vadat ad partes Sibinici, ut est dictum.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 142, u mletačkom arkivu.

CXV. God. 1410. 8 studenoga, u Mletcih.

Naputak načelnikom zadarskim u poslu nabave tvrdjave Ostrovičke.

1410. die octavo novembris. Ser Nicolaus Victuri, ser Antonius Contareno sapientes consilii; ser Johannes Caresini, ser Angelus Venerio, ser Lucas Truno sapientes ordinum. Capta. Quod respondeatur rectoribus nostris Jadre ad litteras suas nobis missas super facto Ostrovize in hac forma videlicet:

Recepimus et intelleximus litteras vestras datas Jadre XX octobris elapsi, quibus scripsistis inter cetera castellanum Ostrovize de novo misisse unum alium suum nuntium Jadram ad dominum Guidonem de Matafariis, qui habet multam familiaritatem cum Sandali, oo preceptum, quod idem castellanus habet a dicto Sandali domino suo, et ipsum nuntium dixisse, quod dictus castellanus considerata conditione domini sui, et qualiter facta sua cedunt, timens ne castrum illud sibi auferatur aliunde, libenter exiret de eo; subiungens, quod si nostra dominatio vellet condescendere ad solvendum pretium congruum, nobis potius daret quam alicui alio. Ad que idem dominus Guido, ostendens a se loqui, habuit dicere et petere, pro quanto pretio ipsum castrum daret, et nuntium respondisse, quod habendo illud pro ducatis decemmillibus esset bona conditio, sed prout comprehenditis, illud daret pro multo minori pretio; vidimusque et audivimus rationes et causas vos moventes ad hortandum nostrum dominium ad accipiendum illud, in casu quo haberi possit pretio competenti, concludentes, quod dictus dominus Guido, qui ipsum castrum tenuit per annos quatuor, vobis pro certo asseruit, quod ultra expensam,

quam faciebat in custodiendo illud videlicet in peditibus XXIIII, superlucrabatur singulo anno ducatos octingentos etc. Verum quia quum pridie nobis scripsistis de hoc, habentes istud factum cordi occasionibus vobis notis, cum nostris consiliis rogatorum et additionis vobis ordinem dedimus et mandatum nostrum, quod mediante divina gratia et utilibus et sapientissimis modis et provisionibus vestris credimus iam votivam conclusionem habuisse. Tamen nunc auditis supradictis vestris litteris, et affectantes, quod castrum illud perveniat ad manus nostras causis et occasionibus vobis notis; considerantes, quod quantitas pecunie vobis concesse posse promitti pro ipso castro de Zovi, posset esse nimis parva respectu eius, quod iam dixit et requisivit idem nuntius; confidentes immense de virtute, fidelitate et sapientia vestra, cum nostris consiliis rogatorum et additionis confirmantes et approbantes primum nostrum mandatum vobis factum pro habendo possessionem et tenutam dicti castri nomine nostri dominii, ac libertatem, quam habetis in promittendo pro illo in omnibus prout iacet, damus vobis libertatem et arbitrium, quod, si facta prius omni experientia possibili de obtinendo nostram intentionem secundum libertatem vobis traditam, non possetis obtinere cum summa et quantitate vobis concessa, possitis promittere et convenire ad solvendum pro habendo ipsum castrum cum munitionibus in illo existentibus ad partem ad partem usque ad quantitatem ducatorum quinque millium in totum solvendorum habita possessione et tenuta dicti castri, prout in aliis nostris mandatis continetur. Si vero idem castellanus secundum occurrentia attenderet solummodo ad habendum favorem vestrum, quod non credimus attentis his, que iam dixit nuntius suus, debeatis exequi et facere, prout in aliis nostris mandatis distinctius continetur. De parte 42, die non 11, non sinceri 5.

Facta littera dicto die octo novembris.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 142 tergo, u mlet. arkivu.

CXVI. God. 1410. 19 studenoga, u Mletcih.

Providur izabran za Šibenik neka 23 odputuje.

1410. die 19 novembris. Capta. Quod mandetur ser Jacobo Dandulo ituro provisori ad partes Sibinici, quod sub pena ducatorum centum auri ipse debeat ire cum presenti galea Pasqualiga, que debet recedere hinc die dominico XXIII presentis ad offitium et locum sibi commissum, eundo dicto die dominico ad dormiendum in galea predicta. De parte omnes alii, de non 1, non sinceri 1.

Misti. Vol. 48 p. 186, u mletačkom arkivu.

CXVII. God. 1410. 21 studenoga, u Mletcih.

Mletčani traže način, da si dobiju kninsku tvrdjavu. Zadranin neka podje za načelnika Drivasta.

1410. die vigesimo primo novembris. Capta. Quia castrum Tenini est ille locus in partibus circumstantibus Dalmatiam, qui est nobis uti-

lior et magis necessarius, quam aliquis alius locus, quia est principalis clavis et passus possendi venire in Dalmatiam et obstandi velentibus damnificare Dalmatiam, ymo est situatus in tali forma et loco, quod si esset in manibus nostris, vel castellanus esset noster amicus, Fragurinos et Sibenzanos omnino oporteret facere voluntatem nostram, aliter per illam viam mediantibus nostris viribus sequeretur destructio eorum. Et alias in principio, quando habuimus Jadram, habebamus partitum pre manibus de habendo dictum castrum, sed non fuit tunc bene cognitum; et postea castellanus, videns nos non attendere, se concordavit cum rege Hungarie. Nunc vero, quod audivimus, quod castellanus Tenini est in discordia cum rege Hungarie et aliis deinde, bonum est ymo omnino necessarium pro conservatione status nostri in partibus illis attendere et vigilare ad reducendum dictum castellanum Tenini ad amiciciam et benivolentiam nostram, ut secundum occurentia possimus facere ea, que sint nobis utilia et accomoda. Propterea scribantur suprascripta rectoribus nostris Jadre, mandando eis, quod sapientie sue provideant et teneant suo posse omnem modum eis possibile de faciendo nobis amicum dictum castellanum Tenini, et si facere poterunt, quod promittat non dare favorem Sibenicensibus. Et responsiones dicti castellani, si quid forte diceret et apperiret de facto dicti castri dandi nostro dominio, et de his, que forte diceret velle a nobis, debeant dicti nostri rectores nobis significare particulariter et distincte, dando ei audientiam ad ea, que diceret et peteret, et stando in tractatum secum pro bono et comodo agendorum nostrorum, nos continue informando, ut providere possimus, prout nobis videbitur opus esse. De parte omnes alii, non 0, non sinceri 3.

Die suprascripto. Capta. Quod scribatur et committatur rectoribus Jadre, considerato, quod rector noster, existens in Drivasto, refutavit, quod debeant eligere et mittere in potestatem Drivasti unum de fidelibus nostris Jadre, qui appereat eis sufficiens, fidus et bene meritus, et stare debeat in dicto regimine duobus annis, et tantum plus, quantum successor suus illuc distulerit applicare, cum salario ducatorum ducentorum in anno, tenendo duos equos et duos famulos suis salario et expensis, dando plezariam, sicut faciunt nostri nobiles, qui vadunt in regiminibus.

Secreta consilii rogatorum IV 145, u mlet. arkivu.

CXVIII. God. 1410. 2 prosinca, u Mletcih.

Zapoviednik galije i providur za Šibenik neka se još ove noći stave na put.

1410. die 2 decembris. Capta. Quia iam pluribus diebus expedita est galea Pasqualiga et similiter ser Jacobus Dandulo iturus provisor ad partes Sibinici cum omnibus agendis sibi pertinentibus et spectantibus, et bonum sit dare materiam, quod ambo ipsi non stent ad perdendum tempus, sed vadant ad exequendum sibi commissa; vadit pars, quod committatur supracomito galee et similiter provisori predicto, quatenus sub pena librarum V centum debeant se reducere ad galeas et confinari hoc sero, et ire cum galea ad littus, ut hac nocte recedant, si tempus aderit, et vadant ad viagia sua; ad ulterius debeat ipse supra-

comitus levare Petrum Rubeum scribanum camerariorum cum suis arnesiis et rebus. De parte 58, de non 18, non sinceri 2.

Misti. Vol. 48 p. 191 tergo, u mlet. arkivu.

CXIX. God. 1410. 30 prosinca, u Zadru.

Odobrava se nabava Ostrovice i odredjuje se, kako da se za to potrebiti novci pronadju.

1410. die trigesimo decembris. Sapientes consilii. Quod scribatur rectoribus Jadre, commendantes suam sapientiam et solicitudinem, quod placent nobis promissio pecunie facta per eos dicta de causa, et alia, que fecerunt super inde; sed quia omnino est necesse prestissime mittere Jadram pecuniam opportunam pro factis nostris, vadit pars, quod consiliarius mensis ianuarii proximi teneatur et debeat omnino recuperasse et adunasse pecuniam opportunam pro facto castri Ostrovicz usque medium dicti mensis ianuarii, ita quod ad dictum terminum habeatur et mitti possit ad partes Jadre. Et dicta pecunia omnino coadunetur de primis denariis, qui venient ad camerarios nostri comunis, et qui possunt expendi in talibus negotiis. Et si dictus consiliarius noster contrafecerit, vel aliquis ex aliis consiliariis vel sapientes obstabunt vel ordinabunt pecuniam expendi, vel dari in aliqua alia re, vel ponent partem in contrarium, quilibet talis contrafaciens cadat in ducatis centum pro qualibet vice, que pena committatur inquirenda et exigenda per advocatores comunis, habendo partem ut de aliis sui officii. De parte 59, non 6, non sinceri 4.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV, p. 147 tergo, u mlet. arkivu.

CXX. God. 1411. 5 siečnja, u Mletcih.

Sandalj imenovan za mletačkoga plemića.

1410. indictione IV, 5 ianuarii. Privilegium magnifici et potentis domini Sandalli, magni voyvode regni Bossine nec non domini aliarum terrarum maritimarum. Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris presens privilegium inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis excellentia in liberalitatis operibus tanto benignius consuevit personas honorabiles sibi devotas honoribus prevenire, ipsarumque fidem et devotionem dignis retributionibus compensare, ac ipsas dotalibus favoribus convallare, et ipsorum petitiones liberalius exaudire, quanto ducatui nostro devotiores fide et operibus se ostendunt. Unde cum magnificus et potens dominus Sandallus, magnus voyvoda regni Bossine nec non dominus aliarum terrarum maritimarum, semper fuit et sit dilectissimus et perfectissimus amicus nostri dominii, sicut promptis affectibus ostendit, qui in agendis ducatum nostrum et singulares personas ducatus eiusdem tangentibus promptum et devotum laudabiliter et incessanter se prebuit atque prebet, suplicationibus nobis sua parte porrectis graciosius annuentes, prefatum magnificum et potentem domiuum Sandallum

cum eius filiis et heredibus ad numerum et de numero nobilium nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum cum suis filiis et heredibus fecimus et facimus, atque pro nobile et de numero nobilium nostri maioris consilii in Venetiis et extra ubilibet esse volumus, ipsum sincere benevolentie brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis, imunitatibus et hono ribus quibuscumque, quibus alii honorabiles Veneti et cives nostri gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus magnificus et potens dominus Sandallus per suum procuratorem legitimum ad evangelia sancta dei soleniter fidelitatis debitum prestitit iuramentum. In quorum omnium fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri iussimus, et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo decimo, mensis ianuarii die quinto, indictione quarta.

Liber privilegiorum I. c. 168, u mlet. arkivu.

CXXI. God. 1411. 6 siečnja u Mletcih.

Novci za izplaćenje Ostrovice nabavljene u Sandala vojvode bosanskoga.

1410. die 6 ianuarii. Capta. Quia satis notum est pro agendis, que agere habemus in partibus Dalmatie, est de necessitate pro bono status nostri, ut fortificemus nos in partibus illis; et nuper habuimus in manibus nostri dominii castrum Ostrovize a magnifico Sandali, prout lectum est in hoc consilio et declaratum, quod castrum est clavis civitatis Jadre et illarum partium circumstantium, et oporteat, ut recuperemus ad presens ducatos V mille; vadit pars secundum quod captum est per quinque consiliarios et duo capita de quadraginta, quod iste libre XX mille misse de Tervisio possint accipi pro solvendo istos ducatos V mille et sicut in casibus opportunis est fieri consuetum.

Misti. Vol. 48 p. 194, u mlet. arkivu.

CXXII. God. 1411. 8 siečnja, u Budimu.

Sigmund ugar.-hrv. kralj nalaže svojim kapetanom, neka se neusude i ma koga zla počiniti Šibeničanom.

Preceptoria capitaneis Sici commorantibus, ne Sicensium bona et persone vexentur.

Sigismundus dei gratia Romanorum rex semper augustus et Hungarie etc. rex. Fidelibus suis nobili Petro de . . . capitaneo gentium nostrorum in Sibenico. Item viro magnifico Martino Ders alias defensorum nostrorum magistro ceterisque cunctis capitaneis, officialibus, gentibus et familiaribus nostris in eodem Sibenico nunc constitutis et in futurum constituendis salutem et gratiam. Fideles dilecti. Nostis utique et considerare debetis luculenter, quanta dispendia quantasve ruinas et depressiones fideles incole nostri Sibenicenses in observatione fidelitatis nobis debite et pro nostri regii honoris augumento hucusque tam in personis

quam in rebus constanter et intrepide protulerunt, toleranterque patientur etiam pro presenti; pro quo fidelitatem vestram requirimus seriose, eidemque firmissimo nostro regio damus sub edicto, quatenus prefatis incolis nostris de preacta Sibenico aut cuipiam ipsorum in personis, hereditatibus, domibus, edificiis et quibuscumque eorum rebus atque bonis nullum penitus preiudicium nullumque impedimentum seu maleficium inferre presumatis, quinimo eos et eorum quemlibet in huiusmodi eorum rebus, bonis, domibus, edificiis, hereditatibus et generaliter quarumlibet utilitatum, exemptionum, prerogativis, quibus freti fuerunt et gavisi, semper et ubique indemnes et ilesos tenere, protegere et modis omnibus conservare debeatis, secus pro nostra gratia nullatenus facere presumentes. Presentes autem sigillo nostro minori prout rex Hungarie utimur, fecimus consignare, quas post earum lecturam reddi iubemus presentanti.

Datam Bude feria tertia proxima post festum sancti Valentini martiris MCCCC undecimo.

Diplomatarium Sibenicense, u dvor. knjižnici bečkoj, rukopis 13461.

CXXIII. God. 1411. 8 siečnja, u Mletcih.

Kralju Francezkomu odgovaraju Mletčani, da burgundskomu knezu nisu nipošto dužni, a glede Dalmacije da su ju kupili od njezina vlastnika.

1410. die VIII mensis ianuarii. Ser Nicolaus Victuri, ser Gabriel Aimo miles, ser Leonardus Mozenigo, ser Antonius Contareno, sapientes consilii. Capta. Nuper regales literas vestras datas XI. mensis proxime lapsi suscepimus continentes, serenissimum dominum regem Sigismundum Hungarie etc, maiestati vestre notificasse emptionem Jadre et castri Aurane per nos factam, que loca vestra serenitas dixit censeri fore de proprio regno Dalmatie, et iddem regnum subditum esse corone Hungarie, et insuper nostrum dominium denegare solvere tam ipsi domino regi, quam illustrissimo domino duci Burgondie solutiones VII mille ducatorum etc. Asseritque vestra maiestas ex informatione nil dubium eidem adhibita, emptionem predictam contractu invalido fuisse initam, et nos conventionibus emanatis inter preclare memorie reges Hungarie et comune nostrum contravenisse. Ad reformationem et reintegrationem quorum rogatis et hortamini, si quid per nos vel nostrates in predictis attentatum est, per nos taliter provideri, quod prefatus rex, qui se offert iuri pariturum, habeat merito contentari, ut conventiones et amicitie inter partes perseverent, et evitentur pericula et dispendia, que nedum utrique parti sed toti christianitati cedere possent. Super quibus petit regia vestra maiestas responsionem et mentis nostre intentionem etc., prout in regalibus literis vestris distincte cavetur. Ad que respondentes dicimus, quod devota dilectio, quam semper ostendimus experientia operum erga omnes principes, duces, comunitates, magnates et proceres ac quoslibet alios francigenas et subditos corone Francie, qui per terras et loca nostra facere transitum ac nostris favore et consilio egerunt, nec non iustitia nostra et honestas servata in predictis, ac experientia visa de progenitoribus nostris et nobis in defendendo christianitatem ab infidelibus, nobis talis-

simam confidentiam prebent et indubiam spem, quod vestra maiestas non minus nobis quam aliis credere possit, et honorem et comodum nostrum propicius preservare, sub qua quidem fide et spe presentibus declaramus, quod salva reverentia et pace informantium vestram serenitatem, non invalido contractu nec iniusto titulo sed recte honeste et iuste emimus civitatem Jadre et castrum Aurane ac etiam alia loca et omnia iura totius Dalmatie cum pleno et vero dominio ab illo, qui vero et iusto titulo dominabatur Dalmatie, et potuit ipsam vendere et alienare; ob quam causam et quia ipsa Dalmatia prius fuit subdita nostro comuni Venetiarum quam regno Hungarie, ipsamque possedimus ad partem ad partem circa annos III centum XXXV, a prima vice videlicet ab anno currente VIIII centum LXXXXVIII, que ipsa comunitas Jadre existens in libera potestate sua nostro dominio sponte et voluntate se contulit atque dedit. Et ulterius ne ad alienas manus et potentiam, de qua non fuissemus bene contenti, perveniret, ad ipsius emptionem fuimus promptiores. Ad factum vero solutionis VII mille ducatorum, dicimus, quod pro censu vel iure census alicui nunquam fuimus nec sumus in aliquo obligati, sed verum est, quod tempore recolende memorie serenissimi domini regis Ludovici Hungarie etc. cum sua maiestate ad aliquas conventiones et pacta devenimus, per quas et que primo certas promissiones et obligationes nobis fecit observandas in partibus Dalmatie et alibi. Et exinde tunc promisimus dare regno Hungarie ducatos VII mille annuatim etc. Et donec regnum Hungarie potuit observare et observavit promissa nobis, eidem observavimus et fecimus predictas solutiones. Sed quia ab aliquibus annis citra dictum regnum Hungarie non potuit observare nec observavit, nec ad presens observat, nos habemus indubie non teneri nec obligatos esse ad solutionem VII mille ducatorum. Et si regno Hungarie, quod principale esset in hoc facto, non tenemur, consequenter quanto minus illustrissimo domino duci Burgondie, ad quem dominum ducem, non quia in aliquo sibi teneamur, sed quia senseramus, suam excellentiam non veram informationem habuisse de predictis, et asserebatur, ipsum velle nobis alienare iura C mille ducatorum sibi seu Dino Ramponi debitorum per regnum Hungarie. Et pro perseverando in dilectionem, que semper viguit et vigebit, deo dante, inter suam excellentiam et nos, misimus nostrum oratorem ad eandem ad informandum eum de veritate, ut dictum est, et ad tractandum certam conventionem secum in complacentiam suam, cuius conventionis, licet in nichilo obligati sumus, pro nobis non defecit conclusio, nec etiam nunc deficit parte nostra in forma et modo expressis domino duci predicto per nostrum ambaxiatorem. Quibus consideratis et bene ponderatis non credimus, illustrissimum dominum ducem Burgondie de nobis in aliquo se gravari, nec posse gravari. De inclito vero domino rege Sigismondo, quia talia notificaverit vestre serenitati et in tali forma, non possumus non mirari causis suprascriptis, quas sua sapientia novit omnes veras esse; ultra que iura et honestates nostras nobis videtur licitum et expediens pro favore honoris nostri dominii rememorare vestre maiestati benefitia collata regno Hungarie, inter alia temporibus retroactis; nam, ut bene novit prefatus dominus rex Sigismundus, in necessitatibus regni, et quando amicos paucos novit, nos cum toto mentis fervore ac galeis et gentibus nostris serenissimas dominas reginas, matrem

et filiam, captivatas, obtinuimus reduci ad pristinam libertatem, ubi nisi deus et nos fuissemus, mortue extitissent. Et nisi tunc liberatio predicta secuta esset eo modo, quo per operationem, pugnam et artem nostrarum gentium fuit, proposueramus de nostra pecunia expendere non modicam quantitatem. Scit etiam dictus dominus rex Sigismundus, quantum egit capitaneus noster galearum in honorem sue serenitatis, et illam conducendo et barones suos cum galeis nostris post conflictum a Turchis cum plena securitate et honorabiliter ad terras suas et comodo, et in quibus terminis extitisset et cum quanto expresso periculo personarum ad propria remeandi, nisi fuisset deus et capitaneus supradictus. Alias autem plurimas complacentias sibi fecimus, quas causa breviatis omittimus. Que quidem narravimus, non pro exprobrando servitia nostra, sed quia nobis non videtur mereri aliquam infamiam specialiter per regnum Hungarie apud vestram regiam maiestatem nec aliquem alium principem vel dominum mundi. Apud predicta etiam necesse est vestram maiestatem scire, quod ipse serenissimus dominus rex Sigismundus et nostra dominatio cognoscentes opus esse et hoc facere pro regno Hungarie et pro nostro dominio, quod utraque pars vivat insimul amicabiliter et pacifice tam respectu obstaculi et depressionis infidelium, quam etiam respectu conservationis fidei chatolice, ordinatus fuit accessus nostrorum solemnium ambaxiatorum ad presentiam dicte maiestatis Hungarie, ut inveniretur modus pacificus et quietus nedum pro conservatione sed augmentatione amoris vigentis inter partes. Et denique de contentamento utriusque partium fuit conclusum, quod ipse serenissimus dominus rex S. et nostra dominatio mitterent utraque pars suam ambaxiatam al presentiam summi pontificis, qui esse debeat amicabilis interpositor concordii inter partes. Et cum sciverimus, ambaxiatam suam applicuisse ad has partes, nostra subito parata accelerabit iter suum ad pedes apostolicos causa suprascripta. Ex quibus quidem grandis sapientia vestre maiestatis potest concipere, cum quanta honestate, sano consilio, iusta deliberatione et pacifico animo processimus in predictis. Altissimus enim vestram serenissimam regiam maiestatem conservet et augeat feliciter per tempora longiora.

Secreta consilii rogatorum IV, u mlet. arkivu.

CXXIV. God. 1411. 10 siečnja, u Mletcih.

Naputak za poslanika idućega u Zadar, da izplati 5000 duk. za Ostrovicu.

1410. die 10 ianuarii. Commissio viri nobilis ser Luce Truno destinati ad nonullas partes.

Nos Michael Steno dei gratia dux Venetiarum. Committimus tibi nob. viro Luce Truno dilecto civi nostro, quatenus de nostro mandato ascendere debeas et ire cum galea presenti armata ad culfum, cuius est supracomitus nobilis vir ser Johannes Mauroceno, ad partes Jadre, ubi debeas esse cum rectoribus nostris deinde et plenissime informari de modis tenendis et observandis erga illum castellanum, qui dedit in manibus rectorum castrum Ostrovize; notificando rectoribus ipsis, quod habes pecuniam tecum videlicet ducatos V mille pro dando et numerando ipsam in illo loco et illis personis, ubi et quibus id fieri debet iuxta conven-

tiones initas. Et propterea sic te offers facere, recordando sibi, quod si de ipsa pecunia aliquid defalcari debet pro munitionibus vel aliis iuxta scriptiones ipsorum rectorum, sic debeas observare, exequendo postea in levando castellanum et archidiaconum cum sotiis, et conducendo ad castrum nominatum Novi citra civitatem Cathari ad expensas nostri communis. Et ibi presentando te et loquendo cum Sandali, si ibi erit, sin autem illis suis deputatis et constitutis, qui erunt pro ipso, et sic in totum observando secundum informationem et noticiam tibi datam proprie a rectoribus suprascriptis; habendo advertentiam, quod in dessignatione pecunie habeas quietationes et alias cautelas necessarias et opportunas, secundum quod discretioni tue videbitur convenire, quia ille fieri poterunt in Jadra in publicam formam, et castellanus portabit eas, ita quod poterunt dari tibi, dum pecuniam assignabis. Preterea presentabis dicto Sandali privilegium citadinantie et nobilitatis Venetiarum, quod sibi mittimus bulla aurea communitum, portando sibi salutationes parte nostri dominii, et offerendo nos cum bonis et convenientibus verbis ac faciendo, quod prestet sacramentum fidelitatis et legalitatis erga nostrum dominium, ut est moris; aut quando ibi non foret, quod habentes commissionem ab eo hoc in animam suam faciant atque iurent.

Dum expeditus autem fueris a predictis debeas cum galea predicta ire ad partes Messane etc.

Misti. Vol. 48. p. 207 tergo, u mlet. arkivu.

CXXV. God. 1411. 12 siečnja, u Mletcih.

Mletčani kore obćinu spljetsku i spljetskoga vojvodu Hrvoja, što živežem obskrbljuje Šibenik.

1410. die 12 ianuarii. Capta. Quia habetur sentimentum, quod illi de Spalato dederunt et dant aliquod subsidium specialiter victualium illis de Sibinico, quod est cum non modico preiuditio agendorum nostrorum; vadit pars, quod committatur nobili viro ser Luce Truno, quod ire debeat Spalatum ad regimen dicte terre cum nostris litteris credentialibus, et sibi exponere, qualiter sensimus, quod per ipsos data est certa subventio et favor illis de Sibinico, cum quibus fuimus et sumus in guerra, de quo valde miramur, et tanto magis, quanto nos tenebamus et tenemus magnificum dominum ducham Crevoyam dominum suum in fratrem et benivolum carissimum et ipsam communitatem Spalati in dilectissimos amicos, et sperabamus habere ab eis favorem considerata benivolentia et amore predicto; rogando dictam communitatem et rectores Spalati, quod taliter provideant, quod de cetero non detur talis vel similis subventio nec aliquis favor dictis Sibenzanis cum tanto nostro preiudicio et interesse cum illis verbis et rationibus utilibus, que dicto ser Luce Truno congrue et necessarie videbuntur, quia talia certissimi sumus displicebunt domino suo duche Crevoye, et nostro dominio sunt valde molesta.

Et scribatur etiam super ista materia prefato duche Crevoye in illa forma et cum illis verbis, que necessaria videbuntur, ut de cetero tales favores et subventiones dictis de Sibinico non prebeantur.

Item scribatur comiti Johanni de Cithines de his, que sensimus et videmus fieri per eum contra nos et statum nostri dominii in favorem dictorum de Sibinico, de quo multum miramur et gravamur maxime, quia est civis noster et a nobis nunquam nisi amorem et benivolentiam habuit, et etiam habet in Venetiis aliqua bona. rogando ipsum, quod se abstineat a talibus, et non velit esse contra nostrum dominium, a quo potest plus sperari quam a Sibenzanis vel aliis, ad quorum instantiam talia facit, et circa hoc scribatur dicto comiti Johanni cum illa instantia et cum illis verbis ac convenientibus rationibus, que nostro dominio videbuntur, pro bono et comodo agendorum nostrorum. De parte 93, de non 4, non sinceri 6.

Preterea apud alia damna et violentias factas nostratibus committimus tibi, quatenus procurare debeas similiter apud dominam reginam etc.

Misti. Vol. 48 p. 208 tergo, u mletačkom arkivu.

CXXVI. God. 1411. 15 siečnja u Mletcih.

Mletčani po poslaniku uvieravaju Dubrovčane, da oni nekane predobiti njihova grada.

1410. die XV ianuari. Dominus, ser Stadius Caucho, ser Nicolaus Delphino consiliarii, ser Leonardus Mocenigo sapiens consilii. Cum per reditum providi viri Alvisii de Safignano, qui fuit ad partes Ragusii, habitum et sentitum sit, quod quamplures ex illis civibus Ragusii, colloquentes secum dicere habuerunt hec verba, quod nostra dominatio melius stabat et meliorem fructum ac meliorem utilitatem percipiebat de civitate Ragusii hoc modo, quam si foret sub dominio et potestate nostra. Sentitum etiam est, et ita est rei veritas, quod illa comunitas fieri facit multas fossas sub terra pro conservatione frumenti, et facit quotidie cavari fossas civitatis et multa alia, per que evidentissime comprehendi potest et considerari, quod dubitent de nobis et nostro dominio, et quod istud sit verum, satis declarant illa, que habita sunt per virum nobilem ser Petrum Miani per viam Avalone et a domino dicti loci, cui videtur ipsos Raguseos scripsisse vel oretenus dici fecisse, quod sit provisus factis suis et statui suo, nam sentiunt, quod intentio dominii nostri est, posito fine factis Sibenici attendere ad damna eorum et dicti domini, et ad sumittendum eos nobis et nostro comuni. Et utilis ac res sapiens sit, non habentibus nobis istam intentionem et dispositionem, sicut non habemus, tenere modum toto posse de removendo et extrahendo hoc de mente Raguseorum predictorum quantum fieri potest, ut viventibus illis in ista suspicione et timore, non se disponerent ad faciendum de provisionibus, que nobis damnose et inutiles esse possent; vadit pars, quod committatur viro nobilis ser Luce Truno consuli nostro Tunisii et oratori ad partes Sicilie, quod cum nostris literis credencialibus, que sibi fieri et dari debeant, studeat, expeditus de aliis factis sibi commissis in in partibus inferioribus, se poni facere ad illam civitatem Ragusinam et cum predictis nostris literis comparere coram regimine dicte terre, cui portabit parte nostra amicabiles et caritativas salutationes, offerendo nos

et nostrum dominium ad quelibet concernentia honorem et bonum statum suum et dicte civitatis tanquam carissimorum amicorum et vicinorum nostrorum. Subsequenter exponat, quod in diebus preteritis nostra dominatio portavit et portat displicentiam satis grandem, quia informata fuit et est, quod per non nullos maliloquos, et qui non diligunt nostrum dominium neque suam comunitatem, nec ad alia vigilant, quam discordias seminare, voluit dari eis ad intelligendum, quod intentio et dispositio nostra non est bona neque sincera versus eos et suam comunitatem, ymo intendimus, posito fine factis Sibinici, nos movere contra dictam comunitatem et molestare statum suum. Et licet cognoscamus in eis tantam sapientiam vigere, quod talibus verbis fidem aliquam non preberent, maxime procedentibus a maliloquis et zizaniarum ac scandalorum seminatoribus, tamen deliberavimus eum ad presentiam suam mittere, ac ipsis facere manifestum, quod tale propositium nunquam animum aut nostram mentem intravit, quia progenitores nostri, quorum vestigia totis spiritibus imitamur, non sunt assueti talia facere vel cogitare, ymo intentio nostra et firmum propositum nostrum est habere et tenere ipsos et comunitatem suam in nostros singulares amicos et bonos filios et vicinos, et ita videbunt operis per effectum, non dubitantes, ymo a certo tenentes, quod ipsi facient nobis bonam viciniam, et vivent et portabunt taliter se nobiscum et cum terris et aliis locis et subditis nostris, quod habebimus causam et materiam habendi ipsos de bono in melius recommissos et in carissimos filios et amicos; utendo predictis et similibus verbis, secundum quod sapientie dicti ser Luce videbitur. Et facta dicta expositione, ac audita eorum responsione, sumpto amicabili comeatu, redeat ad galeam, et sequatur viagium suum, significando nobis omnia, que fecerit et habuerit ab eisdem pro nostra informatione. De parte 8, non 73, non sinceri 7.

Secreta consilii rogatorum IV, u mlet. arkivu.

CXXVII. God. 1411. 15 siečnja, u Mletcih.

O dugu, što je izplatiti morao njekomu mletčaninu bosanski kralj.

1410. die 15 ianuarii. Capta. Cum nobilis vir ser Fantinus Maripetro habere debeat, ut asserit, a serenissimo domino rege Hostoia Bossine etc. libras LXXXVII argenti finii pro pretio et solutione certorum pannorum sibi datorum iam annis sex elapsis ipso ser Fantino existente mercatore in partibus Bossine, quam solutionem tunc consequi non potuit nec habere dictus ser Fantinus, quia dictus rex Hostoia propter potentiam domini Charvoie de regno ipso fuit expulsus, nec ab inde citra aliquid habere potuerit. Et prelibatus dominus rex Hostoia de voluntate baronum Bossine in dicto regno sit reversus et specialiter Sandalli; vadit pars, quod committatur nobili viro ser Luce Truno ituro de nostro mandato ambasciatori ad presentiam Sandali, quod expletis factis principalibus, pro quibus mittitur, efficaciter rogare debeat et requirere dictum Sandalli parte nostri dominii vel locumtenentes suos, quod velit apud prelibatum dominum regem Hostoiam interponere favorabiles vices suas in favorem dicti ser Fantini pro satisfactione predictorum pannorum

suorum integre obtinenda adeo, quod debitam sasisfactionem integre consequetur. De parte 69, de non 0, non sinceri 0.

Misti. Vol. 48 p. 208 tergo, u mlet. arkivu.

CXXVIII. God. 1411. 22 siečnja, u Mletcih.

Daje se nadbiskupu spljetskomu provodnica na godinu.

1410. 22 ianuarii. Capta. Cum reverendissimus pater dominus archiepiscopus Spaleti suis laudabilibus operibus decentibus, nostri dominii intimus et devotus, habens ad partes urbis se conferre pro aliquibus suis negotiis peragendis, a nostro dominio cum instantia requisiverit salvumconductum; vadit pars, quod attenta devotione prefati domini archiepiscopi versus nostrum dominium, quamquam non esset expediens, quod eidem domino archiepiscopo cum tota familia sua concedatur salvusconductus in plena forma per unius anni spatium duraturum.

Misti XXXXVIII, u mlet. arkivu.

CXXIX. God. 1411. 10 veljače, u Mletcih.

Naputak poslanikom idućim k papi kao posredniku u razmirici medju Sigismundom i Mletčani radi Dalmacije.

1410. die decimo februarii. Ser Nicolaus Victuri, ser Gabriel Aymo miles, ser Leonardus Mozenico, ser Antonius Contareno, ser Benedictus Capello, ser Bartholomeus Nani sapientes consilii; ser Johannes Carexini, ser Laurentius Donato sapientes ordinum. Quod fiat commissio ambaxiatoribus nostris ituris ad summum pontificem in hac forma.

Capta. Nos Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus vobis nobilibus viris Antonio Mauro et Marino Karavello procuratoribus sancti Marci dilectis civibus nostris, quod de nostro mandato ire debeatis in nostros honorabiles ambaxiatores ad presentiam summi pontificis Joannis XXIII cum litteris credulitatis, quas vobis fecimus exhiberi, et sanctitati sue presentatis nostris litteris predictis et facta humili et devota recommendatione cum verbis pertinentibus et opportunis, prout consuetum est in similibus observari, eidem sue sanctitati exponere debeatis, quod existentibus inter serenissimum dominum Sigismundum regem Hungarie et nos nostrumque dominium ortis certis differentiis occasione emptionis dominii terrarum et locorum insularum Dalmatie et aliorum contentorum in venditione recte et iuste nobis facta per serenissimum dominum regem Ladislaum in nostrum dominium, cupiens pacem et quietem cum quibuscumque et potissime cum prefate serenissimo domino Sigismundo rege Hungarie, misit ad presentiam suo serenitatis suos honorabiles ambaxiatores, qui nostri ambaxiatores discussis et praticatis multis, que circa materiam illam fuerant necessaria, venerunt ad istam conclusionem: Quod idem serenissimus dominus rex dictique nostri ambaxiatores nostro nomine fuerunt contenti, quod sanctitas sua, que universalem pacem totius christianitatis representat, tamquam interpositor audiret differentias predictas, et esset compositor inter

dictum dominum regem et nostrum dominium occasione emptionis predicte. Nunc vero informati ex parte sue sanctitatis, quod ambaxiatores prefati domini regis Hungarie ad suam presentiam venerant occasione predicta, quam prestius potuimus vos ellegimus, ut ad conspectum sue excellentie accederetis similiter causa predicta. Et ideo vos presentati coram sua sanctitate nostro nomine pro ostendendo sanctitati sue iura nostra liquida et manifesta, et pro exequendo ex parte nostri dominii omnia illa, que habeant bonam pacem et amiciciam inter prefatum dominum regem et nostrum dominium inducere, et offertis vos quibuscumque diebus et horis promptos et paratos nomine nostro de essendo cum sua sanctitate, sicut beatitudo sua terminabit, pro pacifica conclusione ponenda differentiis predictis, exponentes predicta cum illis pertinentibus verbis, que vestris sapientiis videbuntur tam pro honore et reverentia domini pape quam pro honore nostri dominii.

Et quia sumus certi, quod prefatus dominus papa audiet dictam vestram expositionem in publica audientia, prout moris est, et postea volet in secreto vobiscum venire ad alias particularitates, et credimus, quod idem dominus papa primo volet audire ambaxiatores dicti domini regis et iura sua, prout est rationabile eundem esse futurum. Sed si hoc non faceret, quia volet primo vos audire, et scire a vobis intentionem nostre dominationis, in hoc casu volumus, quod sanctitati sue debeatis dicere et exponere: quod nostra dominatio, ortis differentiis inter dictum dominum regem et nos, fuit contenta, sicut primo sue sanctitati exposuistis, quod beatitudo sua tanquam interpositor terminaret differentias predictas, cum nostre intentionis sit cum quibuscumque vivere in bona tranquillitate et pace, prout moris semper fuit nostrorum progenitorum, et potissime cum prefato serenissimo domino rege Hungarie, cuius statum, exaltationem et augumentum semper procuravimus tanquam intimi et cordiales amici; et ut sanctitas sua de hiis, que fecimus in honorem, bonum et augumensum regni et corone Hungarie aliquam a nobis habeat informationem, licet simus certi, quod aliunde etiam informationem habuerit, beatitudini sue denotamus: quod in necessitatibus suis et quando amicos paucos ymo fortasse neminem habebat, nos cum amicabili et ferventi animo misimus galeas et gentes nostras ad liberandum serenissimas dominas reginas de miseria et captivitate, in qua erant, et in qua certissime, nisi fuissemus, mortue extitissent. Et si per operationem et pugnam ac artem gentium nostrarum non fuisset secuta liberatio predicta, volebamus expendere de nostris bonam summam denariorum. Similiter dum dominus rex predictus habuisset conflictum ab iniquissimis Teucris, et pervenisset ad partes Constantinopolis, capitaneus galearum nostrarum eumdem dominum regem et barones suos cum plena securitate et honorabiliter conduxit ad terras et loca sua et quomodo ac in quibus terminis fuisset, nisi fuisset dictus capitaneus, dictus dominus rex, satis clare scit, et etiam sanctitas sua manifeste potest comprehendere, que causa alicuius improperii non dicimus, sed ut sua sanctitas cognoscat, quod regnum et coronam Hungarie ac eundem dominum regem amavimus, et cum eo continue optavimus pacifice vivere et optamus, et quantum in nobis erit non deficiet, quod ad bonam conclusionem et pacem cum dicto domino rege deveniamus. Et si dictus

dominus papa vellet informari a vobis de praticis habitis et secutis in Hungaria per ambaxiatores nostros cum dicto domino rege et de terminis finalibus dicte pratice, debeatis dicere sue sanctitati, quod nostra dominatio, volens ostendere suam bonam intentionem et voluntatem in vivendo pacifice et quiete cum dicto rege, non obstante liquidissimis iuribus nostris et recta, vera et iuxta emptione dominii, terrarum, locorum et insularum Dalmatie et aliorum contentorum in venditione nobis facta, fuit contenta tunc velle dare dicto domino regi pro censu singulo anno unum equum album cohopertum, sive unum pannum auri et ultra hoc semel tantum ducatos quinquaginta millia per illos terminos, de quibus fuissemus in concordio, et dicta Dalmatia remaneret nobis libere secundum formam nostre emptionis. Qui census erat cum maximo onore sue serenitatis respectu dominationis illum dantis. Nam si bene recolimus, tempore recollende memorie regis Lodovici potuimus dictam Dalmatiam habere pro censu unius equi in anno, ad quem tunc nullo modo assentire voluimus. Et causa, propter quam nunc condescendimus in volendo dare dictum equum domino regi predicto, fuit non causa minoris potentie, dei gratia, sed quia continue eundem dominum regem et eius statum amavimus, et de tempore in tempus in honorem, comodum et exaltationem suam fecimus omnia, que cognovimus ad honorem et bonum statum suum redundare; et ut cognosceret istam bonam et optimam voluntatem et dispositionem nostram in nobis esse, et esse dispositos secum amicabiliter vivere, et propter hoc ambaxiatores nostri condescenderant, quia intentio nostra erat et est vivendi cum ipso domino rege in bona fraternitate et amore tam pro bono partium, quam pro bono tocius christianitatis; propter que beatitudo sua satis clare potest comprehendere ex praticis in Hungaria factis, qualis fuerit disposicio nostra erga dominum regem predictum. Et cum hiis et aliis pertinentibus verbis debeatis sanctitati sue ostendere bonam intentionem et voluntatem nostram, quam ostendimus pro veniendo ad conclusionem differentiarum predictarum et ad pacem, ut superius continetur.

Si vero dictus dominus papa primo audiet ambaxiatores dicti domino regis, et dicti ambaxiatores requirens per nos dimitti et relaxari debere terras et loca Dalmatie, et quod de illa non debeamus nos intromittere, volumus, quod sanctitati sue dicere et exponere debeatis, quod iuste et rationabiles cause induxerunt nostrum dominium ad faciendam emptionem predictam; nam habentes per diversos modos et vias, quod serenissimus dominus rex Ladislaus tractabat et tractari faciebat cum personis, quarum vicinia fuisset molesta et displicibilis nobis, et ita certi reddimur, dicto domino regi Sigismondo exire de dominio et terris Dalmatie, quas habebat et possidebat, multum stetimus in suspenso, habentes spiritus nostros attentos, ne capitarent ad manus aliquarum personarum, de quibus tam sua maiestas, quam nos dubitare haberemus; sed sicut domino placuit, per suam legationem idem dominus rex Ladislaus aperire nobis fecit mentem, propositum et intentionem suam de volendo nobis dare et vendere dominium suum et possessionem Dalmatie, terrarum et locorum eius; quibus intellectis et mature consideratis et digestis, videntes et cognoscentes, quod si dominium predictum et terre supradicte Dalmatie perveniebant in manus et potestatem nostram, exinde

multa bona sequebantur. Nam assecurabamus primo statum nostrum, et etiam eque bene statum dicti domini regis, quia inimico suo excludebatur ex toto via possendi intrare et damnificare regnum et coronam Hungarie, ad quod, ut bene novit, totis sensibus continue vigilavit, dabamus pacem et quietem et bonum statum civitatibus et insulis supradictis, quo maxime indigebant, et assecurabamus totum culphum nostrum, quod redundabat in generale bonum omnium christianorum volentium bene vivere et specialiter navigantium et conversantium in hoc culpho, in quo cursarii, robatores et nequissimi homines ita multiplicati erant, quod multa damna et continua nobis et nostris inferebantur, quibus si voluissemus obstare, fuisset nobis opportunum facere publicam guerram terre Dalmatie, que latronum et cursariorum spelunche et receptacula facte erant, ac infinita et alia bona faciebamus, que sua beatitudo bene considerare potest ut nos; et propter hos respectus deliberavimus de intrando in tractatum cum legatione domini regis predicti, et cum eo venimus ad conclusionem, per quam conclusionem dictus dominus rex Ladislaus vendidit nobis totum dominium Dalmatie et omnes terras, loca et insulas, iura et iurisdictiones tocius Dalmacie. Et vigore dicte venditionis, quam habemus et tenemus, ipsum dominum regem Ladislauum iuridice potuisse facere, intravimus in tenutam et possessionem terrarum et locorum, que tunc tenebantur et possidebantur per dictum dominum regem, et vigilavimus ad aquisitionem aliarum, prout sue beatitudini notorium esse potest. Et proprerea eidem supplicare debeatis, ut dignetur ambaxiatores regis Hungarie a tali requisitione removere, cum intentio et dispositio nostra sit, ea, que habemus tenere, et que nobis pertinent vigore emptionis predicte acquirere. Nam in praticis, quos ambaxiatores nostri fecerunt et habuerunt in Hungaria, declarantibus nobis intentionem nostram esse velle Dalmatiam secundum emptionem per nos factam, dominus rex Hungarie fuit contentus veniendi ad praticam super differentiis existentibus inter partes.

Si vero dicti ambaxiatores non facerent requisitionem, quod dimittere deberemus Dalmatiam, sed venirent ad alias requisitiones, per quas devenire posset ad praticam; et quia de talibus requisitionibus haberi non potest noticia, volumus, quod sustinendo iura nostra cum illis pertinentibus verbis et rationibus, que vestre sapientie videbuntur, debeatis respondere: quod vos estis certi, quod nostra dominatio dictis requisitionibus, si excederent viam honestatis, nunquam preberet aures, et quod dicti ambaxiatores velint ponere se ad ea, que sint iusta et convenientia, ut possimus respondere; et in hoc casu damus vobis libertatem possendi promittere ea, que nostri ambaxiatores promiserant in Hungaria, cum illis modis convenientibus, qui vobis videbuntur, et de facto ducatorum quinquaginta millium, quod solvantur per illos terminos, de quibus poterimus esse in concordio, informando nos prestissime de omnibus, que praticabitis et facietis pro nostra informatione.

Et quia in praticis factis in Hungaria ambaxiatores nostri requisiti fuerunt, quod partes deberent se ab offensis abstinere, et per eos fuit responsum, quod quum ambaxiatores partium essent ad presentiam summi pontificis, tunc posset super ista parte tractari, ex quo sequi poterit, quod summus pontifex vos requiret de treuguis vel sufferentiis inter

partes, sanctitati sue respondere debeatis, quod condescendere ad treuguas vel sufferentias esset multum damnosum nostro dominio propter exercitum nostrum, quem habemus et tenemus contra Sibinicum, cuius expensa amitteretur, et quod intentio nostri dominii est de veniendo presto ad bonam pacem et conclusionem differentiarum predictarum, cum faciat pro utraque parte. Et supplicamus sue sanctitati, ut dignetur circa hoc pro comuni bono vacare, cum semper inveniet dominium nostrum ad iusta et convenientia paratum. Sed si dictus dominus papa solicitaret, quod treugua seu sufferentie fierent, quia appareret sue sanctitati hoc fore necessarium pro possendo melius mediare et res ad conclusionem ducere, debeatis sue sanctitati dicere, quod si per ea, que beatitudo sua habet ab ambaxiatoribus Hungarie, sanctitas sua comprehendit, quod de differentiis inter partes existentibus possit venire ad pacem sive bonam compositionem, nostra dominatio erit contenta de veniendo ad viam sufferentiarum in hunc modum: quod quelibet partium tenat, que tenet et possidet, et remaneant firma omnia deveta ab utraque parte et castramenta firma, ita quod solum partes se abstineant ab offensis per duos vel tres menses; et si dictus dominus papa vel ambaxiatores regii ad hoc instarent, debeatis dictas sufferentias facere per modum predictum per duos vel tres menses et ab inde infra, prout melius poteritis, habentes advertentiam, quod antequam condescendatis ad dictas sufferentias faciendas sitis informati, si ambaxiatores regii habent sindicatum ad plenum ad ea, que necessaria sunt circa conclusionem concordii; et si haberent sindicatum ad plenum, condescendatis, ut superius continetur, quando vero non haberent sindicatum ad plenum, nullo modo vos elargare debeatis de intentione nostra predicta, sed scribatis, et expectetis mandatum.

Ceterum quia posset occurrere, quod summus pontifex secundum requisitionem dictorum ambaxiatorum regis Sigismondi vobis faciet aliquam mentionem de solutionibus annualibus VII millium ducatorum, debeatis dicere et respondere, quod nos non tenemur ad dictas solutiones multis rationibus et causis et specialiter, quia ipse dominus rex, regnum et corona Hungarie non attendit nec observat nec attendere nec observare potest ea, que rex, regnum et corona Hungarie nobis facere et observare tenentur in partibus Dalmatie; et cum predictis et aliis verbis et rationibus, que videbuntur vestris sapientiis utiles et pertinentes, debeatis sustinere honorem nostrum et iura nostra, et quod non teneamur ad dictas solutiones.

Et quia providus vir Michaletus de Cagnolis nuntius noster in curia nobis scripsit, summum pontificem eidem Michaleto dixisse, per quendam Pipum venientem de partibus Hungarie habuisse, quod dictus dominus rex conqueritur nostrum dominium emisse quoddam castrum vocatum Ostroviz, et similiter conqueritur de turribus Sibinici, quas tenemus; et ut sua sanctitas sit informata, eidem dicere et exponere debeatis, quod dictum castrum Ostroviz non accepimus in displicentiam dicti domini regis, sed habentes et cognoscentes, illud esse in manibus cuiusdam domini Sandalis capitanei Bosinensis, qui habet multos Turcos secum, et cuius Sandalis dictum castrum ex patrimonio erat, ne capitaret ad manus aliorum et potissime Teucrorum, pro bono universe chri-

stianitatis et pro bono nostri dominii illud emimus non in displicenciam, deus novit, dicti domini regis, et ideo dictus dominus rex nullam habet iustam causam querelle.

Et quia posset occurrere, quod dominus papa propter alias occupationes suas deputaret vobis commissarios ad audiendum vos et ambaxiatores regis, quod tamen non credimus, tamen si hoc faceret, volumus, quod coram dictis commissariis suis exequi et facere debeatis omnia ea, que vobis committimus facienda et exequenda coram domino papa predicto.

Et quia optamus presto scire ea, que facietis et exequentur in factis predictis, debeatis omnia, que de die in diem facietis et executi fueritis, nobis distincte et plenarie denotare, ut de omnibus, que tractabitis, practicabitis et facietis, continue simus informati (ommissis). De parte 97, de non 7, non sinceri 7.

Secreta consilii rogatoram. Vol. IV, p. 159, u mlet. arkivu.

CXXX. God. 1411. 9 veljače, u Mletcih.

Kotorani iznova po poslanicih nudjaju svoj grad mletačkoj republiki.

1410. die VIIII februarii. Ser Nicolinus Delphino consiliarius. Capta. Cum alias in 1409. die VII februarii responsum fuerit ambaxiatoribus comunitatis Catari, qui venerunt ad nostrum dominium, offerendo dare et subiicere civitatem Catari nostro dominio, quod regratiabamur sue optime dispositioni et intentioni, quam habebant et habent versus nos et statum nostrum, et quod, si mitterent suos ambaxiatores cum sufficienti mandato et libertate, ipsi reperirent nos fore dispositos versus eos, et ad habendum et acceptandum eos in nostros fidelissimos servitores cum modis rationabilibus et honestis, et modo venerint tres ambaxiatores dicte comunitatis cum eadem intentione, porrigentes aliqua capitula pro factis suis, quibus examinatis, quia non videntur in totum conformia nostre intentioni, et ad que possemus condescendere cum honore nostro; vadit pars, quod respondeatur dictis ambaxiatoribus, quod regratiamur quantum possumus sue optime dispositioni et intentioni, quam habent ad honores et beneplacita nostra, et quod examinavimus illa sua capitula, in quibus sunt aliqua, que egent modificatione et reformatione, sine quibus reformationibus non possemus cum honore nostri dominii condescendere. Et propterea dicimus, quod, in quantum disponerent perseverare in illis capitulis sicut iacent, non videmus posse aliud eis dicere, nec secum praticare. Et in isto casu cum illis bonis et humanis verbis, que videbuntur, debeant licentiari. Sed si vellent intrare in praticam pro modificatione et reformatione dictorum capitulorum in forma iusta, rationabili et honorabili pro utraque parte, in isto casu intretur secum in praticam, et deputentur auditores, qui collegio videbuntur. Et accipiatur ab eis sua ultima et finalis intentio, et postea veniatur ad istum consilium, ubi providebitur et terminabitur sicut utilius apparebit pro nostro dominio. De parte 32, 36. Alia pars est in libro 4. Rogatorum in 1411. die 17 aprilis.

Ser Nicolaus Victuri, ser Gabriel Aymo miles, ser Leonardus Mo-

zenico, ser Bartolomeus Nani, sapientes consilii. Comparuerunt ad nostram presentiam iam uno mense elapso ambaxiatores comunitatis Catari, exponentes nostro dominio, quod dicta comunitas vult se dare et submittere nostro dominio cum terra et castro libere, sicut in capitulis suis continetur. Et consideratis his, que consideranda sunt in presenti, non faciat pro nostro dominio dictam terram acceptare; vadit pars, quod respondeatur dictis ambaxiatoribus, quod nostra dominatio iam diu manifeste et aperte cognoscit et cognovit suam bonam et optimam dispositionem erga nostrum dominium, quam nunc etiam satis clare demonstrant, de qua bona intentione et dispositione sua suis egregis nobilitatibus immense regratiamur. Sed considerato tempore presenti, non videtur nostro dominio de condescendendo requisitioni sue predicte. Et cum predictis et aliis verbis bonis et utilibus debeat nostrum dominium se lutanare a requisitione predicta. De parte 27, 26; non 0, non sinceri 8, 5.

Secreta consilii rogatorum IV, u mlet. arkivu.

CXXXI. God. 1411 12 veljače, u Mletcih.

Glede stvarih, koje su se Kotora ticale, njekoji pozvani, da svoje mnienje podnesu.

1410. die 12 februarii. Capta. Quod pro istis factis Catari, de quibus sunt optime informati nobiles viri ser Marinus Karavello procurator et ser Jacobus de Rippa miles, ex nunc sit captum, quod dicti ser Marinus et ser Jacobus de Rippa possint stare et esse in isto consilio, quando tractabitur de istis negotiis, et arrengare et dicere opinionem suam, non ponendo ballotam.

Misti. Vol. 48 p. 197, u mlet. arkivu.

CXXXII. 1411. 3 ožujka, u Mletcih.

Njeka se osoba nudi, da će raditi o tom, da Šibenik i Trogir dodju u mletačke ruke.

1411. die tercio martii. Sapientes consilii. Capta. Cum nostra dominatio habeat pre manibus quamdam personam fidam et multum expertam de factis Hungarie et Dalmatie, et que obtulit ponere personam suam ad omnia continentia honorem et comodum nostrum, et per ea, que apparent, nostrum dominium posset de eo capere confidentiam, cum multum desideret facere res gratas et acceptas nostro dominio, et habeatur dictam talem personam multum amicam comiti Johanni de Citines et domino Sandali, et cum eis posse satis aperte et confidenter loqui, et multum faciat pro nostro dominio per omnes vias et modos possibiles procurare, sollicitare et investigare de habendo civitates Sibinici et Tragurii; vadit pars, quod dominium seu illi, qui per dominium deputabuntur, debeant esse cum prefata persona, et ei dicere, quod capientes amplam confidentiam de persona sua tamquam de caro et benivolo amico nostri dominii propter amplas ob-

ıas, large secum loquimur, et in factis nostris operabimus per-...m, sperantes, quod fideliter et sollicite in illis se exercebit; et sicut ipse retulit multum amicatur comiti Johanni de Citines, qui in agendis nostris, que habemus agere contra Sibinicum, multum male se habuit contra id, quod sperabat nostrum dominium, et semper omnes suos progenitores habuimus in caros amicos nostros, et eumdem comitem Johannem similiter habebamus et haberemus, dummodo vellet facere debitum suum erga nostrum dominium. Et ideo nostra dominatio est contenta, quod prefata persona det operam de essendo cum dicto domino comite Johanne, et cum illis verbis sapientibus, que sue sapientie videbuntur, inducere dictum comitem Johannem ad vellendum se propicium esse et favorabilem, et cum effectu facere, quod possimus habere civitates Tragurii et Sibinici; et si hoc faciet dictus comes, nostra dominatio dabit dicto comiti pro qualibet dictarum civitatum, que ad manus nostras perveniet, ducatos decem millia auri. Et confidentes de providencia dicte talis persone, volumus, quod dictos denarios possit dicto domino promittere ad partem ad partem et per illud tempus, quod dicte persone videbitur usque ad summam predictam. Insuper informetur dicta persona, quia pratica est de partibus Hungarie, quod nostrum dominium dicta persona velit informare de omnibus, que sentiet et sequentur pro informatione. Et cum dextro modo dicte persone dicatur, quod considerata bona dispositione sua nostrum dominium intendit ipsum habere recomissum, et recognoscere bona opera sua. De parte omnes alii, non 9, non sinceri 3.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV, p. 162, u mlet. arkivu.

CXXXIII. God. 1411. 10 ožujka, u Mletcih.

Odgovor poslanikom pri papinskom dvoru u poslu Dalmacije.

1411. die decimo martii. Sapientes consilii. Capta. Quod respondeatur nostris ambaxiatoribus ad summum pontificem in hac forma videlicet. Recepimus et plene intelleximus litteras vestras datas primo et quarto mensis presentis, per quas distincte et ordinate nobis scripsistis omnia gesta et praticata per vos usque dictam diem super negociis vobis commissis; audivimus etiam omnia, que providus vir Michaletus de Cagnolis fidelis noster vobis seriose exposuit, pro quibus omnibus sollicitudinem et sapientiam vestram merito laudantes cum nostris consiliis rogatorum et additionis vobis dicimus et mandamus, quod recepto presenti nostro mandato debeatis comparere ad presentiam summi pontificis et cum verbis pertinentibus et convenientibus ad hoc debeatis sue sanctitati exponere, quod nostra dominatio auditis litteris vestris predictis magnam admirationem habuit et habet de facto libertatis, quam habent ambaxiatores regis Hungarie a dicto domino suo, quia secundum quod ex parte sue sanctitatis fuit nobis notificatum credebamus firmiter, dictos ambaxiatores habere libertatem ad plenum praticandi et veniendi ad finalem conclusionem differentiarum existentium inter partes per medium et interpositionem sue beatitudinis, et sub ista fide et spe vos misimus ad conspectum suum et quod auditis hiis, que exposuerant dicti amba-

xiatores, comprehendimus id, ad quod se extendit sua libertas, esse quid minimum contra id, quod firmiter sperabamus. Sed audita et intellecta intentione et dispositione sue sanctitatis, sicut scribitis, videlicet quod sua sanctitas rationibus et causibus in vestris litteris tactis volebat mittere ad regem Hungarie per terram Piponem, qui iret in paucis diebus, et postea mittere nepotem suum cum uno ambaxiatorum regis et retinere alterum ambaxiatorem, ad denotandum clare domino regi, quod cum Dalmacia sue maiestati sit parum utilis et nostro dominio dextra, ipse debeat mittere dominum comitem Piponem vel alium, qui sue maiestati videbitur, cum pleno mandato per talem modum, quod non sit necesse pro tali facto remittere amplius in Hungariam, et cum plena libertate practicandi, tractandi et concludendi ad hoc, ut sua sanctitas possit aptare et concordare dictum dominum regem cum nostra dominatione, remanente Dalmatia nostro dominio; quod si dictus dominus rex faciet, poterit habere a sua clementia de rebus, que querit, et sibi gratis. Et ut dictus dominus rex clare videat et comprehendat, quod sua sanctitas hoc habeat multum cordi, dabit dicto suo nepoti talem commissionem, quod sperat indubie, quod per dictum dominum regem mittatur talis persona et cum tali libertate, quod non potest deficere, quin sequatur pax et bonum concordium cum intentione nostra etc. Mandamus vobis, quod dicto domino pape dicere debeatis, quod nostra dominatio, cognoscens perfectam et optimam dispositionem sue beatitudinis erga nos tanquam suos devotos filios, est contenta et nobis placeat deliberatio sue sanctitatis in mittendo in Hungariam nepotem suum predictum cum mandato et commissione superius expressa, et sic solicitare debeatis suam sanctitatem ad expeditionem predictorum, cui denotare debeatis, quod si dictus dominus rex mittet personam cum mandato et libertate ad plenum possendi facere et concludere per se et coronam Hungarie, ut superius continetur, beatitudo sua inveniet nostram dominationem promptam et paratam ad faciendum ea, que erunt rationabilia et honesta, et que cognoscemus esse cum honore sue sanctitatis pro bona et pacifica conclusione ponenda differentiis existentibus inter dictum dominum regem et nostrum dominium.

Super facto autem patriarchatus Aquilegie vobis mandamus, quod debeatis dicto domino pape exponere, quod nostra dominatio clare et manifeste cognoscit, quod differre electionem novi patriarche est totalis ruina et destructio patrie Foroiulii propter varias et diversas opiniones compatriotarum, qui si haberent novum patriarcham, propter causas sue sanctitati notas concurrerent in unam voluntatem et opinionem, et cessarent scandala et divisiones, que iamdiu regnaverunt et regnant in dicta patria, et regnabunt magis solito et cum maiori desolatione et ruina patriarchatus et tocius patrie, nisi remedium presto apponatur, quod remedium videre nescimus nisi per novam electionem patriarche. Et propterea sanctitati sue debeatis supplicare, ut dignetur presto providere de patriarcha utili et bono et nostro dominio grato sicut sua beatitudo promisit, quia ista erit via salutifera et bona ad bonum et tranquillitatem dicte patrie; instando et procurando vosmetipsos per unum ex illis, qui in vestra commissione continentur, quam debeatis effectualiter observare. Si vero dominus papa facta per vos instantia necessaria pro illis, qui

in vestra commissione continentur, nolet aliquem ipsorum eligere, et vellet unum alium dicto patriarcatui preficere, debeatis instare et sollicitare, quod non eligatur patriarcha nisi italicus et gratus nostro dominio, et quod antequam publicetur, de illo noticiam habeamus, prout nobis promissum est, ut circa ea, que habeant ad bonum et comodum nostrum et utilitatem dicte patrie redundare, valeamus providere. Fecimus autem nota facere domino patriarche Aquilegie ea, que summus pontifex eidem facere promittit, et eundem hortari, ut velit terminationi et voluntati domini pape condescendere.

De passagio autem ambaxiatorum iturorum versus Segniam provisum est, ut conducantur cum ligno nostro deputato ad riperiam Marchie, quia lignum riperie Istrie est circa alia occupatum. De parte 104, non 5, non sinceri 6.

Sapientes consilii. Et quia dicti ambaxiatores dicunt habere super duobus libertatem, prima de faciendo treuguas et sufferentias, secunda de promittendo se libere de dicto et de facto in sua beatitudine restituente nostra dominatione Dalmatiam dicto domino regi et faciente solutionem ducatorum VII millium; ad primum super facto treuguarum et sufferentiarum respondeatur dictis ambaxiatoribus, quod per illum sapientem et dextrum modum, qui sue sapientie videbitur, sive per ipsos sive per dominum patriarcham Constantinopolitanum in facto dictarum treuguarum et sufferentiarum detur noticia dicto domino pape, quod posset esse, quod nostra dominatio condescenderet ad treuguas et sufferentias cum dicto domino rege per aliquod tempus, et detur libertas dictis ambaxatoribus condescendendi ad dictas treuguas vel sufferentias cum illo honesto modo, qui eis videbitur, per menses sex in hunc modum, quod quelibet partium teneat, que tenet et possidet, et remaneant firma omnia deveta ab utraque parte et castramenta firma, ita quod partes se solum abstineant ab offensis.

De parte 47, 44, 47, 46; non 53, 55, 58, 60; non sinceri 18, 18, 13, 12.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV pag. 163 tergo, u mlet. arkivu.

CXXXIV. God. 1411. 24 ožujka, u Mletcih.

Mjesto oboružanih ladja šalje se u Šibenik galijica, za koju je imenovan načelnikom Toma Duodo.

1411. die 24 martii. Capta. Cum pridie captum fuerit in isto consilio, quod ultra unam galeotam armandam pro factis Sibinici, armarentur etiam barche decem, et quia alias armate fuerunt barche, de quibus parvam utilitatem habuimus, quia earum alique fuerunt capte, quia ad nil aliud attendebant nisi ad predas, et melius sit habere ibi unam galeotam, cum qua poterit virilius honor noster procurare, poterint etiam de loco ad locum conduci gentes et facere facta nostra; vadit pars, quod dicte barche revocentur, et loco earum armetur una alia galeota, et fiat unus supracomitus cum illis modis et conditionibus, cum quibus electus est ser Balduinus Ballastro.

Electus supracomitus ser Johannes Balbi quondam ser Petri.

Die dicto. Capta. Quod in casu, quo suprascriptus ser Johannes Balbi refutaret, collegium domini, consiliariorum, capitum et sapientum utriusque manus habeant libertatem eligendi unum supracomitum loco dicti ser Johannis per scruptinium cum conditionibus captis in rogatis. De parte omnes alii, de non 1, non sinceri 0.

Electus ser Thomas Duodo quondam ser Petri loco suprascripti ser Johannis Balbi, qui refutavit.

Misti. Vol. 49 p. 8 tergo, u mlet. arkivu.

CXXXV. God. 1411. 28 ožujka, u Mletcih.

Uslied izvieštaja načelnika zadarskih i providura pred Šibenikom, ovomu se šalje pomoć.

1411. die 28 martii. Capta. Quod occasione eorum, que scribuntur dominio per rectores Jadre et per provisorem nostrum in partibus Sibinici, qui habent sentimentum de descensu gentium et Hungarorum in subsidium Sibinicensium; et insuper per ea, que scribunt, quod dubitant, ne per mare et per terram fiat insultus gentibus et navigiis nostris, que navigia sive galee nostre sunt male in puncto et in ordine hominibus, et similiter sunt ille nostre gentes deinde, supplicando, ut dignemur providere presto, quia sicut notum est negotia nostra deinde iacent in hoc puncto et confirmatio nostri honoris; vadit pars, quod pro ostendendo nostram firmam intentionem et propositum et pro evitando dubia et pericula secutura fieri debeant centum provisionati sub illis comestabilibus bonis et sufficientibus, qui videbitur collegio deputato. Insuper scribi et mandari debeat autoritate huius consilii rectoribus nostris Jadre, quatenus subito debeant armari facere illam galeotam alias armatam deinde in Jadra, eligendo deinde unum supracomitum, videlicet aut illum qui alias fuit, aut alium suffitientem, ac providendo de aliis hominibus et rebus necessariis et opportunis. Et propterea hac de causa de Venetiis mitti debeat cum ista galea culfi Lauredana tanta pecunia, que sit suffitiens ad armamentum galeote suprascripte, que galeota vadat, cum fuerit armata, ad partes Sibinici, et exequatur, secundum quod mandatum fuerit per nostrum dominium. De parte 99, de non 6, non sinceri 5.

Misti. Vol. 49 pag. 5 tergo, u mlet. arkivu.

CXXXVI. God. 1411. 6 travnja, u Mletcih.

Papa te poslanici mletački i ugarski bježe radi kuge iz Bolonje, i tim se dogovaranja o miru prekidaju.

1411. die sexto aprilis. Ser Franciscus Cornario sapiens consilii. Capta. Quod isti ambaxiatori sanctissimi domini pape, egregio militi domino Bartholomeo de Manzuolis, qui fuit hodie ad nostram presentiam et suam ambaxiatam exposuit in duas partes principales ultra salutationes et benedictionem apostolicam, ad quas serenissimus dominus dux sapientissime exhibuit responsum, respondeatur in hac forma.

Et primo ad primam partem notificationis recessus domini pape, qui bono respectu et causa et pro bono ecclesie sancte dei deliberasse

dicit se transferre ad urbem Rome etc., et ob hoc recommendat nostro dominio civitatem Bononie, et insuper rogat et hortatur nos, quatenus cum dimiserit M. Ugucionem de Contrariis ad gubernationem et custodiam civitatis Bononie cum gentibus sibi commissis, nobis placeat et velimus mittere ad rogandum et hortandum ore et litteris ipsum Ugutionem, ut iuxta promissionem factam per eum summo pontifici velit habere ipsam civitatem et statum ipsius recomissum, et quod similiter observemus in hortando et rogando magnificum dominum marchionem.

Respondeatur: quod omnem deliberationem, que facta foret per sanctitatem suam, habito respectu considerationeque ad summam sapientiam suam, reputaremus semper fore opportuna ac ad honorem dei, et ad bonum et quietum statum ecclesie sancte sue, quod quietum et pacificum summo desiderio peroptamus; similiter optamus quietem et bonum statum Bononie et omnium aliarum terrarum circavicinarum nobis novit deus. Ad id autem, quod nobis dici fecit sanctitas sua de ortando et rogando magnificum dominum marchionem Estensem et similiter Ugucionem, qui est presentialiter in Bononia, ut habeant recomissam civitatem Bononie, dicimus, quod optantes complacere libenti animo votis summi pontificis hoc faciemus, scribentes nos subito nostris ambaxatoribus, ut hoc faciant et observent, sicut ipsis dabimus in mandatis, et tam Ugutioni existenti Bononie quam in accessu suo domino marchioni Ferrarie.

Ad aliam partem, ut nobis placeat procurare liberationem reverendi patris domini abbatis sancti Benedicti de Mantua detenti in carceribus Brixie, ad petitionem domini Karoli de Malatestis, et quod velimus mittere ambaxatorem vel nuncium ad ipsum dominum Karolum istis diebus devotis, quibus habilius inclinabit, ostendendo hoc facere a nobis et non precibus domini pape etc.

Respondeatur: quod in complacentiam ipsius domini pape alias misimus ad dominum Karolum nostrum ambaxiatorem, et fieri fecimus similem requisitionem cum multa instantia, et sic nunc dicimus sue sanctitati, cui in cunctis possibilibus essemus semper avidi complacere, quod providebimus mittere presto unum nostrum sufficientem nuncium ad inducendum, rogandum et hortandum magnificentiam suam de liberatione prefati domini abbatis per illos modos, qui nobis recordati sunt per ipsum ambaxatorem summi pontificis, faciendo in hoc iuxta posse nostrum, ut liberatio sua sequatur. Et sic debeat mitti dictus noster nuncius cum illa commissione, que dabitur per collegium deputatum.

Determinatum fuit per infrascriptos consiliarios dictam partem posse poni; quia non tangit ad facta summi pontificis, nec tractatur de summo pontifice.

Ser Stadius Caucho, ser Hermolaus..., ser Franciscus Girardo, ser Nicolaus Delphino. De parte 55, de non 11, non sinceri 6.

Ser Franciscus Cornario sapiens consilii. Quod scribatur sanctissimo domino pape in hac forma videlicet:

Beatitudo vestra michi comunitatique mee sanctitatis vestre devotissimis filiis per suum solemnem ambaxiatorem fecit explicari discessum eius de Bononia, Romam deo dante feliciter profectura, de quo etiam ab oratoribus nostris existentibus Bononie per litteras ad plenum exti-

timus informati, altissimum suppliciter exorando, ut prosperet felices successos vestros, ac significando apostolice vestre sanctitati, quod ob ipsam causam discessus sui et ambaxiatoris domini regis Hungarie, ac pro ea, que nobis scripserunt ambaxatores nostri predicti videlicet epidemiam seviret in civitate predicta Bononie, ubi morari periculosum foret personis eorum, providimus eosdem revocare et exhibere licentiam repatriandi; verum declaramus sanctitati sue, quod quando ambaxiata serenissimi domini regis Hungarie reverteretur, et destinata fuerit ad conspectum beatitudinis vestre cum sindicatu et mandato ad plenum super tractandis, secundum quod sanctitas vestra est informata, illico nostram legationem paratam ad eiusdem sanctitatis presentiam curabimus et solicitabimus destinare. De parte 61, de non 3, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 167 tergo, u mlet. arkivu.

CXXXVII. God. 1411. 13 travnja, u Zadru.

Pogodba, kojom su Mletčani kupili Ostrovicu i pravo na Skradin.

Instrumentum emptionis castri Ostrovize, et donationis facte illustrissimo dominio iurium civitatis Scardone. In christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo quadringentesimo undecimo, indictione IV, die XIII mensis aprilis, tempore serenissimi principis et domini nostri domini Michaelis Steno dei gratia ducis Venetiarum etc. nec non magnifici militis domini Zacharie Trivisano iuris utriusque doctoris et honorabilis comitis civitatis Jadre, reverendus vir dominus Theodorus archidiaconus Bosinensis procurator et procuratorio nomine magnifici domini Sandali Bossine vaivode supremi nec non magnifice domine domine Anne eius socrus relicte domini Volzi banni, constituentium pro se ipsis et eorum nomine proprio et pro domina Catherina consorte prefati magnifici domini Sandali vaivode et filia dicte domine Anne et dicti quondam domini Volzi bani, de qua de rati habitione promittentes, ut de procuratione patet, patentibus literis dictorum domini vaivode et domine Anne socrus eius, datis in castro Cluz anno nativitatis dominice 1411, XXVIII mensis decembris in lytera sclavonica appensione ipsius domini Sandali et domine Anne duorum eorum sigillorum munitis, habens ad hoc factum speciale mandatum, ut dicto patet privilegio, dicto procuratorio nomine dedit, vendidit et tradidit magnificis dominio Zacharie Trivisano militi utriusque iuris doctori et pro ducali dominio Venetiarum honorabili comiti civitatis Jadre nec non domino Petro Arimundo honorabili capitaneo eiusdem, ementibus et recipientibus vice et nomine prelibati illustrissimi ducalis dominii Venetiarum, habentibus ad hoc speciale mandatum, ut ipsius prelibate ducalis dominationis patet literis bulla plumbea pendente signatis, datis Venetiis ipsius ducalis dominii 1410, indictione V, die 8 mensis novembris, presentibus, recipientibus et stipulantibus vice et nomine prefati ducalis dominii civitatis Venetiarum castrum Ostrovize situm in Crovacia infra suos veros confines, quos longos habet et incomprehensibiles, nec scribi possent longitudine viarum et innotorum nomen circumstantium, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, iurisdictionibus, servitutibus et emolumentis villarum circumcirca

sibi respondentium, montibus, planiciis, spaciis, collibus, vallibus, acquis et acquarum decursibus, agris cultis, incultis, locorum et hominum servitutibus, respondentibus dicto castro honorantiis et omagiis, et cum omnibus massariciis et munitionibus, que essent et sunt in dicto castro, exceptis villarum proprietatibus specialium personarum, et signatim comitis Alexii prefati domini vayvode servitoris et egregii militis domini Symonis de Detrico civis Jadrensis, et ser Gabrielis de Nosdrogna, villis, que a rege Ladislao suo privilegio eisdem donate dignoscuntur, per suprascriptum dominum vaivodam etiam suo privilegio confirmate, et que tamen tenentur castro debitum redere secundum consuetudinem nobilium castri, villarum et locorum predictorum, et cum omnibus aliis, que iure dicti castri infra eius metas habet, tenet et possidet, habuerit, tenuerit et possederit per tempora longissima retracta et usque in presentem diem, et hoc precio et nomine precii ducatorum quinque millium auri boni et iusti ponderis et cunei Venetiarum, quod precium dictus procurator et venditor antedictus fuit confessus et contentus habuisse et recepisse, et sic re vera habuit, et eos prefati emptores prelibati ducalis dominii Venetiarum eidem procuratori dictis nominibus in presentia testium infrascriptorum et mei notarii infrascripti dederunt, tradiderunt et numeraverunt quantitatem ipsam et dictum precium, exceptioni sibi dictis nominibus non dati non soluti et non numerati precii omnique alii legum auxilio omnino renuncians, promittens dictis nominibus per eos eius constituentes et heredes et successores ipsis emptoribus dicto nomine stipulantibus et recipientibus litem vel controversiam eis dicto nomine ullo tempore non inferre nec inferrenti consentire, sed ipsum castrum tam in proprietate quam in possessione ab omni homine, comuni et universitate legitime defendere et disbrigare atque excalumniare, et predictam venditionem et omnia et singula suprascripta et infrascripta firma, rata, grata habere, tenere et non contrafacere vel venire dictis nominibus per se vel alium aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto, sub pena dupli valoris dicti castri, qua pena soluta vel non, firma et incommutabilia remaneant omnia et singula suprascripta et infrascripta. Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis et observandis dictis nominibus obligavit dictorum eius constituentium omnia bona mobilia et immobilia et tam habita quam habenda. Item dictus procurator dictis nominibus ex causa donationis pure simpliciter et irrevocabiliter inter viros dedit, cessit, transtulit et mandavit prefatis dominis rectoribus Jadre pro eodem ducali dominio Venetiarum recipientibus, ut super, omnia iura et omnes actiones reales et personales, utiles et directas, quas dicti sui constituentes habent seu unquam habuerint in civitate et districtu Scardone, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, adiacentiis, redditibus, honoribus et emolumentis, et in omnibus, que dicte terre Scardone spectant, spectarent seu spectassent modo quocunque dicto procuratori dictis nominibus, dictos comitem et capitaneum rectores predictos dicto nomine ponentes in locum suum nominibus antedictis. Ita quod amodo in antea dictum ducale dominium possit dictam civitatem Scardone et omnia sibi pertinentia tenere, dominari pro libito voluntatis et possidere, salvis dicto domino Symoni militi et Gabrieli iuribus eorum, ut in superiori dictum est; et promittens solenni stipulatione, predictam cessionem, donationem,

et omnia et singula suprascripta firma, rata et grata habere, tenere et non contrafacere vel venire aliqua ratione et causa, de iure vel de facto, quam donationem in perpetuum irrevocabiliter firmam habere et tenere dictis nominibus promisit dictis rectoribus dictis nominibus stipulantibus sub pena viginti millia ducatorum auri, stipulatione solemni premissa; pro qua pena et omnibus premissis dictis rectoribus dictis nominibus recipientibus obligavit dictis nominibus omnia bona dictorum eius constituentium, qua pena soluta vel non, predicta omnia rata permaneant; ac promisit dictis nominibus dictam donationem non revocare in vita vel in morte suorum constituentium neque occasione ingratitudinis nec supravenientium liberorum occasione. Quam donationem, quia summam quingentorum aureorum excedere novit, et similiter plurium donationum vires obtinere dictis nominibus voluit in tot partes divisam ac nulla excedere possit summam V centum aureorum rei predicte donate, renuncians dictus procurator omnibus et singulis beneficiis, que sibi de iure competerent, et omnibus exceptionibus, quibus contra premissa vel aliquod premissorum posset aliquid quomodolibet excipi, obici vel opponi.

Actum Jadre in camera palatii supra dicti domini comitis et sue habitationis, presentibus nobilibus viris domino Guidone de Matafaris milite et ser Thomasio de Petrigo civibus Jadre, et ser Bernardo Maripetro nobile cive Venetiarum et Martino de Cremona habitatore Jadre, testibus rogatis et aliis.

Ego Joannes Binico, civis et habitator civitatis Padue, natus comendabilis viri ser Petri Bianco de Padua publicus imperiali auctoritate notarius nec non cancellarius magnifici et generosi viri domini Andree Quirino clarissimi comitis Jadre et ipsius civitatis Jadre iuratus, suprascriptum venditionis instrumentum ex nothis et prothocolis commendabilis viri ser Joannis de Casulis olim cancellarii comunis Jadre de mandato et comissione prefati domini comitis scripsi, et in hanc formam publicam redegi, prout inveni, nihil in eo addens vel minuens, signumque mei tabellionatus apposui consuetum sub die 4 mensis augusti, indictione VII, 1444, in fidem et testimonium premissorum.

Commemorialium X. 172, u mlet. arkivu.

CXXXVIII. God. 1411. 17 travnja, u Mletcih.

Na uvjete, pod kojimi su se Kotorani podložiti htjeli, republika odgovara.

1411. die 17 aprilis. Capta. Quod respondeatur oratoribus communitatis Catari ad capitula per ipsos porrecta dominationi nostre, ut inferius continetur. Et primo ad primum continens, quod noster rector mittendus solus possit iudicium facere et terminare in casibus criminalibus etc ; et similiter ad secundum de electione suorum trium iudicum, qui debeant interesse cum nostro rectore in civilibus, congregantibus ipsis sua consilia etc., ut in ipsis capitulis continetur; respondeatur, quod secundum requisitionem suam nostra dominatio est contenta, quod in casibus criminalibus noster rector, qui per tempora fuerit, solus possit et debeat terminare et sententiare secundum deum, iustitiam et honorem dominationis nostre ac bonas consuetudines ipsius civitatis sine presentia

iudicum dicte civitatis. In casibus vero civilibus dicti tres iudices comunitatis Catari possint et debeant interesse omnibus casibus civilibus et consulere domino nostro rectori secundum statuta et bonas consuetudines ipsius civitatis. Ita tamen, quod si aliqui dictorum iudicum concurrerint in opinione cum nostro rectore, qui per tempora fuerit, illa talis opinio debeat esse firma et executioni mandari. Quando vero dicti iudices vel aliqui ipsorum oppugnerent vel contradicerent opinioni nostri rectoris, isto non obstante in totum exequi debeat et terminari secundum definitionem et terminationem nostri rectoris predicti, nam ipse rector est principalis responsor dominationi nostre de omnibus per ipsum ministratis. Et in omni casu quando in civilibus aliqui vellent conqueri de rectore nostro, possint habere continue recursum ad auditores nostros sententiarum. Quando vero dictus noster rector in criminalibus aliquid committeret, ipsi habere possint recursum ad nostram dominationem et advocatores nostri communis. Ulterius quod possint pro electione dictorum trium suorum iudicum seu aliorum officialium sua consilia secundum consuetudinem convocare, ita tamen quod omnibus dictis consiliis noster rector debeat presentialiter interesse, et de eius consensu et voluntate dicta talia consilia debeant convocari, existente dicta comunitate Cathari circa predicta ad conditionem nostrorum fidelium Jadre.

Ad tercium capitulum, quo petunt, quod dominacio nostra permittat ipsis pacifice gaudere districtu Cathari, Gerblis superioris et inferioris et Mercevopogla usque ad Prevor, et quod villani vinee et homines sancti Georgii de culfo sint sancti Georgii etc., et quod super dictos villanos habeant dominari sicut hucusque fecerunt etc.; respondeatur, quod in totum gaudeant territorio et districtu Cathari pacifice, sicut petunt, et quod iurisdictiones sancti Georgii sint dicte ecclesie, sicut fuerunt per elapsum, et quod super villanis obligatis consequatur debitum suum iuxta solitum, ita tamen, quod omnis punitio criminalis et actus civiles erga dictos villanos spectent nostro rectori, et quod dicta communitas sive nobiles Cathari dictos tales villanos nequeant suo arbitrio carcerare neque offendere, sed sit in iuditio nostri regiminis, ut prefertur.

Ad quartum capitulum, quo dicti oratores petunt, quod nostra dominatio procuret iuxta posse et faciat cum effectu, quod inconta Lustize cum confinibus et Badasich cum salinis reducantur sub Catharo, sicut fuerunt temporibus retroactis, que loca per tyrannos Zenthe sibi contra iustitiam occupantur; respondeatur, quod ipsi bene possunt comprehendere, qualibus studiis semper nostra dominatio procuret habere pertinentia civitatibus et locis suis, et propterea docente tempore magistro rerum providebimus, sicut honori nostro videbitur convenire. Et similiter respondemus ad quintum capitulum, quo petunt, quod vineas et territoria sua nostro posse faciamus liberari a tributo, quod impedunt annuatim Balse.

Ad sextum, quo petunt, quod vina forensia non intrent in civitate Catari; respondeatur, quod contenti sumus excepto vino, quod noster rector suo usu conduci faceret, ita tamen, quod non faciat conduci de dicto vino ultra necessitatem sui usus.

Ad septimum, quod moneta Cathari iuxta solitum expendatur; respondeatur, quod contenti sumus.

Ad octavum vero, quod nostra dominatio non possit cogere aliquem civem vel districtualem Cathari ascendere in galeam contra voluntatem suam, respondeatur, quod in bona dispositione et devotione sua semper caperemus talem confidentiam, quod in omni opportunitate conservationis honoris nostri et dicte civitatis Cathari ipsi se sponte offerent, unde apud nos tanquam predilecti nostri semper tractarentur. Ea propter tam ad istud capitulum quam ad nonum continens, quod nostra dominatio non possit dicte communitati ponere dadam nec imprestitum, nec eis dare blada putrida, nec eis addere datium aut gabellam, et quod de flumeriis et omnibus locis nostris possint extrahere blada pro fulcienda civitate Cathari; ad decimum capitulum continens, quod nostra dominatio non debeat cogi facere aliquem civem Cathari ad faciendum panaticum vel biscotum nisi ad furnos consuetos, et quod alipuod datium non debeat augeri super bladis macinandis aut seminandis; respondemus, quod in istis casibus aut aliis quibuscumque, qui sint utilitatis civium sive districtualium civitatis Cathari ipsi tractabuntur a nostra dominatione benigne et mansuete, quemadmodum facimus alios caros fideles nostros in partibus Dalmatie.

Ad XIII. quod grassa sicut frumentum, blada, carnes salite et animalia, vina non possint extrahi de civitate Cathari; respondeatur, quod sumus contenti, excepto si huiusmodi grassa sive victualia Venetias conducentur.

Ad XV., quod mensure vini, olei, grani et alie mensure non augeantur nec minuantur; respondeatur, quod contenti sumus.

Ad XVIIII capitulum continens, quod cives Cathari possint ire et navigare cum galeis nostris cum eorum mercationibus, et quod in Venetiis tractentur pro Venetis: respondeatur, quod nostra dominatio est contenta, ipsos cives Cathari acceptare et tractare ad conditionem nostrorum fidelium Jadre.

Ad XX. capitulum, quo dicti oratores requirunt, quod in Budua non debeat fieri nec teneri mercatum salis nec vini, et si casus daret, quod dominatio daret castrum predictum Budoe Balse vel alicui alteri, hoc ponatur in pactis, quia nisi sic fieret, destrueretur mercatum Cathari, quod esset damnosum nostro dominio et dicte communitati Cathari; respondeatur, quod circa istud secundum, quod tempus docebit, dominatio nostra faciet bonam provisionem, sicut noverit pertinere.

Ad XXI. capitulum, quod de doana salis solvantur pro uno anno tantum perperea mille pro reparatione pale altaris sancti Trifonis, sicut capta fuit pars in consilio dicte communitatis; respondeatur, quod quia hoc est opus devotionis civium et habitatorum dicte communitatis Cathari, dicta communitas pro eius contemplatione facere potest fieri dictam expensam.

Ad XXII. capitulum, quod si aliquo tempore dominatio nostra vellet destituere civitatem Cathari, quod deus non velit, eo tunc dominatio nostra faciet dictam civitatem et castrum liberum consignari in manibus nobilium Cathari, qui nobiles nunc ipsam libere ponunt in manibus dominationis nostre; respondeatur, quod nostra dominatio est contenta.

Ad XI. capitulum continens, quod si hostes aut prave gentes venient super territorio Catari causa damnificandi vineas aut ipsum terri-

torium, dominatio nostra teneatur redimere et liberari facere dictum territorium de introitibus civitatis Cathari.

Et ad XII. capitulum, quo requirunt, quod custodes murorum solvantur de introitibus doane; et ad XIIII capitulum, quo requirunt, quod de dictis introitibus debeant solvi duo medici, unus phisicus, alius cirusicus, unus spetiarius, unus barberius, et duo cancellarii unus pro rectore alius communitatis pro perperis mille octingentis in anno.

Et ad sextumdecimum capitulum, quod de introitibus Cathari solvatur prode ad tria pro centenerario de perperis MVI centum, quos cives Cathari mutuaverunt communitati, et quod si aliquis civis vellet capitale, sibi detur, non habente ipso aliquo prode.

Et similiter ad XVII., quod dentur singulo anno perperi III centum XLV multis ecclesiis, sicut dari solent.

Et ad XVIII. quod dentur annuatim cuidam Bogo servitori communitatis perperea XXX; respondeatur, quod suscepimus clare et distincte informationem de predictis expensis tam per antedicta capitula quam etiam per quandam cedulam, per quam ipsi rectores notari fecerunt sumptus et introytus dicte civitatis Cathari, per tenorem cuius cedule videmus, quod factis expensis antedictis et facta solutione rectoris nostri et factis expensis custodie castri summa expensarum forent perpera 8860, et secundum dictam cedulam introitus sunt perpera 11480 non computando condemnationes neque regalias rectoris ita, quod superabundaret ad introytum perpera 2620, que sunt ultra valorem ducatorum mille non computatis dictis condemnationibus et regaliis, ut prefertur, sicut clare in dicta cedula continetur. Et ulterius nobis expressum est, quod hoc anno introitus dicte civitatis Cathari non sunt ad eam bonam conditionem nec affictati ad illam summam, quam consueverunt, ita quod habente civitate meliorem conditionem, sicut favente divina gratia speramus, plures introitus abundabunt. Eapropter nostra dominatio nolens extrahere de civitate predicta omnem illam utilitatem, que extrahi posset, sed volens comunicare et participare cum dicta communitate Cathari, ut causam habeat reformandi ecclesias suas, et alia dicte civitatis opportuna, est contenta, ipsam communitatem Cathari tractare et acceptare ad conditionem communitatis Feltri et civitatis Belluni, scilicet quod dicta communitas promittat solvere et consequenter solvat annuatim nostro dominio sive rectori nostro deinde ducatos mille auri. Reliquum vero dictorum introituum convertat in utilitate dicte communitatis. Et ad hoc possit et debeat deputare unum camerarium vel alios offitiales opportunos ad excutiendum dictam quantitatem introituum, et de ipsa disponendum, sicut dicte communitati libuerit; quos quidem mille ducatos dicta communitas sit obligata solvere nostro dominio existente conditione rerum, sicut est ad presens; vero quando occurerit novitas aliqua aut guerra, propter quam opportuna esset expensa dicte communitati, sumus contenti quod pro tutela et utilitate dicte communitatis dicti mille ducati applicentur in dictam communitatem, et quod occasione dictorum mille ducatorum, dicto casu occurrente, non sit obligata communitas antedicta.

Preterea iniungatur dicto capitulo, quod illos mille ducatos, quos tenetur dare communitas Cathari pro censu domino Balse Strazimir, quando videretur ducali nostro dominio, quod Balsa tractaret et faceret

de rebus, que forent ad damum nostrum vel nostrorum subditorum vel ipsius communitatis, volumus, posse dare cui nobis videbitur pro querendo securitatem nostrorum subditorum et damnum et destructionem Balse et status sui.

Misti. Vol. 49 p. 16, u mletačkom arkivu.

CXXXIX. God. 1411. 17 travnja, u Mletcih.

Neimajući kotorski poslanici podpunu punomoć, da sklope s Mletčani pogodbu o predaji grada, neka pišu, da im se takova punomoć pošalje.

1411. die 17 aprilis. Ser Nicolaus Delfino consiliarius, ser Nicolaus Georgio sapiens ordinum. Capta. Cum alias responsum fuerit ambasiatoribus communitatis predicte Cathari, qui tunc venerant ad presentiam nostram offerendo dare et subiicere civitatem Cathari nostro dominio, quod regratiabamur sue optime dispositioni et intentioni, quam habebant erga dominationem et statum nostrum, et quod si mitterent suos ambaxiatores cum sufficienti mandato et libertate, ipsi reperirent nos bene dispositos erga eos et ad habendum et acceptandum ipsos in nostros fidelissimos servitores cum modis rationabilibus et honestis. Et sicut notum est de novo venerint tres ambaxiatores dicte communitatis cum eadem intentione, porrigentes aliqua capitula pro factis suis, quibus examinatis, quia non videbantur in totum conformia nostre intentioni et ad ea, que possemus condescendere cum nostro honore, captum fuit inter alia, quod si vellent intrare in praticam pro modificatione et reformatione dictorum capitulorum in forma iusta et rationabili et honorabili pro utraque parte, in isto casu intraretur secum in praticam, et deputarentur auditores, qui collegio viderentur, et acciperetur ab eis sua ultima et finalis intentio, et postea veniretur ad istud consilium, ubi provideretur et terminaretur, sicut utilius appareret pro nostro dominio; et dicti auditores deputati fuerint cum oratoribus antedictis, et secum praticaverint circa contenta in dictis capitulis, trahendo posse suo de mente eorum circa reformationem capitulorum predictorum suam ultimam voluntatem, et appareat, ambasiatores predictos fore contentos posse obtinere intentionem communitatis sue cum suprascripta modificatione capitulorum suorum, secundum quod lectum est, et libenter concluderent in illis capitulis annotatis, de quibus remansimus in concordio, excepto in XVIII. capitulo, per quod subiungimus de novo, quod illa communitas promittat solvere annuatim nostro dominio sive rectori nostro deinde ducatos mille auri, et reliquum dictorum introituum convertatur in utilitatem dicte communitatis, deputantibus ipsis unum camerarium vel alios offitiales ad excutiendum introitus et ad disponendum de expensis, et quod id, quod superest, sit dicte communitatis etc. In quo allegarunt non habere sindicatum nec libertatem tantum ad plenum, qui se extendant ad hoc, et quod super aliis capitulis haberent libertatem et arbitrium, sed ulterius non auderent facere nec preterire, nisi prius hoc notificent communitati sue, et expectent responsionem et mandatum cum sindicatu in ampliori forma pro capitulo suprascripto; pro tanto vadit pars, habito respectu et consideratione, si fieret cum modis omnibus suprascriptis, cum quanto honore,

avantagio et proficuo venimus habere locum predictum, cuius cives semper nos dilexerunt et statum nostrum, et ea ipsa affectione et zelo moventur, quod auctoritate huius consilii responderi debeat dictis ambasiatoribus, quod si habent sindicatum ad plenum in forma sufficienti ad concludendum modis suprascriptis cum capitulo predicto, hoc faciemus; sed quia dicunt non habere ipsum mandatum ad plenum, possunt scribere, si eis placet, sue communitati, et expectare responsum; recordando eis, quod quia non possunt concludere, licet capitula alia, de quibus sumus in concordio, placeant et sibi, quia sunt in libertate sua, etiam nos volumus esse in libertate nostra usque responsionem habitam per eos; et hoc dicatur, ut sint magis prompti ad conclusionem. Sed nichilominus ex nunc captum sit, quod debeat concludi tractatus predictus, in casu quo venerit responsio in forma praticata cum capitulo habentibus ipsis mandatum in tali sufficienti forma, quod possit concludi modo suprascripto.

Et insuper in casu quo ipsi oratores requirerent copiam capitulorum sive responsionum sibi datarum pro possendo informare suam communitatem, hoc fieri possit, accipientibus ipsis in nota de sua manu copiam suprascriptam.

Ser Nicolaus Victuri, ser Petrus Civrano, ser Franciscus Cornario, ser Antonius Contareno sapientes consilii; ser Delfinus Venerio sapiens ordinum. Quod istis ambaxiatoribus communitatis Catari respondeatur, quod nostra dominatio considerans bonam intentionem sue communitatis ad honorem nostri dominii habuit dictam communitatem esse optime dispositam erga nostrum dominium. Sed dicta nostra dominatio considerans conditiones temporis presentis, propter multas et infinitas causas et rationes videt non posse pro presenti condescendere de acceptando communitatem suam predictam sub nostra protectione, ut requirunt, et ideo possunt repatriare et referre dicte communitati hanc nostram intentionem, et subiungere, quod quotienscumque videbimus posse habiliter peticioni sue assentire, nos eidem notificabimus, et tunc poterit providere circa ea, que habebunt inducere bonum et comodum ambarum partium. De parte ser Nicolai Georgio 38, 42, de parte quatuor sapientum consilii 21, 22; de non 3, non sinceri 17, 13.

Misti. Vol. 49 p. 17, u mletačkom arkivu.

CXXXX. God. 1411. 18 travnja, u Mletcih.

O savezu sa poljskim kraljem proti Sigmundu.

1411. die decimooctavó aprilis. Ser Andreas Zane consiliarius, ser Marcus Dandulo, ser Anthonius Contareno sapientes consilii; ser Nicolaus Georgio, ser Laurentius Donato sapientes ordinum.

Capta. Cum nobilis vir ser Zanachius Quirino civis noster nuper redierit de partibus Polanie, et retulerit nostro dominio pro parte domini regis Polanie, quod dictus dominus rex eidem ser Zanachio comiserat, quod amicabiliter et fraterne deberet serenissimum dominum ducem salutare et similiter alios nobiles de consilio eius parte, et dicere, quod sentiebat, quod propter divisiones existentes inter dominum regem Hungarie et nostrum dominium dictus dominus rex Hun-

garie erat inimicus noster, et erat similiter inimicus suus propter divisiones inter eos existentes, et propter hoc deberet dicere nostro dominio, quod dictus rex Polanie erat paratus, et sic se offerebat esse cum nostro dominio contra dominum regem Hungarie predictum sive per viam lige sive per quamcumque aliam viam, que nostro dominio placeret, quia dispositio sua erat faciendi res, que essent grate et accepte nostro dominio cum multis bonis et amicabilibus verbis. Et consideratis terminis et conditionibus, in quibus se reperit ad presens nostra dominatio cum domino rege Hungarie, verba dicti domini regis Polanie non sunt renuenda nec postponenda, ymo super eis est habenda bona advertentia et consideratio; et ad presens habeamus in dictis partibus personam fidam et prudentem, cui confidenter possunt nostra negotia committi videlicet ser Petrum Bicharano; vadit pars, quod per illam viam secretam, que videbitur dominio, scribi debeat dicto ser Petro Bicharano, quod nostra dominatio per nobilem virum ser Zanachium Quirino, nuper redeuntem de partibus Polanie, fuit informata de optima et bona dispositione serenissimi domini regis Polanie ad commoda et honores nostros, sicut idem ser Zanachius retulit, et quod propterea debeat comparere ad presentiam dicti domini regis, et sue serenitati dicere, quod salutationes et oblationes nobis portatas ex parte sue serenitatis per dictum ser Zanachium acceptavimus et acceptamus bono et fraterno animo tanquam a bono fratre et amico nostri dominii. Et eidem parte nostra similes salutationes et oblationes dicto domino regi facere debeat, offerendo nostram dominationem amicabiliter et fraterne esse dispositam ad omnia concernentia honorem et statum sue serenitatis tanquam pro fratre et amico nostro carissimo; et cum hiis et aliis bonis verbis, que sue discretioni videbuntur, ostendat et declarat dicto domino regi istam nostram intentionem, et ulterius nec ad alia verba procedat in casu quo sequuta sit pax inter dictum dominum regem Polanie et dominum regem Hungarie. Si vero sequuta non esset pax inter reges predictos, debeat dictus ser Petrus subiungere, quod per dictum ser Zanachium fuimus informati de voluntate et intentione dicti domini regis Polanie de volendo esse nobiscum vel per viam lige vel per aliam viam contra dominum regem Hungarie. Et quia dictus dominus rex non declaravit ulterius suam intentionem, nostra dominatio, in casu quo sue serenitati placeat, esset contenta scire modum et formam lige, quam vellet facere nobiscum, vel que alie vie serenitati sue viderentur utiles et fructuose ad istam intentionem et ad damnificandum dictum dominum regem. Et quicquid dictus ser Petrus senciet a dicto domino rege, debeat presto per bonam et sufficientem viam nostro dominio denotare, que verba, sicut superius tangimus, nullo modo dicere debeat, in casu quo pax sequuta sit inter reges predictos. De parte 81, de non 4, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV, p. 166 tergo, u mlet. arkivu.

CXXXXI. God. 1411. 28 travnja, u Mletcih.

Mletčani dogovaraju se s ugarskimi konjanici o predaji Šibenika i o haranju predjela Ivana kneza Cetinjskoga.

1411. die XXVIII mensis aprilis. Ser Nicolaus Victuri, ser Franciscus Cornario, ser Antonius Contareno sapientes consilii, et omnes sapientes ordinum.

Capta. Cum rectores nostri Jadre scribant nostro dominio, habuisse a provisore nostro Sibinici, quod aliqui Hungari equites, existentes in Sibinico, venerunt ad ipsum provisorem, offerentes venire ad soldum nostrum, et ob hoc petunt habere ducatos mille etc., ut in litteris continetur; et bonum sit trahere Hungaros de illa terra tam pro dando ad intelligendum omnibus, qualiter tractantur et solvuntur a domino rege Hungarie, quam pro tollendo omnem spem illis de Sibinico, et pro multis aliis respectibus et causis; sed sit faciendum tale negocium cum debito modo et securitate nostra et locorum nostrorum deinde, ac executione nostre intentionis; vadit pars, quod subito scribatur provisori et capitaneo nostro existenti in partibus Sibinici, quatenus debeat caute et secrete experiri, sentire et pacisci cum illis Hungaris, quod si sunt contenti dare, et tenebunt modum de dando terram Sibinici in manibus et fortia nostri dominii vel nostrarum gentium, et quod in civitate Jadre de hoc dabimus sufficientem cautionem; subiungendo et committendo ipsi provisori et capitaneo, quod in omni casu debeat habere advertentiam ad vigilem custodiam et curam talem, quod dicti Ungari non intrarent in bastitam et fortilicia nostra nisi ab octo infra, ita quod non haberetur dubitare; et similiter in acceptione terre, quod ponerent bene mentem in introitu, quod non fieret tractatus duplex, sed habeatur advertentia ad securitatem et salvamentum nostrorum. Et de hoc etiam debeant advisari nostri rectores Jadre, committendo eis, ut debeant se intelligere cum provisore nostro, et caute et secrete providere ac solicitare quolibet modo et via possibili, ut hec nostra intentio possit sequi et habere effectum.

Ulterius committi debeat ipsis rectoribus nostris, quatenus in illa pecunia domini Sandali, videlicet ducatis VI millibus et V millibus vel quanta sit sibi dimissa per nuncium Sandali, ut mittatur Venecias pro emenda imprestita, nullo modo vel ingenio debeant ponere manum nec aliquid expendere de illa sub pena gratie nostre, et ultra hoc eius quod videtur nostro dominio et advocatoribus comunis, sed debeant illam pecuniam tenere et conservare in deposito; et si sequetur intentio nostra predicta, tunc de ipsa pecunia debeant dare ducatos decemmillia prefatis Hungaris vel aliis, qui dedissent libere terram in manibus et forcia nostri dominii vel gentium nostrarum, ut dictum est, et residuum dicte pecunie penitus apud se conservare in deposito, ut dictum est.

Item non valente sequi intentionem nostri dominii per modum suprascriptum cum promissione decemmillium ducatorum, quod postquam predicti Hungari se offerunt tenere modum, quod omnes Hungari predicti venient ad nostrum stipendium, debeat provisor noster tractare cum predictis, quod si tenebunt modum de comburendo et damnificandum territorium comitis Johannis de Zitines ita et taliter, quod videatur nostris rectoribus bene fuisse damnificatum et combustum cum maximo

damno ipsius comitis vel subditorum suorum, quod tunc subito per ipsum provisorem vel rectores nostros Jadre dabuntur eis ducati mille in Jadra. De parte 45, non 29, non sinceri 9.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 171, u mlet. arkivu.

CXXXXII. God. 1411. 2 svibnja, u Mletcih.

Riešeno, da se pošalje knezu pažkomu nješto oružja i brod za oboružanje.

1411. die 2 maii. Capta. Cum comes noster Pagi per suas litteras scripserit, quod ibi non est aliqua munitio de aliquibus neque de armis, et supplicaverit, ut pro munitione loci predicti mittamus balistas triginta cum crocis et manetis et omnibus aliis necessariis pro ipsis et totidem cassas veretonorum et totidem pavesios sive faldas et tres bombardas cum pulvere necessaria; insuper etiam, quod pro securitate ipsius insule et tutela animalium ipsius insule et aliorum nostrorum fidelium, quod ut sint tuta atque secura, illa illuc conduxerunt, mittamus fustum unum sive galeotam de sexdecim in decemocto banchis, que galeota esset ad tutelam omnium nostrorum subditorum et animalium suorum, etiam ad damnificandum inimicos, si opus esset, quam possemus mittere Jadram, et ipse deinde pro ipsa mitteret, et si opus esset, armaretur in terra illa sine aliqua expensa nostri dominii; et utile sit circa hoc pro honore nostri dominii et bono ipsorum nostrorum fidelium providere; vadit pars, quod secundum requisitionem ipsius comitis nostri mitti debeant illuc dicte balliste triginta cum suis manetis et crocis et aliis opportunis et totidem capsas veretenorum et totidem pavesios et bombardas tres cum pulvere necessaria. Insuper debeat mitti Jadram dictam galeotam bancorum sexdecim in decem octo, ut pro illa possit postea pro armando mittere, quando opus fuerit, sine expensa nostri dominii, prout scribit. De parte omnes.

Misti. Vol. 49 p. 19, u mletačkom arkivu.

CXXXXIII. God. 1410. 8 svibnja, u Mletcih.

Odgovara se na njeke molbe Sandalja vojvode bosanskoga, te se gleda smiriti ga sa Kotorani.

1411. indictione IV. 8 maii. Capta. Quod istis ambassatoribus magnifici domini Sandali, qui porrexerunt certa capitula pro parte domini sui, respondeatur ad duo solummodo capitula pro nunc, ut inferius.

Et primo ad unum, per quod suplicant habere passagium nostrum unius galee, ut frater ipsius Sandali possit transire in Apuleam ad dominum regem suis expensis etc., respondeatur, quod desiderantes in omnibus nobis possibilibus complacere sue magnifice fraternitati, sumus contenti concedere sibi transitum; itaque cum una ex galeis vel galeolis nostris ipse frater suus conducatur, sicut requirit et ad nostras expensas, et sic offerimus.

Item detur libertas collegio praticandi sive praticare faciendi per aliquos ex dictis datis pro auditoribus cum prefatis ambasiatoribus Sandali, et similiter cum ambasata Catari, si posset teneri modus et trahi

s, in casu quo haberent libertatem, quod ipse Sandali foret con- sive ambassatores predicti nomine suo pro certa pecunia renuntiare iuribus, que dicit habere per directum sive per indirectum in Cataro, et quod ipsi ambaxiatores Catari nomine comunitatis illius se obligarent solvere per annum dictam promissionem pecunie, et experiendi per omnem modum et viam possibilem, quod hec intentio nostra sequi possit pro contentamento cuiuslibet partium, nam hoc potente sequi dominatio nostra haberet intentum suum, et remaneret sine suspectu amica partium et sine ulla expensa sua. Et habita informatione a predictis ambaxiatis, et tracto ab ipsis ambasciatoribus, quidquid poterit super tali pratica et materia, debeant postea venire ad istud consilium cum eo, quod praticatum fuerit, et deliberari id, quod huic consilio melius et utilius apparebit pro bono agendorum nostrorum.

Secreta consilii rogatorum IV. 175, u mlet. arkivu.

CXXXXIV God. 1411. 13 svibnja, u Mletcih.

Posredovanjem njeke osobe nastoji se dobiti Šibenik i Trogir.

1411. die decimo tertio maii. Sapientes consilii et ordinum. Capta. Cum captum fuerit in hoc consilio, quod committeretur cuidam persone fide, ut loqueretur et praticaret cum comite Johanne de Citines pro reducendo ipsum ad nostram voluntatem, et procuraret cum effectu, quod possemus habere civitates Sibinici et Tragurii, et ob hoc fuit data libertas, ut posset promittere dicto comiti Johanni ducatos decem millia pro qualibet dictarum civitatum, que ad manus nostras venirent, prout in dicta parte capta die tercio presentis cavetur; et dicta persona veluti bene disposita ad honores et commoda nostri dominii velet a nobis declarari, si possendo hoc procurare cum civibus Sibinici et Tragurii, cum quibus videtur habere magnam amiciciam, velemus dictam expensam facere in dictis civibus. Et multum faciat pro nostro dominio per quemcumque modum possibilem procurare et solicitare, quod civitates Sibinici et Tragurii perveniant ad manus nostras; vadit pars, quod dicatur dicte persone, quod, considerata optima dispositione et intentione sua, placet nobis, quod per illas vias, que prudentie sue videbuntur, solicitare et procurari velit cum illis civibus Sibinici, qui sibi videbuntur, quod habeamus dictas terras Sibinici et Tragurii, et ob hoc possit promittere illis, qui sibi videbuntur, usque ad quantitatem quinquemillium in decemmillium ducatorum pro qualibet dictarum civitatum, quos, si res ducetur ad conclusionem, solvi faciemus cum effectu. Et de omnibus, que faciet et operabitur in predictis, pro celeriori conclusione debeat informare nostros rectores Jadre, ut possint providere, sicut fuerit opportunum.

Et quia dicta persona multum amicatur Sandali, ordinetur, quod si videbit personaliter esse posse cum dicto Saudali vel mittere unum suum attinentem, ut se offert, debeat secum esse, et eumdem nostri parte ortari et offerre nostrum dominium ad beneplacita sua, et secum conferre et videre, quid dictus Sandali operari posset in utile et comodum nostri dominii, quod dicte civitates Sibinici et Tragurii possent pervenire ad manus nostri dominii. Et si videbit, dictum Sandali ad hoc dispositum,

et opera sua posse esse proficua, debeat dictum Sandali ortari, ut mittat ad presentiam nostram unam personam fidam cum libertate ad plenum possendi nobiscum tractare ea, que erunt utilia et dextra pro utraque parte. De parte 76, de non 4, non sinceri 4.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV. p. 164, u mlet. arkivu.

CXXXXV. God. 1411. 13 svibnja, u Mletcih.

Razpolaže se s novci, koje je bio dao Sandalj Mletčanom za pohranu.

1411. die 13 maii. Capta. Quod sicut captum fuit pridie, quod scriberetur rectoribus nostris Jadre, quod de illis denariis sibi dimissis per oratores domini Sandali deberent mittere Venetias ducatos novem millia, et residuum retinere deinde pro laboreriis ordinatis fieri, ita ut cicius et comodius dicta laboreria perficiantur, quia nunc est tempus habile atque comodum, mandetur ipsis nostris rectoribus, quod debeant mittere per tutum modum solummodo ducatos octomillia, et residuum dicte pecunie deinde retineant pro possendo prosequi ad executionem laboreriorum predictorum, non possendo ullo modo dictam pecuniam expendere in alio nec pro aliqua alia causa quam in laboreriis predictis; mandando insuper eisdem, quod debeant tantum sollicite et efficaciter attendere ad expeditionem ipsorum operum, quod antequam transeat ista estas omnino sint complecta et reducta in fortitudine opportuna, prout de eorum fidelitate et sollicitudine plene speramus. Et ex nunc sit captum, quod applicatis istis octomillibus ducatis Venetiis, subito dentur et restituantur nobili viro ser Petro Venerio ducati duomillia, quos mutuavit pro armando galeam capitanei culfi armandam de brevi. De parte 48, 53; de non 21, 17; non sinceri 4, 2.

Misti. Vol. 49 p. 19, u mletačkom arkivu.

CXXXXVI. God. 1411. 16 svibnja, u Mletcih.

Neka se zamoli papa, da krčkomu biskupu podieli opatiju sv. Petra Osorskoga.

1411. die 16 maii. Capta. Cum reverendus pater dominus Nicolaus episcopus Vigiliensis locumtenens magnifici domini comitis Segne sit intimus amicus atque creatura devota et fidelis nostri dominii, sicut satis est notum, nam nostra dominatio confidens de eo, multa sibi commissit super factis Sibinici tractanda et praticanda cum comite Johanne de Citines, et cum aliis et per nostrum dominium eidem domino episcopo fuerit ample promissum de providendo et procurando pro eo circa honorem et utilitatem suam, et ipse dominus episcopus multum optat habere in commendam abatiam sancti Petri de Ausero ad presens vacantem; vadit pars, quod possint scribi littere tam domino pape quam dominis cardinalibus in favorem suum pro facto dicte abatie sive alterius benefitii in illa forma, que dominio melior et utilior apparebit, et nostris ambaxiatoribus, ut sollicitent et procurent, sicut per nos fuerit terminatum. Et ordinetur, quod si dictus dominus episcopus habebit abatiam

predictam in commendam, teneatur tenere in dicta abatia personam sufficientem pro celebrando divina offitia. De parte omnes alii, de non 10, non sinceri 3.

Misti. Vol. 49 p. 20 tergo, u mletačkom arkivu.

CXXXXVII. God. 1411. 25 svibnja, u Mletcih.

Mletčani predlažu se kao posrednici medju Sandalom i Kotorom za mir.

1411. indictione IV. 25 maii. Capta. Cum pridie captum foret in hoc consilio rogatorum et accepta libertas de possendo praticare cum ambaxiatoribus Catari pro facto ipsius terre Catari, de qua ipse Sandalli per suos ambaxiatores nos requisivit, ut velimus nos non impedire, et ipsi ambaxiatores Catari iam recesserint de Venetiis, itaque non potest sequi id, quod captum fuit, nec quod fuit intentio tenere de experiendo reducere partes ad terminos, quod nostra dominatio sine expensa et exbursatione pecunie haberet intentum suum; et ipsis ambaxiatoribus sit conveniens respondere in forma honesta et convenienti et cum respectu honoris et multarum consequentiarum super tali facto, et precipue nunc, quum Sandali habet secum, ut dicitur, VII mille Turchorum; vadit pars, quod dici et responderi debeat super ipso capitulo dictis ambaxiatoribus Sandalli, quod veritas est, quod a nostro dominio non processit nec quesivimus unquam accipere illam terram Catari in nos, sed est verum, quod illa comunitas a se et cives se moverunt ad proponendum et offerendum illam terram nostro dominio, asserendo et demonstrando, non fore obligatos alicui sed fore in libertate sua, et ex hoc miserunt suos ambaxiatores ad nostrum dominium; et nos multis consideratis et habitis multis respectibus, et maxime videntes animos suos promptos ad non standum in termino, quo stant, et dubitantes, ut ipsa terra non vadat et capitet ad manus potentie, de qua ipse Sandali et alii nostri fratres et boni amici essent male contenti, et nostro dominio esset displicibile et molestum, dedimus aures eis, et audivimus bene suam dispositionem. Sed nihilominus, quia ipse dominus Sandalli nobis facit tot preces et tantum caritative et fraterne requirit nos, ut placeat nobis non impedire nos de ipso Cataro; considerata intrinseca benivolentia et caritate, quam sue magnifice fraternitati gerimus, sumus contenti complacere magnificentie sue, et non se impedire in dicta terra. Verum quia comprehendimus et videmus dispositionem et animos ipsorum Catarinorum valde ferventes ad non standum in hoc termino, ut est dictum, et velle dare se alteri, et videmus, quod relinquendo nos factum, sicut favere volumus in complacentiam sue magnificentie, animi sui magis indurabuntur, et forte conabuntur capere partitum alium, qui esset damnosus sibi et non gratus nobis, dicimus, quod utile foret et secura res, evitare talia dubia. Et propterea si placet sue magnificentie, quod interponamus ad querendum de optando differentias et discensiones, que sunt inter suam magnificentiam et illam comunitatem Catari, et ponere concordium et bonum medium inter ipsas partes, ad hoc nos offerimus paratos leta mente, tanquam pro fratre et amicis nostris. Et in casu quo ipse Sandalli sit contentus vel sui ambaxiatore contenterentur de hoc, et assentiant huic opinioni,

ex nunc captum sit de interponendo nos in dicto facto vel hic Venetiis inter ambaxiatores utriusque partis, vel de mittendo aliquem vel aliquos nostros, vel comittendo nostris capitaneis vel rectoribus hanc facendam, secundum quod melius videbitur collegio deputato, nam praticando ipsam facendam, de levi partes poterunt reduci ad tale concordium et terminos, quod haberemus intentum nostrum, secundum quod optamus.

Secreta consilii rogatoram IV. 176, u mlet. arkivu.

CXXXXVIII. God. 1411. 25 svibnja, u Mletcih.

Dva providura neka se pošalju u Dalmaciju.

1411. die XXV maii. Capta. Cum omnino necessarium sit nostro dominio habere bonam advertentiam et considerationem super factis Jadre propter magnas expensas, quas ibi facimus et propter laboreria, necessario fienda in dictis partibus, sit etiam necessarium providere circa expensas, quas facimus in partibus Sibinici et circa negocia nostra deinde et super factis Dalmatie, super quibus omnibus, nisi fiat presta et subita provisio, amittemus denarios et tempus cum magna gravitate et onere nostri dominii; et ut expense predicte excessive laboreria et negotia dictarum partium reformentur, regulentur et reducantur ad illum terminum, formam et modum, qui sint cum alienatione tantarum expensarum et cum honore nostri dominii; vadit pars, quod in bona gratia eligi debeant in isto consilio duo solemnes provisores per scruptinium, qui possint accipi de omni loco et offitio et de iudicatu petitionum et de officio continno, accipiendo unum pro domo et unum pro offitio, qui teneantur respondere statim, cum remanserint, vel altera die ad tercias, et non possint refutare sub pena ducatorum centum, et teneantur recedere cum galea nostra culfi, et ducere secum unum notarium cum uno famulo et tres famulos pro quolibet. Et possint expendere, sicut per collegium fuerit ordinatum. Et de pena, ad quam caderent, si refutarent, non possit fieri gratia, donum, remissio, recompensatio, suspensio nec aliqua declaratio, per quam obviare posset, ne dicta pena solveretur, sub pena contenta in parte nova contrabannorum; verum ante recessum dictorum provisorum venietur ad istud consilium, et providebitur de sua commissione, prout isto consilio melius et utilius apparebit. Declarando, quod dictis, qui remanserint, si habebunt offitia, reserventur eis et utilitatem eorum et consilia etc. De parte 109, de non 3, non sinceri 1.

Misti. Vol. 49 p. 24, u mlet. arkivu.

CXXXXIX. God. 1411. 28 svibnja, u Mletcih.

O načinu kako da se prisili Šibenik na predaju.

1411. die XXVIII maii. Ser Nicolaus Victuri, ser Marcus Dandulo, ser Petrus Civrano, ser Antonius Contareno sapientes consilii. Capta. Cum per multas et continuas litteras nobis scriptas a rectoribus nostris Jadre et a provisore et capitaneo gentium armigerarum in partibus Si-

binici, et nunc noviter per litteras adhuc receptas ab ipso provisore et capitaneo data sit nobis informatio de terminis et conditionibus, in quibus se reperiunt ille nostre gentes et bastita et similiter terra Sibinici, subiungendo, quod iamdudum facta est longa et continua expensa in ipsa guerra sine fructu, et quod similiter perseverando fit expensa sine aliqua utilitate, nisi aliter provideretur, quoniam nullum inferitur damnum inimicis sic stando, nec passus nec succursus victualium possunt astringi, nec strate possunt rumpi, ex quibus bastita venit esse frustra et cum nulla utilitate nostra nec damno inimicorum expensa perdita venit esse. Et consideratis omnibus suprascriptis, non sit bonum stare in istis terminis. Preterea videatur, quod via mittendi provisores ad examinandum facta deinde deficit, quia nemo vult ne propter brevitatem temporis, propter quod opus est capere illud medium in his factis, quod sit cum quam minori damno nostri domini fieri poterit et non cum occasione tam magne expense. Vadit pars, quod committi debeat capitaneo nostro culphi et similiter nobili viro ser Jacobo Trivisano ambaxiatori ituro ad Turchum, quatenus in recessu debeant ire ad bastitam Sibinici, et ibi esse cum provisore nostro ser Jacobo Dandulo, et convocare dominum Ludovicum de Buzacharinis capitaneum, et conferre simul ad deliberandum, cum quo meliori et securiori modo et via valeant exequi hoc nostrum mandatum, audiendo, si sibi videbitur, de opinionibus illorum, qui eis viderentur instructi ad talia, pro possendo magis discrete procedere ad hoc et providere de faciendo fortificari turres nostras deinde, que sunt ad buccam, tam de lapidibus quam de lignamine, berteschis et omnibus aliis reparationibus necessariis nec non de maseriis bonis, securibus et fortibus a parte terre, ita quod sint fortes ab omni potentia inimicorum. Et adhuc a parte maris, ponendo catenam in bucham ad turres, et alia opportuna faciendo, secundum quod cognoverint pertinere pro fortificatione, tutella, defensione et securitate ipsarum, et pro possendo offendere inimicos; quo facto, et fortificatis turribus, ita quod non habeatur dubitare, debeant destrui facere bastitam de la Magdalena et ruinari in totum, ita quod non possit fieri reductus inimicorum; et similiter, si forent fosse, faciant illas splanari et impleri, levando ferramenta et lignamina deinde omnia, et reducendo ac adoperando illam partem, que erit necessaria, pro fortificatione turrium, et alia superflua mittendo Jadram, ut non disperdantur. Et ulterius in bona gratia levare debeant gentes nostras deinde omnes, et reducendo se ad turres, et similiter bombardas, arma, munitiones et alias res, que forent sibi necessarie, et alias mittendo Jadram, in quibus turribus videlicet in una ipsarum debeat stare provisor, et in alia illa notabilis persona et fidelis, que sibi videbitur, quousque aliud duxerimus ordinandum, et retinendo et dividendo illos ballistarios, pedites et alios nostros stipendiarios pedestres, qui ibi fuerint magis necessarii et sufficientes, secundum quod sibi melius et securius videbitur, et reliquos, qui non forent sibi necessarii et minus sufficientes, mittant Lauranam. Ad custodiam maris autem sint et esse debeant una galea culphi et due galeote cum illa tercia de Jadra computata, et vigilare ad honorem nostrum et conservationem, defensam et securitatem turrium predictarum et portus, ita quod nemo possit intrare nec exire. De gentibus autem equestribus et equis disponatur, quod do-

minus Ludovicus de Buzacarinis cum gentibus equestribus se debeat reducere ad Lauranam, qui ibi in loco comodo et habili pro victualibus et stramine, et pro possendo se exercere ad honorem nostrum, et ibi debeant stare ad obedientiam semper rectorum nostrorum Jadre, quousque aliud sibi duxerimus ordinandum seu dabimus in mandatis et similiter provisoris nostri Sibinici, in casu quo sibi fiat opus, et requireret gentes predictas. De parte 43, 45, 47, 48.

Ser Nicolaus Georgio sapiens ordinum vult, quod turres predicte fortificentur berteschis et aliis reparationibus opportunis et necessariis nec non de maseriis a parte terre, secundum quod continetur in parte, sapientum consilii; sed vult, quod, licet turres fortificate sint et reducte in bona securitate, tamen gentes nostre non removeantur de bastita Magdalene pro nunc, habito respectu, quod in proximis mensibus futuris colligentur bladas et fructus terre, quod tempus non est amittendum, sed debeant stare sicut hucusque steterunt ad bastitam, et illam tenere, quousque aliud providebitur et sibi mandabitur per istud consilium. Nam poterunt ita stare gentes nostre et cum maiori damno et molestia inimicorum, quam tenere illas in Laurana, ut continetur in parte sapientum. De parte 36, 41, 41, 43; de non 8, non sinceri 8, 10, 6, 3.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV, p. 180 tergo, u mlet. arkivu.

CL. God. 1411. 4 lipnja, u Mletcih.

Naputak pomorskomu kapetanu odlazećemu u Dalmaciju.

1411. die quarto iunii. Nos Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Petro Lauredano capitaneo nostro culphi dilecto civi et fideli nostro, quod in nomine yesu christi et in bona gratia, cum recesseris de Venetiis cum galea tibi commissa, ire debeas versus Jadram, et cum ibi fueris, quantum prestius poteris, dabis tibi operam simul cum nobile viro ser Jacobo Trivisano ambaxatori nostro ituro ad Turchum de essendo cum comite et capitaneo nostro Jadre, et inter alia, que secum habetis, exponere debeatis tu et dictus ser Jacobus ambaxiator noster, dictos nostros rectores Jadre nostri parte sollicitare, quod sint vigiles, attenti et solliciti ad executionem operum et laboreriorum fiendorum in Jadra, prout credimus eos esse, ut presto compleri possint pro securitate civitatis predicte et alleviatione expensarum nostrarum; et circa hoc instare debeatis cum eis cum tota illa instantia, qua poteritis, ut videant et cognoscant nostrum dominium, ut est rei veritas, summe optare, ut laboreria predicta compleantur.

Subsequenter volumus et sic tibi committimus, quod simul cum dicto ser Jacobo Trivisano ambaxiatori nostro dictis nostris comiti et capitaneo Jadre dare debeas notitiam et informationem de omni eo, quod captum et provisum est per nostra consilia rogatorum super facto bastite Sibinici removende et super facto turrium fortificandarum et custodiendarum secundum formam et tenorem partis predicte, de qua per nostras litteras nostra bulla bullatas et sibi consignatas plenam et claram informationem habes. Et visa et examinata continentia dicte partis, volumus, quod tu dictus ser Jacobus et comes et capitaneus nostri Jadre predicti esse de-

beatis insimul, et videre et examinare, si gentes nostre equestres et pedestres, existentes ad presens in civitate nostra Jadre, sunt sufficientes ad custodiam et defensionem civitatis Jadre predicte. Et si terminabitis per maiorem partem vestrum, quod sint sufficientes ad custodiam et defensionem eiusdem, bene quidem; quando vero non, terminare debeatis, quot gentes viderentur vobis addende ultra illas, que ibi sunt; et facta per vos terminatione superinde, volumus, quod de gentibus nostris, quas removebitis de Sibinico, rectores nostri Jadre retinere debeant illam quantitatem, que per vos fuerit terminata. Et sicut dicimus de Jadra, ita vobis mandamus, quod provideatis de civitate nostra None, videlicet quod si gentes nostre ibi existentes erunt ad ipsius custodiam et defensionem sufficientes, bene quidem, quando non, quod terminare debeatis de quantitate gentium ibi tenenda, et de illis, quas removebitis de Sibinico. Rectores nostri Jadre mittant Nonam illam quantitatem, que per vos fuerit terminata. Et licet credamus, quod stipendiarii nostri, existentes tam in Jadra quam in Nona, sint ad earum custodiam et defensionem sufficientes, tamen pro occurrentibus casibus damus vobis libertatem suprascriptam, tenentes firmiter, quod bonam advertentiam et considerationem habebitis ad magnas et intollerabiles expensas, quas substinemus in dictis partibus. Et super hoc terminabitis, prout cognoscetis esse cum securitate civitatum nostrarum predictarum et cum quam maiori aleviatione expensarum poteritis pro bono nostri comunis. Facta autem terminatione predicta, et dato ordine cum comite et capitanno nostro Jadre, quod mittat Sibinicum illam quantitatem barcharum et navigiorum, que erunt sufficientes ad levandum de Sibinico illos nostros stipendiarios, qui inde erunt removendi secundum mandata nostra, debeas presto ire versus Sibinicum, et cum ibi applicueris, debeas esse insimul cum dicto ser Jacobo provisori nostro Sibinici et capitaneo gentium nostrarum, que ibi sunt, et cum supracomitis nostris galearum et galeotarum ibi existentium, et sumpta informatione omnium novorum et conditionum partium deinde, debeas exequi et executioni mandare mandatum tibi factum super facto bastite removende et turrium fortificandarum, prout per litteras nostras tibi iniunctum et mandatum est, providendo taliter in remotione dicte bastite, quod gentes nostre nullo modo sustinerent damnum vel sinistrum; nam confidentes de prudentia tua et aliorum, qui tecum esse debent ad executionem dicti nostri mandati, sumus certi, quod taliter providebitis, quod aliquod damnum vel incommodum gentibus nostris non occurret.

Et ut mandata nostra in remotione dicte bastite et in fortificatione turrium possint celeriter mitti executioni, volumus, quod ibi in Sibinico stare et morari debeas diebus octo et non pluribus, infra quos debeas totis sensibus et spiritibus tuis attendere et sollicitare ad fortificationem turrium predictarum, secundum quod a nobis habes in mandatis, et providere, ut catena, solita esse inter turres, ibi sit, et ponatur per talem modum et in tali fortitudine, quod nemo inde possit ire nec transire sine voluntate nostra; nam ordinavimus rectoribus nostris Jadre, quod pro fortificatione turrium mittant Sibinicum illam quantitatem calcine, que erit necessaria, et similiter quod aptare facerent catenam ponendam inter turres, ita quod speramus, quod omnia deo dante reperies in bono termino, ita quod poteris celeriter nostram intentionem mittere executioni.

Facta autem terminatione de ballistariis et peditibus tenendis ad custodiam et defensionem turrium nostrarum, et deputatis et retentis de melioribus et sufficientioribus illis ballistariis et peditibus in tali numero et quantitate pro unaquaque turri, quod sint sufficientes ad custodiam et defensionem suam, et fulcire dictas turres munitionibus, pulvere a bombarda et aliis necessariis, ita quod de eis sinistrum aliquod non possit occurrere, debeas omnes alios superabundantes mittere Jadram, ut nostri rectores Jadre videant et saldent rationes suas, et illos cassent vel retineant, sicut in Jadra per vos fuerit terminatum. Gentes autem equestres nostras ibi existentes mittere debeas Auranam, et nostri parte mandare egregio viro domino Ludovico de Buzacharinis capitaneo nostro gentium predictarum, quod cum omnibus gentibus equestribus predictis illuc vadat, et sit capitaneus earum, nam volumus, quod ibi moretur et stet per aliquod parvum tempus, quia volumus informari de progressibus regis Hungarie, et similiter videre, qualiter procedent in factis suis Sibinicenses, et postea de revertu suo providebimus, prout videbimus fore opus.

Si vero infra dictos octo dies omnia, que supra tibi committimus fienda in Sibinico, executioni mittere non posses, volumus, quod ad executionem eorum, que restabunt, nobilis viri ser Jacobus Dandulo provisor noster debeat attendere, sollicitare et exequi ac remanere in una dictarum turrium, et ibi esse provisor noster, donec de ipso aliud duxerimus providendum; et quod ad custodiam dictarum turrium et ad offensionem Sibinzanorum dimittere debeas unam ex galeis nostris Crete, illam, que tibi videbitur, et duas nostras galeotas de Venetiis et galeotam armatam in Jadra, quarum debeat esse capitaneus supracomitus noster Crete. Si vero galea nostra Maurocena applicuisset Sibinicum, et tibi videretur, quod melius esset dictam galeam Maurocenam ibi dimittere et tecum ducere galeam Crete, hoc relinquimus in libertate sua ducendi tecum alteram ipsarum, que tibi melius et melius armata videbitur. Transactis autem octo diebus, et dimissis ad custodiam dictarum turrium Sibinici una galea et tribus galeotis, ut superius tibi comittimus, debeas cum aliis galeis nostris culfi tibi commissis de Sibinico recedere et ire versus partes Albanie; et si galea Maurocena nondum venisset Sibinicum, et in itinere ipsam invenires, et tibi videretur, quod esset bene armata, ita quod posset sequi te, relinquimus in libertate tua ipsam ducendi tecum et non ducendi, prout melius tibi videbitur, et sollicitans iter tuum quantum prestius poteris ire debeas Dulcignum, et ibi te informare debeas a rectore nostro dicti loci de novis et conditionibus partium predictarum et de motibus et progressibus Balse; et habita informatione, debeas ire in fluminarium Scutari et ire sanctum Serzium, et providere de loquendo cum comite et capitaneo nostro Scutari, et ab eo debeas te similiter informari de novis et conditionibus partium predictarum et de motibus et conditionibus Balse; et sumpta omnium plenaria informatione, tam si dictus Balsa fecerit novitatem terris et locis nostris quam non, cum consilio dicti ser Jacobi Trevisano et comitis et capitanei nostri Scutari scribere debeas domine Helene Stracimiri et Balse, quod, sicut ipsi sciunt, miserunt ad presentiam nostram aliquos ex suis, similiter scripserunt nostro dominio intentionem suam, et nostra dominatio eis respondit, quod

per capitanenm suum culfi eis faceret responsionem, et mitteret eum cum libertate tractandi et concludendi bonam pacem inter partes, et quod nostra dominatio volens observare promissa, misit te ad dictas partes, et habes libertatem a nobis tractandi et concludendi bonam pacem inter ipsos et nos pro bono et quiete partium predictarum, et quod propterea provideant de essendo tecum vel de mittendo de suis, ut possis cum eis esse, et facere ea, que habeant pacem et quietem inducere inter partes.

Et quia sumus certi, quod dicta domina Helena et Balsa, audita requisitione tua, providebunt aut de loquendo tecum aut de mittendo aliquos ex suis ad te pro videndo et sciendo intentionem nostram super pace tractanda inter partes, volumus, quod simul cum dicto ser Jacobo Trivisano debeas perquirere, investigare et sentire intentionem dictorum domine Helene et Balse, et quid vellent per nostJum dominium eis fieri; et quia non dubitamus, quod dicta domina Helena et Balsa petent, ut sibi dare debeamus Antibarum pro eorum habitatione et reductu, sicut alias fecerunt, volumus, quod ad hoc respondere debeas, quod nostra dominatio propter promissiones factas Antibarensibus hoc nullo modo pro honore nostro faceret. Sed ut videant et cognoscant, intentionem nostram esse bonam erga eos, et nos esse dispositos velle secum in pace vivere, nostra dominatio est contenta sibi dare Buduam cum salinis et iurisdictionibus suis, et ultra hoc contratam Saboiane et ducatos mille in anno, sicut habebat quondam dominus Georgius Stracimiri, de introitibus Scutari; et si de hoc essent contenti, bene quidem, quando non, damus tibi libertatem promittendi ducatos mille et quingentos in anno cum aliis conditionibus suprascriptis; et si ad hoc non contentarent, sumus contenti, quod promittere debeas eis ducatos duos mille in anno de introitibus Scutari, dando similiter eis Buduam et Saboianam, prout superius continetur. Et si erunt contenti concludere pacem tecum per aliquem modorum suprascriptorum, tunc in bona gratia illam concludere debeas, et ob hoc tibi fieri fecimus sindicatum ad plenum in forma necessaria et opportuna. Si vero dicti domina Helena et Balsa nolent venire ad pacem per aliquem modorum suprascriptorum, sed starent firmi et constantes in volendo Autibarum, tunc in isto casu sibi dicere et respondere debeas, quod tu non habes aliam libertatem nec mandatum a nostro dominio, et quod videtur tibi necessarium esse, postquam ad ea, que sibi offers ex parte nostri dominii, que sunt iuxta et rationabilia, nolunt condescendere, facere inter partes treuguas sive sufferentias; et factis dictis treuguis, tu scribes nostro dominio intentionem suam, et omnia, que petunt, et ipsi similiter possunt mittere ad presentiam nostram ambaxiatores, quibus tu facies nostro nomine salvum conductum ad plenum, ut possint inter partes reperiri de modis et viis possibilibus, per quas ambe partes possint ad bonam conclusionem et pacem devenire. Et si erunt contenti facere dictas treuguas, procurare debeas, quod fiant per illud maius tempus, quod poteris obtinere, faciendo suis ambaxiatoribus salvum conductum nostro nomine, ut possint secure ad presentiam nostram venire. etc.

Secreta consilii rogatorum IV. 181, u mlet. arkivu.

CLI. God. 1411. 13 lipnja, u Mletcih.

Daje se pripomoć općini rabskoj.

1411. 13 iunii. Capta. Cum isti duo ambaxiatores et nuntii comunitatis nostre Arbi cum instantia humiliter petierunt et supplicaverint, quod cum dicta sua comunitas sit valde pauperima et in certis expensis, que anuatim occurunt, videlicet in medico, magistro scolarum, fabro et certis aliis similibus expensis multum grata, ita quod illas tollerari non potest, dignaremur ipsi comunitati causis predictis de introytibus nostri dominii in parte aliqua sufragari; vadit pars cum secundum informationem, quam habuimus, non possit fieri cum minori, attenta paupertate dicte comunitatis, quod dicte comunitati subveniatur et concedatur, quod de introyiibus nostris deinde pro faciendo et solvendo dictas expensas habeat anuatim libras ducentas parvorum.

Misti. XXXXVIII, u mlet. arkivu.

CLII. God. 1411 18 lipnja, u Mletcih.

Republika potvrdjuje njekim Zadranom imanja podieljena jim od kralja Ladislava.

1411. die 18 iunii. Capta. Quod scribatur et mandetur rectoribus nostris Jadre et successoribus suis in hac forma videlicet:

Fuerunt ad presentiam nostram viri providi Valteo Dragoribich et Pripeo sartor cives et fideles nostri Jadre eorum nomine proprio et nomine certorum aliorum fidelium nostrorum Jadre humiliter supplicantes, quod cum per serenissimum dominum regem Ladislaum tunc dominantem civitati Jadre propter eorum fidelia et bona portamenta fuerit predictis et multis aliis donata et concessa omnia bona stabilia ubicumque et in quibuscumque consistentia atque sita, que fuerunt quondam ser Damiani de Nassis rebellis notorii dicti domini regis equaliter habenda et tenenda per eos, prout in privilegio suo eidem concesso continetur, dignemur eisdem dictum privilegium confirmare. Nos vero, intellectis litteris vestris fidem facientibus de fidelitate et optima dispositione predictorum ad honorem et statum nostri dominii, et viso tenore et continentia privilegii predicti, cuius tenor talis est, videlicet: Ladislaus dei gratia Hungarie, Hierusalem et Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rome, Servie, Salicie (sic), Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, Provincie ac Forcalquerii ac Pedemontis comes omnibus christi fidelibus presens scriptum inspecturis tam presentibus quam futuris salutem in omnium salvatore.

Exaltat potentiam principum munifica remuneratio subiectorum, quia recipientium fides crescit ex premio et alii ad obsequendum devotius animantur exemplo. Sane attendentes merita sincere devotionis et fidei Vlatei Dragorybich, Misoli de Jadra, Pripci sartoris, Gregorii Sturicich marangoni, Bilze marangoni, Cherle piscatoris, Thome eius filii, Vlatei Gauramch, Fravoli Stravioli marangoni et Georgii Galicich de Jadra nostrorum fidelium dilectorum, nec non grata, utilia, fructuosa et accepta servitia per eos maiestati nostre prestita et impensa, queve prestant ad presens, et prestare poterunt in futurum, ex quibus ex speciali nostra

gratia dignos et benemeritos reputamus, eisdem Vlateo, Misolo, Pripcho, Gregorio, Bilze, Cherle, Thome, Vlaticho Gauramch, Fravolo ac Georgio ac eorum utriusque sexus heredibus ex eorum corporibus legitime descendentibus natis iam et in antea nascituris in perpetuum, omnia et singula stabilia ubicumque et in quibuscumque consistentia atque sita, que fuerunt Damiani Bivaldi de Nessis de Jadra rebellis nostri notorii per eius notoriam rebellionem ac lese nostre maiestatis crimen per eum commissam et commissum adherendo, parendo et favendo Sigismondo marchioni Bandeburgensi olim occupanti regnum nostrum Hungarie et alia regna sibi annexa ac eius fautoribus, sequacibus et adherentibus ad nos et nostram curiam iuste et rationabiliter devoluta, cum omnibus iuribus, rationibus et pertinentiis ipsorum bonorum omnibus, quocumque vocabulo vocitatis ac cum eorum omnibus integritatibus ac metis et terminis, ac omni eo iure, quo hactenus tenta et possessa fuerunt, tenore presentium de certa nostra scientia de consilioque prelatorum et baronum regni nostri Hungarie antedicti hic nobiscum existentium, ac omni eo iure, quo ad nostram regiam pertinere dignoscuntur collationem, de manibus nostris regiis ac nomine nostre dominationis titulo dedimus, donavimus et contulimus, ymo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter per eosdem Vlateum, Misolum, Pripchum, Gregorium, Bilzam, Cholam, Thomam, Vlateum Gauramch, Fravolum atque Georgium ac eorum heredes predictos pro equali portione tenenda pariter et habenda presentium patrocinio mediante sub servitiis et recognitionibus in regnis Dalmatie et Croatie consuetis fidelitate nostra, iuribus nostris aliis et cuiuslibet alterius semper salvis. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde fieri fecimus, et magno pendenti nostro sigillo iussimus comuniri. Datum Jadre per Antonium Penam secretarium familiarem et fidelem nostrum dilectum anno domini millesimo, quadringentesimo tercio, die vigesimooctavo mensis septembris, duodecime indictionis, regnorum nostrorum anno decimoseptimo. Fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus et mandamus, quatenus dictum privilegium, prout iacet, suprascriptis nostris fidelibus observare et observari facere debeatis, ita quod dicta bona in dicto privilegio contenta habeant et possideant, hac tamen declaratione, quod domus alias concessa magnifico domino Sandalio per commune Jadre, que fuit dicti quondam Damiani, remaneat in nostrum commune, donec aliud ordinabimus de ipsa, et quod reservetur ius dotis uxoris dicti Damiani in bonis predictis. De parte 80, de non 8, non sinceri 8.

Misti. Vol. 49, p. 26, u mletačkom arkivu.

CLIII. God. 1411. 18 srpnja, u Suessi.

Ladislav kralj napuljski potvrdjuje, da je primio od mletačke vlade cielu svotu od 100,000 dukata za Dalmaciju.

Ladislaus dei gratia Hungarie, Jerusalem, Sicilie, Croatie, Rame, Servie, Galitie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex, Provincie et Forcalquerii ac Pedemontis comes, universis et singulis presentes litteras inspecturis, tam presentibus quam futuris notum facimus per easdem,

quod eminens et magnificus dominus Michael Steno dux ac magnificum commune et dominium Venetiarum, amici nostri carissimi, exsolverunt, dederunt et assignaverunt nobis et nostre curie totam et integram summam, quantitatem et precium ducatorum centum milium veri et puri auri ad pondus et cuneum Venetorum alias debitorum, conventorum et promissorum nobis pro toto et finali precio vendicionis civitatis Jadre et aliorum iurium Dalmatie per nos venditorum et cessorum eisdem infra terminos et pagas conventas et constitutas pro solucione tocius precii predicti. Et quamvis pro eisdem solucionibus et pagamentis, ut predicitur, nobis factis de tota predicta summa et precio predicto ex parte dominii predicti prefati dominus dux, dominium et commune predictum habuerint et assecuti fuerint primum a nobis et per commissarios nostros particulares quietaciones et apodixas usque ad concurrenciam tocius predicte quantitatis et precii prehabiti et recepti ex causa predicta, tamen pro maioris cautele suffragio et pro recognitione veritatis auctoritate presencium de certa nostra sciencia fatemur, testamur et declaramus, fuisse et esse nobis integre et plene solutum ac in totum satisfactum ab eisdem domino duce, dominio et communi predicto de tota predicta summa, quantitate et precio dictorum ducatorum centummilium auri veri et puri ad cuneum et pondus Venetorum toto et integro precio vendicionis et cessionis predicte cum plena observancia premissorum, propterea per eosdem nichiloque inde deberi ultra nec restare nobis debitores titulo sive causa vendicionis et cessionis eiusdem. Et primum de certa nostra scientia, auctoritate presencinm liberamus, quietamus et perpetuo absolvimus prefatos dominum ducem, commune et dominium predictum nec non syndicos et emptores, qui fuerunt in actu vendicionis et cessionis predicte ab omni nexu, vinculo, obligatione et promissione pro sorte, pena, interesse et iuramento, quibus et primum nobis alias fuissent astricti et obligati vigore vendicionis et cessionis, cuius supra, facientes propterea eis et cuilipet ipsorum pactum perpetuum de ulterius non petendo aut aliter quovis modo in totum nec in partem vexare nec impetere prefatos dominum ducem, dominium et commune, syndicos et emptores supra et de solucione precii vendicionis et cessionis, eiusdem precedenti actu solucione et satisfactione integra nobis facta tocius precii supradicti; pollicentes firmiter sub verbo et fide nostris regalibus, predicta omnia et singula pro liberatione et quietacione quorum supra circa premissa et quolibet premissorum habere omni tempore rata, grata et firma, et in nullo contrafacere, dicere, opponere vel venire de iure nec de facto sub ypotheca et obligatione bonorum nostrorum omnium presencium et futurorum. In cuius rei testimonium presentes licteras ex inde fieri, et magno nostro pendenti sigillo iussimus communire. Datum in castro Suesse per manus nostri predicti regis . . . . . anno domini millesimo quadringentesimo undecimo, die decimooctavo mensis iulii, quarte indictionis regnorum nostrorum anno vicesimoquinto.

Izvornik na pergameni u mletačkom arkivu br. 47.

CLIV. God. 1411. 18 srpnja, u Mletcih.

Uzeto, da se imenuje providur za Šibenik na šest mjesecih.

1411. die XVIII iulii. Capta. Quia iustum et rationabile est dare excambium nobili viro ser Jacobo Dandulo provisori Sibinici, qui stetit ibidem cum magnis laboribus ultra tempus suum multo tempore, sapienter et solicite se exercendo; etiam considerata remotione bastite et gentium nostrarum deinde, bonum est diminuere expensam omni modo possibili; vadit pars, quod eligatur per quatuor manus electionum in hoc consilio loco dicti ser Jacobi unus provisor cum salario ducatorum quadraginta in mense et ratione mensis, et sit per ses menses, ducendo secum suis salario et expensis solummodo famulos tres, et ultra hoc mittantur secum duo probi homines populares cum salario ducatorum decem in mense pro quolibet, qui possint operari in mittendo et exercendo opportuna deinde, sicut videbitur et fuerit necesse, quorum unus sit homo maris pro attendendo ad catenam. Et eligantur dicti duo probi homines per collegium, qui teneantur portare arma sua, ut sint promptiores ad conservationem locorum nostrorum deinde.

Misti. Vol. 48 p. 39, u mlet. arkivu.

CLV. God. 1411. 28 srpnja, u Mletcih.

Kotorani nepristaju na uvjete, koje im Mletčani stavljali, ako hoće da budu primljeni za mletačke podanike.

1411. die 28 iulii. Capta. Cum comparuerit ad presentiam nostri dominii unus ambaxiator communitatis Catari exponens pro parte dicte communitatis, quod sua communitas, audita responsione facta per nostrum dominium ad capitula sua per suos ambaxiatores nostro dominio porrecta, dicte sue communitati videtur de non condescendendo responsioni nostre predicte, quia est diformis ab his, que comiserant ambaxiatoribus predictis; vadit pars, quod respondeatur dicto ambasciatori, quod audita sua responsione, que est de non condescendendo responsioni alias per nos suis ambasciatoribus facte, de dicta sua responsione remanemus contenti, et multum nobis placet, quod possint se in suo statu conservari.

Ad aliam autem partem, quia obtuleramus ambaxiatoribus suis de interponendo nos ad concordandum differentias existentes inter ipsos et magnificum dominum Sandali, ad quam dictus ambaxiator respondit, quod communitas sua Catari nullam habet differentiam cum domino Sandali predicto, et ideo non est necessarium, quod nos interponamus; respondeatur, quod pro bono et quiete sue communitatis nos obtuleramus et dictam oblationem faceramus, putantes facere rem gratam et acceptam sue communitati; sed postquam videtur sue communitati, interpositionem nostram non esse necessariam, de hoc sumus multum contenti, et desideramus, quod cum dicto Sandali et quibuscumque aliis possint bene et amicabiliter vivere.

Misti. Vol. 49 p. 41 tergo, u mletačkom arkivu.

CLVI. God. 1411. 28 srpnja, u Mletcih.

Odgovara se poslaniku Sandalja, koj je molio republiku, neka posreduje sporazumljenje medj Sandaljem i Kotorani, da su joj Kotorani odvratili, da toga nije treba, nebuduči tomu uzroka.

1411. die 28 iulii. Capta. Quod ambaxiatori magnifici domini Sandali, qui ex parte domini sui retulit nostro dominio, quod ambaxiatores domini sui, qui alias fuerunt ad presentiam nostram, retulerunt eidem domino Sandali, quod nostra dominatio se obtulerat de differentiis existentiis inter suam magnificentiam et communitatem Catari nos interponere et illas concordare, de qua oblatione nostra dictus dominus suus remanet contentus, et rogat, ut velimus ad hoc providere etc.; respondeatur, quod veritas est, quod informati per suos ambaxiatores, qui fuerunt ad presentiam nostram, quod inter dominum suum et Catarinos erant certe differentie, nos diligentes dominum suum tanquam filium et amicum obtulimus velle nos interponere ad concordandum differentias predictas, et quod informaremus communitatem Catari de interpositione predicta, de qua si dicta communitas esset contenta, tunc provideremus ad sequendum dictum concordium, et sic fecimus, nam informare fecimus communitatem predictam, quod libenter interponeremus nos inter dominum suum et dictam communitatem, que communitas per suum ambaxiatorem, qui hic est, fecit nobis respondere, quod cum dicto domino Sandali nullam habent differentiam, nec cum eo aliquid habent agere, et ideo non est necessaria interpositio nostra inter eos. Et quia videmus, quod dicta communitas recusat interpositionem nostram, terminavimus nos non interponere ad hoc, postquam non placet dicte communitati et ob hoc placeat dicto domino suo habere nostrum dominium merito excusatum.

Misti. Vol. 49 p. 42, u mletačkom arkivu.

CLVII. God. 1411. 28 srpnja, u Mletcih.

Novoimenovanomu biskupu skradinskomu doznačuju se imanja ležeća u mletačkoj državi.

1411. die 28 iulii. Capta. Cum per summum pontificem provisum fuerit reverendo in christo patri domino Petrosancto olim episcopo Aciensi de episcopatu ecclesie Scardonensis, et ipse dominus episcopus plurime comendetur de bona fidelitate ac virtutibus, moribus et scientia; vadit pars, quod ipse dominus episcopus autoritate huius consilii rogatorum ad possessionem bonorum dicti sui episcopatus in iurisdictione et territorio dominii nostri existentium acceptetur et acceptatur, cum conditione, quod teneatur ire habitatum ad dictum suum episcopatum; et scribatur regimini nostro Jadre sub iurisdictione cuius dicta bona et possessiones esse dicuntur, quod de redditibus, fructibus et proventibus possessionum et bonorum dicti episcopatus in nostro territorio existentium sibi faciat integraliter responderi, habendo ipsum dominum epi-

scopum et iura sui episcopatus, in quantum sibi iure spectabit, cum honore nostri dominii favorabiliter recomissum.

Misti. Vol. 49 p. 42, u mletačkom arkivu.

CLVIII. God. 1411. 30 srpnja, u Mletcih.

Strogo se zabranjuje ni rieči vani izustiti o stvari, o kojoj se u vieću prosborilo.

1411. die XXX iulii. Sapientes consilii. Capta. Cum facta, que disputantur et tractantur ad hoc consilium, sint tante importantie et ponderis, quantum sapientia cuiuslibet intelligentis potest bene ymaginare et considerare, et insuper requiratur, quod talia teneantur multum secretissima multis rationibus et causis, usque quo sit tale tempus habile et aptum, quod uno subito fiant provisiones necessarie et opportune, et que possint nos ducere ad votivam executionem cum conservatione honoris et status nostri; vadit pars, quod hoc factum inducietur et non tractetur ulterius usque apud tempus recessus galearum, et tunc debeat veniri ad hoc consilium et provideri, sicut melius et utilius videbitur ipsi consilio; existente commisso ex nunc omnibus de isto consilio, quod habeatur hoc, quod est ratiocinatum, lectum et praticatum, tantum secretissimum, quantum quilibet habet carum honorem suum et statum nostrum, et quod extra hostium non debeat moveri verbum de tali materia sub debito sacramenti et pena gratie dominationis nostre. De parte 79, non 1, non sinceri 1.

Sapientes ordinum. Cum tam per antiquas scripturas quam per verissimum auditum appareat, quantum antiqui progenitores nostri extimarunt et ponderarunt subiectionem terrarum Dalmatie, probando per veram experientiam et effectum operum non semel sed pluries et pluries utilitatem et comodum ac securitatem status nostri, habendo illam, et e contra incomodum, dubia et pericula iminentia in casibus guerre maritime. Et plus quantum sanguinem et summas pecuniarum expendierimus in recuperationem totiens factam de ipsa Dalmatia. Propterea etiam nos, ut docet memoria experti fuimus tempore nostro guerrarum, quid est fructus Dalmatie, propter quod nunc, quod deus concessit et misit tantum beneficium gratie, cognoscenda est, et facere ac tenere omnem modum possibilem de evitando dubios casus et eventus precipue scita dispositione domini regis Hungarie et animo multorum civium Jadrensium, et quod conservemus ipsas terras acquisitas cum tanta expensa, pretio et sudore, et principalis provisio securitatis sit in hoc facto, ut exinde honesto modo eradicetur malum semen illorum videlicet non bene dispositorum ad honores nostri dominii, nam remota causa removetur effectus. Et si tempus aliquod potest esse habile ad hoc, erit in accessu galearum nostrarum Baruti et Alexandrie, dum transibunt a Jadra. Et propterea quia omnis mora est nociva in hoc facto; vadit pars, quod auctoritate huius consilii commissum sit galeis viagiorum predictorum, quatenus debeant ire insimul Jadram suo tempore debito, ut observari possit hic modus et ordo infrascriptus. Et primo eligi debeant in hoc consilio per scruptinium duo provisores nostri cum illa expensa et familia, que vide-

bitur collegio, et possint accipi de omni loco et offitio, et de offitio continuo, non possendo refutare sub pena ducatorum CCC, et teneantur respondere die qua fuerint electi vel sequenti ad tercias, et teneantur recedere usque ad XII mensis augusti et ire Jadram, ut in isto principio videant et examinent laboreria et opera incepta cum rectoribus nostris, et providere de complemento ipsorum operum et laboreriorum pro demonstratione, quod non iverint alia de causa. Et subsequenter debeant tenere modum, quod galea nostra culfi, existens in partibus Sibinici, cui mittemus mandatum nostrum, debeat dimissis ibi galeottis omnibus, que erunt sufficientes ad custodiam ibidem, venire Jadram et expectare appulsum galearum duarum Baruti et quatuor Alexandrie, et dato primitus ordine necessario per nostros provisores et per rectores, ac examinatione prehabita de omnibus illis magis principalibus, qui viderentur non bene dispositi nec affectionati ad honores nostros sed suspecti tantum, caute et secrete quantum fieri poterit debeant ipsi nostri rectores et provisores cum bonis verbis et modis, si sibi videbitur posse hoc facere ante appulsum galearum cum securitete pro anticipando tempus, providere de mittendo aliquos de predictis Venetias cum promissione, quod hoc fit pro providendo sibi de officiis et beneficiis et honoribus nostris, ut sapienter scient facere. Et si pur videretur ipsis rectoribus et provisoribus non debere hoc facere ante appulsum galearum, debeant postea in essentia galearum omnium predictarum ibidem dextro modo convocare, et cum bonis verbis et hortaminibus divisim de illis talibus non bene dispositis per eum modum, que sapienter scient et poterunt facere, et ipsos mittere super illa galea subtili culfi, et ipsos mittere Venetias. Galee autem a mercato ire debeant ad suum viagium, venientibus etiam provisoribus nostris predictis vel cum galea vel aliter ita et taliter, quod, dum fuerint Venetiis, debeant subito ipsi provisores et alii, qui deputati fuerint per dominium, habentes ad hoc plenariam libertatem, auctoritate huius consilii examinare conditiones eorum, et tenere modum, quod eis provideatur de officiis et beneficiis aut soldo in locis et terris nostris per illum meliorem modum, qui videbitur provisoribus predictis et aliis, qui forent deputati pro nostro dominio et cum conditione, quod etiam quod gaudeant suis omnibus possessionibus et bonis, que debeant sibi reservari; et ulterius quod cum applicuerint, detur eis subventio in tanta pecunia, quod possint vivere usque quo sibi fuerit provisum de officiis vel beneficiis aut soldo vel alio modo, sicut melius videbitur provisoribus et illis deputatis per dominium, ut est dictum, ut habeant causam non perdendi spem nostram, sed quod sentientes beneficiati, aliqualiter possint vivere et condecenter contentari, non possendo propterea eos ponere in locis, in quibus nobiles nostri habent regimina vel benefitia solita. De parte 12.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 187, u mlet. arkivu.

CLIX. God. 1411. 4 kolovoza, u Mletcih.

Republika nječe zajam knezu senjskomu.

1411. die 4 augusti. Capta. Quod respondeatur reverendo patri domino Nicolao episcopo Vigiliensi et nobili viro vicecomiti Gasparino

ambaxiatoribus magnifici domini comitis Segnie ad requisitionem per ipsos factam pro parte magnifici domini predicti, videlicet, quod dignetur nostrum dominium eidem domino comiti Segnie ducatos tres mille mutuare, videlicet ducatos mille salis nostri Jadre et alios duos mille hic numeratos etc.; quod, sicut ipse dominus scit, in cunctis nobis possibilibus semper complacuimus eidem domino, et complacere semper essemus dispositi tanquam amico et filio nostro carissimo. Sed quia ad presens occurse sunt et occurserunt multe et infinite expense pro agendis nostri communis, videmus non posse modo aliquo eidem domino complacere nec de sale, quia est civium nostrorum Dalmatie, nec de denariis predictis; et ideo dictam suam magnificentiam rogamus, ut causis predictis, si requisitioni sue non condiscendimus, habere nostrum dominium merito excusatum. Ad aliam autem requisitionem, ut complaceamus sue magnificentie, quod possit tenere ad suam provisionem Georgium Traversa fidelem nostrum Jadre, respondeatur, quod sumus contenti, quod dictum Georgium possit tenere ad provisionem suam secundum voluntatem magnificentie sue.

Misti. Vol. 49 p. 44, u mletačkom arkivu.

CLX. God. 1411. 7 kolovoza, u Mletcih.

Dozvoljeno knezu creskomu, da dvie zgrade popravi.

1411. die 7 augusti. Capta. Quod concedatur nobili viro ser Georgio Foscareno comiti Chersi et Abseri, quod pro complendo laborerium domus palatii communis nostri Chersi possit expendere libras trecentas parvorum. Item quod pro fabrica magazeni salis possit expendere libras sexaginta parvorum.

Misti. Vol. 49 p. 45, u mletačkom arkivu.

CLXI. God. 1411. 9 kolovoza, u Mletcih.

Republika odbija molbu kneza senskoga, neka mu pozajmi 10,000 dukata, da si nabavi grad Oklić.

1411. die IX augusti. Capta. Cum post responsionem pridie factam ambaxiatoribus magnifici domini Segne, dicti ambasciatores discerint et exposuerint nostro dominio ex parte domini sui predicti, quod habuerant in mandatis a domino suo comparendi iterato ad presentiam nostram, et nostro dominio exponendi, quod quidam castellanus, qui tenet et possidet quoddam castrum vocatum Ocliz, quod castrum est passus et transitus veniendi de Hungaria ad terras et loca dicti comitis, timore domini regis Hungarie est dispositus dictum castrum vendere, et esset contentus, quod potius perveniret ad manus domini comitis predicti quam domini regis Hungarie, et de hoc requisivit eumdem dominum comitem, et obtulit sibi dictum castrum pro ducatis X millibus, sed vult esse securus in Venetiis a nostro dominio, propter quod idem dominus comes Segne considerans securitatem sui status, si dictum castrum perveniret ad manus suas, instanter rogavit nostrum dominium, ut velimus promittere pro domino

comite castellano predicto dicta X millia ducatorum, et illa temporibus debitis solvere; et ob hoc, ut comune nostrum sit securum, vult dare et consignare nostro dominio omnes introitus terre Segne et medietatem introituum insule Vegle et introitus contrate de Vinodol, quos omnes introitus exigere debeat nostrum dominium, donec pervenerit ad satisfactionem dictorum X millium ducatorum, quam satisfactionem haberemus in mensibus decemocto etc. Et pro expeditione ambaxiatorum predictorum necessarium sit providere; vadit pars, quod respondeatur dictis ambaxiatoribus, quod dictus dominus suus potuit evidenter cognoscere, quod continue in cunctis possibilibus sue magnificentie complacuimus libenter, et ita essemus dispositi facere in futurum. Sed propter aliquas iustas et rationabiles causas videmus non posse pro presenti sue magnificentie secundum requisitionem suam complacere. Et ideo prefatam suam magnificentiam rogamus, ut eidem placeat nos habere iustis et rationabilibus causis excusatos. De parte 53, non 9, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatoram. Vol. IV p. 188, u mletačkom arkivu.

CLXII. God. 1411. 28 kolovoza, u Mletcih.

Knez skadarski o miru ustanovljenom sa Balšom.

1411. 28 augusti. Capta. Cum comes et capitaneus noster Scutari per litteras suas datas die 12 mensis iulii elapsi scripserit, quod post recessum nobilis viri ser Petri Lauredano capitanei nostri culfi pervenit ad pacem cum Balsa Stracimiri per illum modum, quem dictus capitaneus praticaverat, videlicet de dando Balse Buduam cum pertinentiis suis, contratam Saboiane et ducatos duo mille in anno de introitibus Scutari, que pax debebat usque 15 dies tunc proximos confirmari, et pacta reduci in scriptis; et subiungit dominus comes et capitaneus Scutari, quod putat, quod dictus Balsa non observabit pacem predictam per ea, que continue fecit; et quod per ea, que sentit, tempore vindemiarum idem Balsa veniet ad vindemiandum. Et per ea, que dictus Balsa solitus est facere, bonum et utile est providere, cum dictus comes et capitaneus Scutari scribat, quod Juannus Castrioti, qui est potens in partibus illis, multoties se obtulit ad servitia nostri dominii, et offert se mittere contra dictum Balsam equos trecentos Turchorum et equos duo mille de suis et plures, si plures erunt necessarii, et deffendere et substinere territorium nostrum contra dictum Balsam et quamlibet aliam personam, et dictas gentes mittere singulo anno totiens, quotiens esset necessarium, habente dicto Juanno ducatos mille singulo anno a nostro dominio; vadit pars, quod respondeatur dicto nostro comiti et capitaneo Scutari, quod litteras die predicto datas recepimus et intelleximus diligenter, et quod credimus, quod Balsa fuerit contentus devenire ad pacem per modum superius descriptum, et quod illam observabit, sicut inter partes fuerit conventum; quam si observabit, prout conventum erit, debeatis similiter illam vos ex parte nostri dominii observare et manutenere, et illi non contrafacere ullo modo. Si vero dictus Balsa dictam pacem non conclusisset, et si conclusisset et postea illam non observaret, detur libertas dicto nostro comiti et capitaneo accipiendi Juannum Castrioti ad provisionem nostram in hunc modum, videlicet: quod dictus Juanus teneatur et debeat semper

in omni casu necessitatis tam contra Balsam quam contra quamlibet aliam personam volentem venire ad damna et opressionem terrarum et locorum nostrorum et territorii nostri venire cum duobus mille equis ex suis et cum pluribus, si plures essent necessarii, vel cum illa quantitate, que erit ad hoc necessaria. Et si de hoc erit contentus, debeat dictus noster comes et capitaneus Scutari sibi promittere de provisione singulo anno ducatos mille de introitibus nostris Scutari. Sed quia hic per aliquos fertur, eundem Juanum non esse potentem ad hoc, et fuerimus informati, quod Georgius et Lexius Iuras essent potentes ad faciendum intentionem nostram, detur libertas dicto nostro comiti, quod possit expendere inter dictos Juannum, Georgium et Lexium Iuras dictos ducatos mille de introitibus Scutari singulo anno, dividendo illos inter predictos, prout dicto nostro comiti melius videbitur. Et si dicti Georgius et Lexius Iuras nollent nobiscum esse, et dictus Iuanus sit potens ad hoc, detur libertas dicto comiti componendi cum dicto Iuanno, dando sibi dictos mille ducatos, ut superius continetur.

Ser Victor Superantio sapiens ordinum vult, quod sibi promittantur, videlicet Juanni Castrioti, Georgio et Lexio Iuras inter omnes ducati mille et quingenti singulo anno de introitibus Scutari.

Secreta consilii rogatorum IV. 189, u mletačkom arkivu.

CLXIII. God. 1411. 1 rujna u Mletcih.

Nalog pomorskomu kapetanu, da se vrati u Šibenik, i kad bi se osvjedočio, da se po dalmatinskih gradovih oružaju brodovi zlom namierom, neka s njimi radi kao što sa neprijatelji.

1411. die primo septembris. Capta. Quod scribatur et mandetur capitaneo nostro culfi in hac forma, videlicet.

Per litteras nostras datas XXVIII mensis iulii elapsi vobis scripsimus et mandavimus, quatenus in partibus et locis deinde, ad que ire debeatis eundo versus partes Galipolis, deberetis informare vos, utrum conclusa esset pax etc. prout in dictis litteris continetur. Et propter certa ardua nova nostrum dominium multum tangentia volentes providere, fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus et mandamus, quatenus non obstante aliquo alio nostro mandato subito receptis presentibus litteris nostris et presenti mandato debeatis cum omnibus galeis vobis commissis venire Corphoy, ubi reperietis nostrum mandatum, et secundum illud exequi et facere debeatis, providendo de loco in locum fulcire galeas nostras hominibus necessariis, ut in omni casu possitis honorem et comodum nostrum procurare.

Dicto autem capitaneo nostro per litteras nostras mittendas ad manus baiuli nostri Corphoy sibi presentandas, cum illic applicuerit, scribatur in hac forma.

Per litteras nostras datas die presenti vobis cum nostris consiliis rogatorum et additionis scripsimus et mandavimus, quod subito recepto nostro mandato cum omnibus galeis vobis commissis venire deberetis etc. Et quia sumus informati, quod in terris et locis nostris Dalmatie non subiectis nostro dominio fit certus apparatus galearum et brigantinorum, et dubitemus, quod hoc non fiat ad damnum et sinistrum nostri dominii

et locorum nostrorum Dalmatie, fidelitati vestre cum dictis nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus et mandamus, quod cum omnibus galeis vobis commissis bene in puncto et in ordine venire debeatis versus Sibinicum, et cum intrabitis culfum nostrum in veniendo versus Sibinicum debeatis vos sollicite informare in quibuscumque partibus de galeis vel brigantinis, que armate essent in partibus Dalmatie non subiectis nostro dominio, et si reperiretis aliquas galeas vel brigantinos esse armatos, et damnificasse navigia et loca nostra, debeatis contra illos et illas procedere tanquam contra inimicos nostros, et sequi formam vestre commissionis. Si vero inveniretis aliquas galeas vel brigantinos esse armatos in locis predictis, et nullam novitatem fecisse navigiis et locis nostris, in isto casu debeatis cum omni studio venire Sibinicum, et ibi stare ad custodiam et conservationem turrium nostrarum, et scribendo de die in diem et de loco in locum totum, quod facietis et sequetur pro nostra informatione, et ibi expectare, et non recedere sine nostro speciali mandato. De parte 74, de non 7, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV. p. 191 tergo, u mlet. arkivu.

CLXIV. God. 1411 1 rujna, u Mletcih.

Salje se načelnikom Zadarskim što treba za obranu Zadra, Vrane i tvrdjavica kod Šibenika.

1411. die 1. septembris. Capta. Quod scribatur comiti et capitaneo Jadre in hac forma. Quoniam de hinc habuimus certum sentimentum, ut divulgatur et asseritur, de motu et descensu gentium de partibus superioribus ad turres nostras Sibinici; et ulterius, quod fit certus apparatus de galeotis et brigentinis ibi in circavicinis terris et locis, propter quod non est nisi utile et bonum pro statu nostro vigilare cum omni advertentia ad totam securitatem; id circo deliberavimus subito providere et committere cum nostris consiliis ordinatis comiti nostro Pole, ut prestissime mittat vobis triginta bonos viros ex nostris fidelibus deinde bene armatos curaciis et aliis necessariis ac cum suis balistis, dato sibi soldo et solutione pro tribus mensibus, quos, dum illuc applicuerint, volumus, quod mittere debeatis ad turres Sibinici, ut provisor noster, cui scribimus super hoc, et etiam vos scribere debeatis ad plenum, ut debeat illos dividere et ponere in turribus, secundum quod sibi melius apparebit pro tutela turrium. Insuper quia mandamus predicto provisori nostro, quatenus debeat stare de die et de nocte cum bona et vigili custodia atque guardia, et reddidimus eum previsum de omnibus predictis et precipue, quod debeat facere reparari turres, facere fieri maseras et alia reparamenta forcia de lignamine et lapidibus in terra et ab alto a parte superiori cum musellis pro culpis bombardarum et cum aliis reparis, secundum quod videbitur provisori et aliis, et secundum quod magister Guido consulet fore bonum et securum, in casu quo gentes descenderent, et ponerent bombardas ad pugnandum turres; volumus autem, quod catena aptetur et teneatur in bona fortificatione, et quod cisterna omnino compleatur, que est in turribus, quolibet bono respectu, propterea quod ipse turres sint fulcite munitionibus et victualibus pro

duobus mensibus ad minus, et quod habeant farinam, biscotum, vinum oleum et acetum ad sufficientiam et buttas quam plures poterunt haberi plenas aqua pro respectu, et de carnibus salitis et de lignis ad sufficientiam. Et propterea quia omnino necesse est, ut iste provisiones prestissime fiant per viam vestrum rectorum, mandamus fidelitati vestre et oneramus quam plures possumus sapientiam et virtutem vestram, quatenus tam de lignaminibus quam de municionibus, victualibus, armis, lignis et omnibus aliis necessariis, que et quas cognosceretis fore opus, vel de quibus essetis requisiti, debeatis sufficienter et plene providere et subvenire provisori nostro predicto. Nam in hoc multum consistit honor noster et securitas nostri status in illis partibus. Debeatis insuper vigilare ad honorem et conservationem nostri status in illa civitate Jadre et locis circavicinis, secundum quod de virtute vestra confidimus, et precipue etiam de loco Laurane, advisando de omnibus castellanum nostrum, ac reddendo ipsum previsum, ac fulciendo castrum et locum predictum munitionibus et victualibus necessariis, et si oportet, quod fient fosse ibidem vel reparationes, fiant, pro securitate studeatis ea fieri facere, secundum quod cognoscetis pertinere et opus esse ita et taliter, quod in omni casu possint conservari dicta loca et alia nostra deinde ad honorem nostri dominii.

Adhuc sumus informati ab egregio milite domino Ludovico de Buzacarinis, quod ille due banderie peditum de Jadra existentes in turribus nondum cambite sunt a pluribus mensibus citra. Et propterea mandamus vobis, quatenus tenere debeatis modum de mittendo illuc duas ex aliis nostris banderiis peditum existentium in Jadra et revocare illas duas ibi existentes, observando sic de tempore in tempus, ut continue sint recentes et prompti ad viriliter agendum honorem nostrum. Providimus insuper, ut vobis mittantur prestissime staria circa duomillia frumenti, que presto habebitis; et insuper providimus, quod de partibus Apulie habeatis de illo ad sufficientiam.

Propterea habilius potestis subvenire modo provisori predicto et aliis locis, et insuper mittimus vobis staria ducenta frumenti, et illa debeatis mittere ad turres, et si ibi erit farina, que esset nova bona, faciatis ipsam conduci Jadram, ut ibi ponatur et vendatur ad rationem nostri communis. Item provisum est et vobis mittitur navigium unum oneratum lignamine iuxta requisitionem vestram. De pecunia vero providimus vobis mittere per galeas nostras Alexandrie per Petrum Rubeo scribam camerariorum, sicut per plures litteras requisivistis a nobis. De parte 75, de non 6, non sinceri 0.

Misti. Vol. 49 p. 51 tergo, u mletačkom arkivu.

CLXV. God. 1411. 1 rujna, u Mletcih.

Do dolazka pomorskoga kapetana neka svi brodovi budu pod zapovied providura šibeničkoga.

1411. die 1. septembris. Capta. Quod scribatur et mandetur supracomito galee nostre culfi et aliarum galeotarum existentium ad turrim Sibinici, donec erunt in partibus Sibinici usque ad adventum capitanei

nostri culfi debeant stare et esse ad obedientiam provisoris nostri Sibinici, videlicet nobilis viri ser Jacobi Dandulo.

Misti. Vol. 49 p. 51 tergo, u mletačkom arkivu.

CLXVI. God. 1411. 1 rujna, u Mletcih.

Upućuje se providur u Šibeniku o pomoći, koja mu se šalje i može dobiti u potriebi od zadarskih načelnika.

1411. die 1 septembris. Capta. Quod scribatur provisori in partibus superioribus ad turres illas nostras, et ulterius, quod fit certus apparatus de galeotis, brigentinis et navigiis in terris et locis circavicinis. Et vos scitis, quod illi de Sibinico habent unam galeam et alias multas barchas, propter quod non est nisi utile et bonum pro statu nostro vigilare cum omni advertentia ad totam securitatem. Idcirco deliberavimus subito providere et committere cum nostris consiliis ordinatis potestatibus nostris Justinopolis et Pirani, ut prestissime mittant Jadram triginta bonos viros ex nostris fidelibus deinde bene armatos curaciis et aliis necessariis et cum suis balistis, dato sibi soldo et solutione pro tribus mensibus, qui, dum illuc applicuerint, debent subito mitti ad vos, ut debeatis illos dividere et ponere in turribus, secundum quod vobis melius et securius apparebit pro tutela turrium. Insuper mandamus vobis, quatenus debeatis stare de die et de nocte cum bona et vigili custodia atque guardia, et stare previsus de omnibus predictis, et precipue quod debeatis facere reparari turres, facere fieri maserias et alia reparamenta forcia de lignamine et lapidibus ad pedem turrium in terra et ab alto a parte superiori cum musellis et cum aliis reparis, secundum quod videbitur vobis et aliis, et secundum quod magister Guido consulet fore bonum et securum pro culpis bombardarum, in casu quo gentes descenderent et ponerent bombardas ad pugnandum turres. Volumus adhuc, quod cathena aptetur et teneatur in bona fortificatione, et quod cisterna omnino compleatur, que est in turribus, quolibet bono respectu. Preterea quod ipse turres sint fulcite munitionibus et victualibus pro duobus mensibus ad minus, et quod habeatis farinam, biscotum, oleum et acetum ad sufficentiam, et buttas quam plures poterunt haberi plenas aqua pro respectu, ac de carnibus salitis ac de lignis ad sufficentiam. Et propterea quia omnino necesse est, ut iste provisiones prestissime fiant per viam Jadre et rectorum nostrorum deinde, curavimus scribere ipsis rectoribus nostris Jadre, onerando quam plus possumus diligentiam ac solicitudinem suam, quatenus tam de lignaminibus quam de municionibus, victualibus, armis, lignis et omnibus aliis necessariis, que et quas cognoscerent fore opus, vel de quibus essent a vobis requisiti, debeant sufficienter et plene providere et subvenire vobis provisori nostro predicto. Nam in hoc consistit honor noster et securitas nostri status in illis partibus. Vos autem a parte vestra studeatis et solicitatis stare de bona voluntate et viriles, quia semper curabimus dare vobis bonum subsidium et favorem, et mittere de hinc ad turres et ad alia loca nostra de galeis et munitionibus ac victualibus, ita quod non poteritis pati sinistrum, sed pro casibus

occurentibus pro vobis non deficiat stare promptissimi, vigiles et attenti, sicut de virtute et probitate vestra confidimus.

Misti. Vol. 49 p. 52, u mletačkom arkivu.

CLXVII. God. 1411. 1 rujna, u Mletcih.

Nalaže se Kopru i Piranu, neka pošalju nješto vojnika u pomoć vojski pred Šibenikom.

1411. die 1. septembris. Capta. Cum habeatur sentimentum de motu gentium per terram descensurarum ad partes Dalmacie, et ut creditur ad turres precipue nostras, que sunt ad partem Sibinici. Et insuper sentiatur, quod etiam fit certus apparatus de galeis et navigiis in locis circavicinis; et illi de Sibinico habent suam galeam et multas barcas, et habent animum suum valde fervidum et accensum ad rehabendum portum suum et ponendum se ad sbaraleum, et pro honore nostri dominii et pro bono status nostri sit bonum subito providere; vadit pars, quod subito scribatur et mandetur potestatibus nostris Justinopolis et Pirani, quatenus de presenti debeant stipendiare et reperire in loco sibi commisso et inde circa usque triginta bonos viros de fidelibus nostris deinde, qui se fulcient vel sint fulciti curaciis et aliis armis necessariis, et habeant de bonis balistis et bene in ordine et in puncto omnibus oportunis, quibus dare debeant pagam et solutionem de duobus mensibus et de uno de respectu per imprestitum, quod erit pro tribus mensibus, dando sibi illum soldum, per quem melius facere poterunt, ita quod habiliter possent ire ad serviendum nostro dominio; et positis illis in ordine prestissime tantum, quantum fieri poterit, debeant reperiri facere passagium unius barche vel duarum, et mittere Jadram, ut se presentent rectoribus nostris Jadre cum litteris ipsius comitis nostri, exequendo mandata et ordinem, que et quem sibi dabunt rectores nostri predicti, sicut noviter eisdem scripsimus et dedimus in mandatis. De parte 75, non 0, non sinceri 1.

Misti. Vol. 49 p. 52, u mletačkom arkivu.

CLXVIII. God. 1411. 1 rujna, u Mletcih.

Dva plemića, iz Šibenika izagnana, obdaruju se istom pripomoću, koju su njihovi drugovi uživali.

1411. die 1. septembris. Capta. Cum rectores nostri Jadre per litteras suas multum recommendaverint nostro dominio ser Franciscum Comanich et Radoslaum Sigerich nobiles exititios de Sibinico, et predicti ser Franciscus et Radoslaus comparuerint coram nobis, asserentes, quod dicti duo et ser Johannes Comanich frater Francisci suprascripti steterunt aliquo tempore ad stipendium in turribus nostris Sibinici, postea vero venerunt Jadram et petierunt a rectoribus nostris Jadre provisionem, quam nostra dominatio dat aliis exiticiis de Sibinico singulo mense pro

sua subventione. Qui rectores noluerunt dictam provisionem sibi dare, quia non erant scripti in cedula dimissa per provisores nostros, qui fuerunt in Jadra, et hoc processit, quia tunc habebant stipendium nostrum in turribus predictis. et humiliter petunt, quod poni debeant ad conditionem aliorum, ut habere possint provisionem suam. Et pium sit et honor nostri dominii eos tractare, prout tractantur alii nobiles exititii, de Sibinico, sicut eis promissum fuit; vadit pars, quod scribatur et mandetur rectoribus nostris Jadre quod debeant videre et diligenter examinare tempus, quo suprascripti Franciscus, Radoslaus et Johannes steterunt in turribus Sibinici, et de dicto tempore nullam provisionem eis dare debeant, cum habuerint soldum nostrum in turribus predictis. De tempore vero, quo steterunt sine stipendio in campo nostro et in Jadra, debeant eis dare provisionem suam pro ipsis et familia sua prout habuerunt et habent alii nobiles exititii Sibinici, et erga eos servare et facere, prout facient et faciunt de aliis exititiis notatis in cedula dictis nostris rectoribus dimissa per provisores nostros predictos; et mandetur eis, quod deinde sibi faciant solutiones suas de provisione suprascripta, prout faciunt et facient de aliis. De parte 80, de non 2, non sinceri 1.

Misti. Vol. 49 p. 52 tergo, u mletačkom arkivu.

CLXIX. God. 1411. 7 rujna, u Mletcih.

O Zadranih, koji su se zatočiti imali.

1411. die septimo septembris. Ser Nicolaus Victuri sapiens consilii. Capta. Cum per litteras, que nostro dominio scripserunt rectores nostri Jadre, satis clare comprehendi potest, nobiles Jadre esse male contentos de nostro dominio, et hoc similiter senciatur per multas alias vias, quod dicti nobiles sunt versus nostrum dominium male dispositi, propter quod expedit pro securitate status nostri in dictis partibus facere provisionem utilem et bonam, ut dictam civitatem et alia loca nostra Dalmatie possimus sub nostro dominio conservare; et considerato, quod in Jadra sunt multi nobiles, quorum attinentes sunt in partibus Hungarie, et habent provisionem a domino rege Hungarie, et numquam dignati fuerunt venire ad nostram presentiam, de quibus omnino est providendum; vadit pars, quod in bona gratia ad evitandum omnia dubia et pericula, que possent occurrere, quod committatur et mandetur capitaneo galearum nostrarum Alexandrie, quod cum galeis sibi commissis ire debeat Jadram, et cum ibi applicuerit, committatur et mandetur rectoribus nostris Jadre, quod esse debeant ad capitaneum dictarum nostrarum galearum et cum nobilibus viris ser Petro Civrano ituro rectore nostro Canee et ser Nicolao Fusculo ituro castellano Coroni et Mothoni, et omnes quinque insimul debeant videre et examinare conditiones dictorum nobilium, et per maiorem partem eorum terminare illos nobiles, qui erunt deinde removendi, declarando, quod intentio nostra est, quod de Jadra removeantur; inter alios deinde extrahendos omnes illi nobiles, quorum attinentes sunt in partibus Hungarie et ad servitia regis Hungarie, videlicet filii, fratres et

filii fratrum existentibus annorum XVIII et inde supra; et cum fecerint terminationem suam, et terminaverint illos, qui erunt removendi et extrahendi de Jadra, debeant eis dicere, quod nostra dominatio propter certam bonam causam et respectum vult, quod dicti nobiles Jadre, per eos ordinati deinde removendi, debeant ad nostram presentiam venire, et eis mandare debeant, quod ad nostram presentiam veniant, hortando eos, quod secure veniant, quia eos videbimus libenter, et eos tractabimus et tractari faciemus gratiose et benigne; et de recessu dictorum de Jadra et de eorum adventu Venetias dicti nostri rectores providere debeant per illum modum, qui eis magis habilis et ydoneus aparebit, mittendo eos ad partem ad partem cum illis honestis modis et viis, que dictis rectoribus nostris videbuntur, possendo retinere, si eis videbitur, uno vel duobus diebus galeas nostras in Jadra; quando non videretur retinere illas, sequantur illum modum in mittendo predictos Venetias, qui eis videbitur securus et bonus; declarando ex nunc, quod dicti nobiles Jadrenses mittendi ad presentiam nostram, ut superius dictum est, debeant gaudere omnibus suis bonis, ac si presentes essent Jadre; et postquam venerint Venetias, provideatur de retinendo eos hic aut confinandos eos in aliis locis nostris, prout isti consilio utilius apparebit. Verum ex nunc ordinetur, quod expendi debeat in modum provisionis cum consiliis ordinatis. Insuper mandetur capitaneo galearum nostrarum predictarum, quod si in itinere eundo versus Jadram inveniret galeam nostram riperie Istrie, illam secum conducat Jadram, ut, si fuerit necessaria pro terminatione ibi fienda, nostri rectores possint illam operari, sicut eis videbitur opus esse; et sic mandetur capitaneo nostro riperie predicto. De parte 46, 45, 42, 40.

Die dicto posita fuit suprascripta pars sola. Fuerunt de parte 51, non 23, non sinceri 23.

Ser Antonius Contareno sapiens consilii. Cum inter alia necessaria illis, qui regunt et gubernant civitates, necessarium sit humanitatem et pietatem colere, quibus mediantibus possint cum securitate et conservatione sui status subditos suos sub fidelitate et obedientia retinere, et terras et loca sua conservare, et inter alias dominationes principantes nostram dominationem hanc considerationem habere oportet propter civitates, terras et loca varia et diversa, quas habemus, tenemus et possidemus, et inter alias civitates nostras omnino necessarium sit de civitate nostra Jadre providere, ut illam conservare valeamus, ut propter provisionem fiendam alii cives aliarum terrarum ut locorum animentur ad nostram obedientiam venire, et nostro dominio se submittere; ut per informationem habitam a rectoribus nostris Jadre habeatur, quod nobiles dicte civitatis non videntur bene contenti de dominio nostro, quod nulla alia causa procedi potest nisi quia sub aliis dominis, sub quibus fuerunt, soliciti erant habere honores et alia commoda multa, que sub nostro dominio cessant; et dicunt dicti rectores certos modos, per quos posset securitati dicte civitatis providere, et subiungunt, quod in presenti nichil innovandum esset, quia si aliquid suspitionis occureret, bene providerent de removendo deinde illos nobiles, qui viderentur eis esse suspecti. Et consideratis terminis et conditionibus, in quibus sumus ad presens cum domino rege Hungarie, pro securitate nostra et conservatione dicte civi-

tatis omnino expedit nostro dominio facere provisionem, et totis spiritibus et mentibus nostris vigilare de faciendo provisionem, que placeat deo, redeat famam et gloriam nostro dominio, et quod subditi et cives Jadre habeant causam remanendi contenti et ferventius se inanimandi ad bonam et veram obedientiam et fidelitatem, et alii videntes humanitatem et benignitatem nostri dominii se disponant ad obedientiam nostram veniendi, quia si aliam viam sequeremur, et vellemus facere de nobilibus Jadre ea, que aliis temporibus fecimus in confinando eos extra Jadram, et eosdem permittere fame mori, nil aliud importaret, quam dictos nobiles et alios subditos nostros Jadre in mala dispositione confirmare, et eis causam prebere contra honorem et statum nostrum procurare, et aliis terris et civitatibus Dalmatie materiam prebere de non submittendo se nostro dominio, et alios dominos querere ad nostrum damnum et incomodum, que omnia contraria cessabunt, si nostra dominatio de nobilibus Jadre clementer providebit, et erga eos ostendemus benignitatem et gratiam nostram. Et nostri rectores predicti Jadre scribant, quod in Jadra sunt decem nobiles iuvenes et pauperes, qui essent apti ad stipendium, quos bonum esset inde extrahere, et utile et bonum et de dictis et de aliis facere provisionem; vadit pars in bona gratia, quod illis decem nobilibus Jadre iuvenibus, quos scribunt rectores nostros Jadre, quod erant contenti venire ad stipendium nostrum, dari debeat stipendium nostrum aut equestre aut pedestre in Padua, Verona, Vicentia, Tervisio seu aliis terris nostris sub illa conducta, que videbitur dominio, et similiter infrascripta decemocto regimina dari debeant aliis XVIII nobilibus de Jadre illis, qui videbuntur isti consilio, nam examinari debeant littere rectorum nostrorum Jadre, per quas ordinate scribunt conditiones cuiuslibet nobilis de per se, et facta electione dictorum XVIII nobilium, et quibus dari debebunt regimina predicta, scribatur nostris rectoribus, quod elegimus tales ad dicta regimina, et eis mandetur, quod illa debeant dictis nobilibus electis offerre, dando unicuique suum, secundum quod dictis nostris rectoribus scribetur, et eis dicere, quod volumus, quod dicta regimina habeant pro uno anno; et distributis dictis regiminibus debeant eis mandare, quod presto ad presentiam nostram se conferant, ut possint ad regimina predicta ire, et solicitare debeant, quod presto inde recedant et veniant ad presentiam nostram; et cum hic applicuerint, teneatur dominium dictos nobiles ad dicta regimina mittere, sicut electi fuerint complectis terminis illorum, qui in dictis regiminibus sunt. Regimina sunt: Potestas litteris maioris, capitaneus Stioni, potestas Budue; potestas Caprolarum, capitaneus Mirani, potestas Drivasti, potestas Crudignani, potestas Marostice, potestas Antivari, potestas Vallismareni, potestas Emonie, potestas Dulcigni, potestas campi sancti Petri, potestas Vallis, potestas Abbatie, potestas Citadelle, potestas Umagi, potestas Lendenarie. De parte 10.

Ser Nicolaus Georgio ser Victor Superantio sapientes ordinum. Cum facta ista Jadre, de quibus tractatur ad presens, sint arduissima, et multum important statui nostro in dictis partibus, propter quod super eis est procedendum cum bona et matura consideratione, sed pro presenti non sit tempus habile nec condecens ad faciendum provisiones, que in partibus sapientum continentur, cum non sit tempus galeas nostras

Alexandrie retinere in partibus predictis; et super omnibus negotiis, que fieri habent, debeamus tempus congruum expectare, cum tempus sit in omni ardua re potissimum; vadit pars in bona gratia, quod supersedi debeat pro nunc, cum non sit tempus habile, sed scribatur et mandetur rectoribus nostris Jadre, capitaneo galearum Alexandrie, ser Petro Civrano ituro rectori Canee et ser Nicolao Fusculo ituro castellano Coroni et Mothoni, quod debeant in Jadra esse insimul, et examinare diligenter et sollicite conditiones nobilium deinde et specialiter eorum, qui inde eis videbuntur removendi, et facta dicta examinatione mittere debeant illos nobis in scriptis, denotando nostro dominio singulariter et distincte conditiones cuiuslibet eorum de per se tam ratione maioritatis quam ratione possibilitatis et facultatis, et habita dicta informatione debeat diferri sic usque ad adventum capitanei nostri ad partes Sibinici. Et cum pervenerit ad partes Sibinici, dominatio, sapientes consilii et ordinum venient ad istud consilium cum suis provisionibus super factis dictorum nobilium, et tunc terminabitur et providebitur, prout isti consilio melius et securius apparebit. De parte 13, 24, 19,17; de non 11, non sinceri 15, 26, 34, 37.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV, p. 192 tergo, u mlet. arkivu.

CLXX. God. 1411. 6 rujna, u Francavilli.

Zastupnik napuljskoga kralja Ladislava svjedoči, da su Mletčani izplatili sve točno, što su platiti imali za Dolmaciju.

Serenissimo et excelso principi domino Michaeli Steno inclito duci Venetiarum ac eminenti dominio, consilio et communi civitatis eiusdem, ac universis et singulis presentes litteras inspecturis. Ego iudex Pandellus Malanox de Benevento regius procurator et commissarius, habens ad infrascripta regium procuratorium et omnimodam commissionem et potestatem, prout in litteris regiis patentibus et descriptis super eisdem, quas pro cautela dicti dominii Venetorum dimissis per me eumdem iudicem Pandellum ad manus dominii predicti hec omnia super eadem potestate regia concessa michi hec et alia plenius continetur, notum facio per presentes, quod, quamvis pro tertia ultima et finali paga, ad quam dictum dominium tenebatur regie maiestati predicte ex venditione civitatis Jadre et iurium aliorum Dalmatie venditorum et cessorum per eamdem regiam maiestatem dominio predicto pro ipsa et ultima et finali paga, ego predictus iudex Pandellus tamquam regius commissarius et procurator receperim et habuerim ab eodem dominio et communi Venetiarum ducatos triginta milia michi datos pro dicta ultima et finali paga in civitate Venetiarum, et proinde fecerim dicto dominio apud Venetias plenam quietationem et liberationem; tamen quia dictum dominium tenebatur vigore pactorum dictam pecuniam finalis et ultime page transmictere et assignari facere periculo eiusdem in terra Francaville, sicque dictum dominium Venetorum pro plena observantia promissionis sue transportari et aduci fecit per galioctas dominii predicti apud terram Francaville provincie Aprutii citerioris, in qua predicta terra per manus

nobilis et circumspecti viri domini Gasparini de Miandis cancellarii eiusdem incliti dominii Venetiarum apud ipsam Francavillam eamdem pecuniam dicte finalis page totam et integram pro parte eiusdem dominii habui et recepi ab eodem; de qua receptione et assignatione michi facta in dicta terra Francavilla de ipsa tertia et finali paga per manus eiusdem Gasparini nomine quo supra presenti modo scripto fateor et accepto, ac de periculo, ad quod tenebatur dominium predictum pro apportatura et dissignatione eiusdem in loco et terra Francaville sub eadem mea confexione et presenti scriptura facta libero et absolvo dominium et commune predictum per habitionem et receptionem eiusdem per manus Gasparini predicti pro parte dominii prefati. Et insuper pro testimonio digne laudis de tanta curialitate et honore michi impenso ob reverentiam dicti dominii in adventu meo a Veneciis in Francavillam tum per dictum dominum Gasparinum quam per viros dominum Thomasium Dodum et dominum Marinum Laudum capitaneos galearum, sub quorum cura et conducta ego perveni cum eadem pecunia in Francavilla, de ipsorum nimia curialitate in singulis et omnibus michi exhibitis et impensis ob reverentiam domini, cuius supra, refero prefato eminenti dominio gratas dignas, ipsosque et quemlibet ipsorum super eisdem exibitis merito recomendo illustri dominio predicto tamquam bene et ultra gerentes in obsequio et honore michi impenso ab eisdem, meque iudicem Pandellum tamquam voluntarium servitorem dicti dominii ex considerantia tantorum perceptorum pro parte dicti dominii ex toto recomendo et offero in singulis pariturum. Pro quorum omnium testimonio has nostras patentes acceptatorias et testimoniales litteras fieri feci, mea subscriptione et nitio communitas. Datum in terra Francaville sub anno domini millesimo quadringentesimo undecimo, die sexto mensis septembris, quinte indictionis.

Ego iudex Pandellus, qui supra, commissarius et regius procurator, predicta fateor acceptio, subscripsi et signavi L. S.

Izvornik na papiru u mletačkom arkivu br. 47.

CLXXI. God. 1411. 13 rujna, u Mletcih.

Diže se nješto vojske, pošto se glasalo, da Ugri dolaze u Friaul ili u Istru.

1411. dio XIII septembris. Sapientes consilii. Capta. Quia propter nova, que sonant, et affirmantur vera esse per litteras scriptas nostro dominio tam per rectores nostros Istrie quam per viam Foroiulii, de Hungaris venturis vel ad partes Foroiulii vel ad partes Istrie, utile et necessarium sit habere presto aliquam quantitatem peditum pro defensione et securitate locorum nostrorum; vadit pars, quod soldari debeant pedites ducenti, in quibus sint quam plures ballistarii esse poterunt, pro mittendo ad illa loca nostra, que videbuntur; qui pedites debeant soldari sub illis capitibus et cum illo soldo et per illud tempus, qui videbuntur collegio domini, consiliariorum, capitum et sapientum consilii et ordinum. De parte 64, de non 3, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV. p. 195, n mlet. arkivu.

CLXXII God. 1411. 24 rujna, u Mletcih.

Nalaže se zapoviedniku vojske u Friaulu, da proti dolazećim Ugrom postupa kao proti neprijatelju.

1411. die XXIV septembris. Sapientes consilii. Capta. Cum per litteras habitas a provido viro Francisco della Siega notario nostro habeatur, quod Hungari trecenti venerunt in civitatem Austrie et strenuus vir Bertholinus de Zanebonis scribat, dictos Hungaros illic applicuisse, et petat, in casu quo dicti Hungari descenderent ad damna nostra, quid in hoc casu agere, cum semper sit ad honores et commoda nostra se ponere, sed nolit errare; vadit pars, quod respondeatur Bertholino predicto, quod si dicti Hungari sive alie gentes, queque sint, descenderent et venient ad damna locorum et subditorum nostrorum seu recommendatorum nostrorum, debeat idem Bertholinus contra dictos Hungaros et quascumque alias personas venientes ad damna nostra et locorum nostrorum vel subditorum nostrorum procedere, et contra eos esse tanquam contra publicos inimicos nostros, procurando exterminium suum et honorem nostrum, sicut de probitate vestra plene confidimus. De parte 78, de non 1, non sinceri 1.

Secrata consilii rogatorum. Vol. IV p. 196, u mlet. arkivu.

CLXXIII. God. 1411. 26 rujna, u Mletcih.

Mletčani odgovaraju na poziv Gjenuveza, da se drže turinskoga mira u poslu Sigismunda glede Dalmacije.

1411. die XXVI septembris. Capta. Quod scribatur marchioni Montisferrati capitaneo Janue et venerabili consilio Antianorum etc. in hac forma.

Per receptionem litterarum fraternitatis vestre datarum XXVII. mensis augusti elapsi et receptarum XXIIII presentis remansimus informati de querulis litteris fraternitati vestre missis et de oretenus relatis per dominum abatem sancti Benedicti de iuxta Gara pro parte serenissimi domini regis Sigismondi contra nostrum dominium; quarum litterarum seriem intuentes, et in mente nostra cordialiter meditantes, quanta et qualia grata et acceptabilia servitia impenderimus regno et corone Hungarie ac regi Sigismondo predicto, non parum compellimur admirari de transmissione huiusmodi querularum litterarum et de relatis oretenus per abbatem predictum. Nam ut toti mundo notorium est, et illud idem non credimus vestram fraternitatem latere, post celebrationem contractus pacis celebrate inter illustris memorie quondam dominum Ludovicum regem Hungarie etc. et nostrum dominium multa fecimus ad comodum, honorem regni et corone Hungarie et domini regis Sigismondi predicti. Et inter alia dum serenissime domine regine Hungarie miserabiliter carcerate essent, et in extremitate et necessitate maxima detinerentur, cum amicabili et ferventi animo misimus galeas et gentes nostras ad liberationem reginarum predictarum, et ipsas liberavimus de miseria et captivitate sua, in qua, nisi fuissemus, miserabiliter mortue essent. Postea dum idem dominus rex Sigismundus habuisset conflictum ab iniquissimis

Teucris, et ad partes Constantinopolis pervenisset, capitaneus galearum nostrarum dictum dominum regem et barones suos cum plena securitate et honorabiliter ad terras et loca securitatis conduxit, et multa alia notanda fecimus in honorem et exaltationem regni et corone Hungarie et comodum domini regis predicti, que brevitatis causa recitare omittimus. Sed ut hoc sub silentio transire non permittemus, dum corona et regnum Hungarie et dominus rex predictus observaverunt et observare potuerunt ea, ad que obligati erant nostro dominio vigore pacis supradicte, viceversa cum sit reciproca obligatio, eisdem corone et regno Hungarie ac domino regi predicto observavimus ad plenum omnia, ad que obligati eramus, nec a debitis per nos destitimus ullo tempore debito. Occurit interim, quod serenissimus dominus Ladislaus Hungarie etc. rex habuit dominium civitatis Jadre, Aurane et aliarum terrarum et locorum Dalmatie, et in dicta civitate per reverendissimum patrem dominum archiepiscopum Strigonensem, cui spectat reges Hungarie coronare, et per omnes alios barones Hungarie et presente et consentiente reverendissimo domino cardinali F. legato apostolico, prefatus excellentissimus rex Ladislaus fuit de regno Hungarie coronatus, prout fuerat antea recolende memorie rex Karolus pater suus, et ipsi obedientiam et fidelitatem debitam prestiterunt. Qui serenissimus dominus rex Ladislaus, nolens provintiam Dalmatie amplius retinere, tanquam verus et legiptimus dominus ipsius nostro dominio amicabiliter vendidit totum dominium Dalmatie, omnes terras, loca, insulas, iura et iurisdictiones ipsius, vigore cuius venditionis, quam iuridice potuit nobis facere, intravimus in tenutam et possessionem terrarum et locorum, que tunc tenebantur et possidebantur per dominum regem Ladislaum predictum, quas iuridice tenemus et possidemus. Sed non obstantibus liquidissimis iuribus nostris, quibus contradici non potest, cupientes cum domino rege Sigismondo pacifice et quiete vivere, ut semper moris est nostri dominii, misimus ad maiestatem suam nostros honorabiles ambaxiatores, qui discussis hinc inde omnibus, que discutienda fuere, cum dicto domino rege ad conclusionem devenerunt, quod de differentiis existentibus inter dominum regem Sigismundum et nostrum dominium sanctissimus dominus papa Johannes XXIII. tanquam interpositor deberet in illis interponere et mediare, et ob hoc misimus ad conspectum sanctitatis sue similiter nostros honorabiles ambaxiatores, ut dictis differentiis finis pacificus et amicabilis poneretur. Qui summus pontifex, auditis requisitionibus partium, cum similiter ad presentiam adessent ambaxiatores regii, videns non posse illis conclusionem pacificam imponere, misit quemdam nepotem suum personam notabilem ad presentiam domini regis predicti, et ut credimus pro inducendo maiestatem suam ad requisitiones debitas et honestas. Sed quicquid sit, idem nepos summi pontificis de partibus Hungarie nondum rediit, nichilominus si per summum pontificem, interpositorem ad hoc electum, ulterius fuerimus requisiti pro interpositione fienda de differentiis predictis, mittamus ambaxiatores nostros ad presentiam sanctitatis sue, et semper erimus prompti sequi semitas alme pacis, a qua nunquam progenitores nostri et nos deviare volumus, dummodo hoc non deficiat ex parte domini regis Sigismondi predicti. De significatione autem nobis factam per continentiam litterarum vestrarum et hortamine, ut velimus in pace vivere cum do

mino rege predicto, cognoscentes hoc a magna caritatis et amoris affectione procedere, fraternitati vestre amicabiles et fraternas grates referimus, dispositi semper ad honores et beneplacita excellentie vestre fraterna mente. De parte 50, de non 1, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 196, u mlet. arkivu.

CLXXIV. God. 1411. 26 rujna, u Mletcih.

Republika odbija posriedničtvo kapetana gjenuvezkoga u poslu razmirice svoje sa kraljem Sigmundom glede Dalmacije.

1411, die XXVI septembris. Capta. Quod scribatur domino marchioni Montisferrati capitaneo Janue pro magnifico comuni Janue in hac forma videlicet:

Per continentiam litterarum vestre illustris fraternitatis datorum die XXVII mensis augusti elapsi et receptarum XXIV presentis nobis plene notuit querela illustri fraternitati vestre facta per serenissimum dominum regem Sigismondum tam per oratores suos oretenus quam per litteras vestre fraternitati destinatas contra nostrum dominium; quibus diligenter intellectis excellentie vestre declaramus, eumdem dominum regem Sigismondum nullam iustam causam habere querelam aliquam coram fraternitate vestra nec aliis de nostro dominio deponendi, cum ex parte nostra continue et effectualiter observaverimus temporibus debitis erga regnum et coronam Hungarie et dominum regem predictum omnia per nos observanda, que magis distincte excellentia vestra per tenorem nostrarum litterarum illustri fraternitati vestre et venerabili consilio dominorum antianorum per nos transmissarum comprehendere poterit. Et quia per seriem litterarum vestrarum predictarum clare comprehendimus, vestram excellentiam fraterna affectione promotam nos inducere, ut velimus voluntatem nostram disponere ad debitum fiendum domino regi Sigismundo predicto, et pro reformatione et conclusione negotii libenti animo vestra excellentia se obtulit, cognoscentes hoc a fraterno zelo procedere, eidem excellentie vestre uberrimas referimus gratiarum actiones, declarantes, quod interpositionem vestram semper in omnibus nostris arduis negotiis inter omnes alios principes et dominos mundi acceptaremus tamquam nostri fratris carissimi, sperantes semper ab excelsa fraternitate vestra reportare iustam et fraternam terminationem, prout nos similiter in cunctis occurentibus vestram excellentiam tangentibus semper inveniremur prompti et dispositi. Sed sicut vestra illustris fraternitas per alias nostras litteras videre poterit de huiusmodi negotiis et differentiis electus est per partes interpositor et mediator sanctissimus dominus papa Johannes XXIII, et iam interpositioni principium dedit, et ideo si in hoc non operamur vestram excelsam fraternitatem, placeat suprascripta causa fraterno animo supportare, nam sequentes fraterna hortamina vestra nunquam recusabimus viam salutifere pacis sequi, dummodo non impediatur ex parte domini regis Sigismondi predicti. Ad beneplacita autem vestra et honores excellentia vestra semper inveniet nos nostrumque dominium fraterno et sincero animo promptos. De parte 51, de non 1, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 197, u mlet. arkivu.

CLXXV. God. 1411. 2 listopada, u Mletcih.

Upraviteljem Zadra, da njeke sumnjive odpreme u Mletke.

1411. die II. octobris. Ser Thomas Mocenigo procurator, ser Nicolaus Victuri, ser Nicolaus Fuscari, ser Franciscus Cornario sapientes consilii. Quod respondeatur rectoribus Jadre in hac forma:

Recepimus litteras vestras datas Jadre die XIV septembris elapsi scriptas manu vestri ser Zacharie, per quas nobis scripsistis terminationem per capitaneum galearum Alexandrie et ser Nicolaum Fusculo, ser Petrum Civrano et vos factam in executione mandati nostri nobis facti super nobilibus deinde abmovendis. Et similiter recepimus alias vestras datas XVI tam manu vestra quam alias manu notarii vestri scriptas, per quas nobis significastis opinionem vestram in non mittendo executioni terminationem factam rationibus et causis in vestris litteris annotatis. Intelleximus similiter omnia, que nobis denotastis de adventu gentium ad partes illas, et terminationem per vos factam in mittendo aliquos nobiles ex iunioribus et aptioribus ad arma ad civitatem None, et si iudicabitis, opus esse aliquos nobiles None Jadram venire, facietis etc., prout in vestris litteris distinte cavetur. Quibus omnibus diligenter intellectis et mature consideratis, vobis respondemus, quod multum miramur de vobis, quod terminationem per vos omnes factam in mittendo Venetias illos nobiles Jadre attinentes illorum, qui sunt in partibus Hungarie, prout per vos extiterat terminatum, non miseritis executioni, et dictos nobiles Venetias transmiseritis. Et propterea cum nostris consiliis rogatorum et additionis fidelitati vestre scribimus et mandamus, quatenus debeatis illos omnes nobiles attinentes illorum, qui sunt in partibus Hungarie, secundum formam nostri mandati mittere Venetias, et omnes alios, quos per collegium nostrum in Jadra terminatum extitit esse suspectos et debere de inde abmoveri, et similiter illos alios, qui vobis rectoribus nostris viderentur pro securitate civitatis nostre et locorum nostrorum deinde. Et quia nobis similiter displicet, quod aliquos ex nobilibus Jadre miseritis Nonam, cum habeamus civitatem None esse unam ex portis Jadre, sicut per omnes affirmatur, vobis mandamus, quatenus si ipsos usque receptionem presentis nostri mandati non revocavissetis de Nona, ipsos subito revocare debeatis, ut revertantur Jadram. Sed quia credimus, ipsos vobis esse suspectos, in casu quo de eis vel aliquibus eorum suspitionem aliquam habeatis, eosdem similiter cum aliis Venetias mittere debeatis, hortando omnes predictos Venetias venturos, quod veniant bono animo, quia ipsos videbimus libenter et tractabimus generose, rescribendo presto nobis, quid in predictis feceritis pro nostra informatione. Et quia tangitis, quod, si iudicabitis opus esse, aliquos de Nona extrahetis, et facietis reducere Jadram, volumus, si aliquos fecissetis venire Jadram vel faceretis in futurum, ipsos non debeatis in Jadra retinere, sed illos mittere debeatis Arbum et Pagum, prout melius vobis videbitur, quia nolumus, quod cum ista suspitione morentur in Jadra. Insuper quia certi reddimur, quod mandata nostra suprascripta poteritis exequi cum securitate, nichilominus si vobis videbitur fore necesse, mittere debeatis pro galea nostra culfi et una ex galeotis existentibus ad turres Sibinici, et

ibi ipsas retinere, donec miseritis executioni mandatum nostrum suprascriptum. De parte 31, 31, 30, 30, 30, 33.

Ser Antonius Contareno sapiens consilii, ser Leonardus Victuri, ser Nicolaus Georgio, ser Victor Superantio sapientes ordinum. Quod scribatur rectoribus nostris Jadre in hac forma.

Recepimus litteras vestras datas Jadre die XIV septembris elapsi scriptas manu vestri ser Zacharie, per quas nobis scripsistis terminationem per nobiles viros capitaneum galearum nostrarum Alexandrie, ser Nicolaum Fusculo, ser Petrum Civrano et vos factam super nobilibus deinde abmovendis. Et similiter recepimus alias litteras vestras datas XVI eiusdem manu vestra et alias manu notarii vestri scriptas, per quas nobis significastis opinionem vestram in non mittendo executioni terminationem factam per vos rationibus et causis in vestris litteris annotatis. Intelleximus similiter omnia, que nobis denotastis de adventu gentium ad partes illas, et terminationem per vos factam in mittendo aliquos nobiles Jadre ex iunioribus et aptioribus ad arma ad civitatem nostram None, et si iudicabitis opus esse, aliquos nobiles None Jadram venire facietis, prout in vestris litreris distincte cavetur. Quibus omnibus diligenter intellectis et mature consideratis vobis respondemus, quod multum miramur de vobis, quod terminationem per vos omnes factam in mittendo Venetias illos nobiles Jadre attinentes illorum, qui sunt in partibus Hungarie, prout per vos extitit terminatum, non miseritis executioni, et dictos nobiles Venetias transmiseritis. Et propterea scribimus et mandamus, quatenus omnes nobiles illos Jadre, quos suspectos habetis, et de quibus mentionem fecistis in primis litteris vestris nobis missis datis die XVI mensis iunii et clausas XXIV eiusdem manu vestri ser Zacharie scriptis, debeatis mittere Venetias, et similiter omnes attinentes illorum, qui sunt in partibus Hungarie, secundum quod per alias nostras litteras vobis dedimus in mandatis. Verum quia cordi habemus, quod hec fiant cum securitate civitatis nostre et locorum nostrorum, et ob hoc terminaverimus, quod mandata nostra deberetis exequi, dum galee nostre Alexandrie ibi essent, quod non fuit executum, per presentes vobis mandamus, quatenus debeatis supersedere in mittendo predictos Venetias, donec applicuerit Jadram capitaneus noster culfi cum galeis sibi commissis, et subito applicatis, debeatis mandatum nostrum mittere executioni, et nostram intentionem adimplere. Volumus etiam, quod illos nobiles deinde, quos misitis Nonam, debeatis bono modo deinde retinere et revocare eos, donec Jadram venerit capitaneus culfi predictus; et cum recesserint de Jadra, illos nobiles, quos deinde removebitis secundum mandatum nostrum pro veniendo Venetias, debeatis ante recessum dicti nostri capitanei de Jadra mittere pro illis nobilibus Jadre, quos miseritis Nonam, et facere, quod redeant Jadram, quos sive illos de predictis, qui videbuntur vobis suspecti, similiter ante recessum dicti capitanei de Jadra Venetias mittere debeatis; quos omnes Venetias transmittendos debeatis hortari, quod bono animo veniant, quia ipsos videbimus libenter, et tractabimus generose et benigne. Et quia divulgatur et affirmatur, gentes Hungarorum venturas esse ad partes Jadre, et necessarium sit providere et presto; vadit pars, quod subito scribatur et mandetur capitaneo nostro Padue, quod sine mora mittat Venetias Quarantaocto cum provisionatis

centum et cum suis armis, quia ipsos volumus operari in certis agendis nostris, et si fierit necessarium, sibi facere aliquam subventionem denariorum, illam presto eisdem facere debeat; qui centum provisionati mitti debeant Jadram per illum modum, qui videbitur collegio. Et similiter scribatur rectoribus nostris Verone, quod omni mora postposita mittere debeant Paduam quinquaginta provisionatos cum suis armis ad obedientiam rectorum nostrorum Padue. De parte 33, 35, 37, 35, 36, 33, de non 9, non sinceri 14, 23, 21, 22, 21, 21.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV. p. 198, u mlet. arkivu.

CLXXVI. God. 1411. 8 listopada, u Mletcih.

Radi straha od slazećega neprijatelja neka se pošalju dva providura u Dalmaciju.

1411. die VIII. octobris. Capta. Cum omnibus sit manifestum, cum quantis expensis et laboribus de novo acquisivimus terras Dalmatie, quas habere debemus caras quantum cor nostrum respectibus alias probatis et expertis in temporibus, quibus extitit necessarium; et propterea totis spiritibus, sensibus et posse sit vigillandum et tenendum omnem modum possibilem cum provisionibus necessariis de conservando illas ad honorem et statum nostri dominii cum omni securitate, amovendo omnem respectum et causam mali cogitaminis in hoc facto, et ut est notum huius consilii auctoritate scriptum fuerit rectoribus nostris Jadre et datus certus ordo capitaneis galearum Alexandrie et rectori nostro ituro Caneam. Nunc secutum est, ut scribitur nobis per nostros rectores Jadre, qui tamen dietim plus recordantur omnino provisionem esse necessariam; vadit pars, quoniam nullo modo est differendum, ymo quanto plus differtur respectu gentium, que dicuntur descendere, tanto maius dubium, quod dicta de causa et aliis multis bonis respectibus eligi debeant in isto consilio duo provisores per scruptinium etc., debeant et teneantur omnino recedere cum presenti galea etc. cum illa commissione, que sibi dabitur etc.

Secreta consilii rogatorum IV, u mlet. arkivu.

CLXXVII. God. 1411. 9 listopada, u Mletcih.

O novoimenovanom providuru za šibeničke tvrdjave.

1411. die 9 octobris. Capta. Cum nobilis vir ser Leonardus Zane nunc remanserit provisor iturus Jadram. Et idem ser Leonardus propter pestem, quia aliqui mortui sunt prope domum suam, iverit Pratam; et secundum informationem datam dominio, si elongaretur sibi terminus, acceptaret, et considerata iusta causa sui recessus, et quod dicta elongatio non habet preiudicare factis nostri dominii, quia galea, cum qua recedere debet, nundum est in ordine; vadit pars, quod elongetur terminus dicto ser Leonardo veniendi Venetias et possendi acceptare vel per commissionen usque die martis proximi ad tertias.

Misti. Vol. 49 p. 59, u mletačkom arkivu.

CLXXVIII. God. 1411. 20 listopada, u Mletcih.

Odlučeno, da se nešalju providuri u Dalmaciju, a da Jakov Trevisano poslanik vraćajući se iz Turske, onamo ostane kao providur.

1411. die XX octobris. Capta. Quia per literas nuper habitas a rectoribus nostris Jadre habeatur, quod civitas nostra Jadre, consideratis provisionibus, quas fecerunt in mittendo illos quinque nobiles Venetias, qui erant magis suspecti; considerato, quod attinentes sui, qui erant in Hungaria, sunt nunc in exercitu Hungarorum, sit secura, propter quod non est dubitandum; et considerato, quod in dictis partibus habemus capitaneum nostrum culfi, ser Jacobum Trivisano ambaxiatorem nostrum redeuntem a Turcho et supracomitos nostros culphi, qui in omni casu sunt suffitientes ad faciendum provisiones necessarias; vadit pars, quod non debeat fieri aliquis provisor, considerato quod provisum est, quod dictus ser Jacobus deinde remanere debeat provisor, et iam sibi scriptum et mandatum est, quod sic remanere debeat, et auctoritate istius consilii dicto ser Jacobo iterato scribatur et mandetur, quod in partibus nostris Jadre remanere debeat provisor ad exequendum ea, que sibi committemus cum conditione, quod dictus ser Jacobus debeat venire Venetias cum ultima armata galearum nostrarum a mercato partium levantis.

Secreta consilii rogatoram IV, u mlet. arkivu.

CLXXIX. God. 1411. 24 listopada, u Mletcih.

Republika zabranjuje posadam svojih tvrdjava izlaziti na polje, da se biju s neprijatelji.

1411. die XXIV. octobris. Capta. Quod scribatur comiti et capitaneo Jadre in hac forma, videlicet: Per literas vestras datas die decimo presentis fuimus informati de casu occurso de loco Scardone per gentes inimicas capto, qui nobis multum displicuit et displicet tam occasione loci predicti et illorum, qui in eo erant, quam occasione fame, que divulgantur, et inconvenientiarum, que sequi possent, et comprehendimus amissionem loci predicti nulla alia causa procedisse, nisi quia Scardonenses predicti in principio belli exiverunt ad prelium contra hostiles gentes predictas, que fuit eorum magna dementia, sicut in vestris literis tangitis, nam non poterunt esse sufficientes ad exeundum contra gentes predictas. Et dubitantes, ne gentes et fideles nostri aliorum locorum nostrorum deinde velent similiter facere, quod esse posset cum magno periculo locorum nostrorum predictorum, fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus et mandamus, quatenus subito recepto presenti nostro mandato, debeatis expresse mandare omnibus gentibus nostris existentibus ad custodiam locorum nostrorum deinde et similiter subditis nostris, quod, venientibus gentibus inimicorum ad loca predicta, nullo modo debeant exire ad scaramuziam nec ad prelium cum eis, considerato, quod non sunt ita potentes nec tot, quod possent contra dictas gentes inimicas exire; sed debeatis eis stricte mandare, quod stare debeant ad defensionem locorum sibi commissorum, et illa viriliter defendere et conservare. Nam certi reddimur, quod, stantibus gentibus et

fidelibus nostris ad defensionem locorum nostrorum, nullum damnum vel inconveniens occurrere poterit locis nostris predictis. Departe 8, non 2, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum IV, u mletačkom arkivu.

CLXXX. God. 1411. 24 listopada, u Mletcih.

U poslu, da se njeki Zadrani odprave u zatočenje u Mletke.

1411. die XXIIII octobris. Sapientes consilii et sapientes ordinum. Quod scribatur comiti et capitaneo Jadre ac capitaneo culfi nec non ser Jacobo Trivisano provisori in partibus Jadre in hac forma:

Deliberavimus mittere presentem galeam, cuius est supracomitus vir nobilis ser Stephanus Contareno, ad partes Jadre, profecturus deinde ad partes Sicilie pro portando certam pecunie quantitatem, quam mittunt provisores nostri bladorum ad manus factoris nostri deinde pro bladis, nec non exequendo certa nostra mandata in dictis partibus, et dedimus ipsi supracomito aliquas litteras nostras vobis presentandas, ut debeatis exequi iussa nostra, secundum quod videbitis in illis particulariter contineri Et licet causa sit prompta et necessaria de mittendo prestissime ipsam galeam ad partes Sicilie pro agendis maximi ponderis et importantie, et que requirunt frequentiam, actum sibi commisimus occasione agendorum vobis commissorum presentialiter, quod faciat obedientiam vestram, et non recedat sine vestra deliberatione. Et propterea in casu quo cognoscatis, dictam galeam non esse vobis necessariam pro agendis nostris deinde, et quod sine retentione illius, habiliter possitis intentionem nostram cum effectu adimplere, nam habetis alias galeas culfi, subito licentietis ipsam, ut vadat ad viagium suum. Si autem videretis pur fore opus pro securitate status nostri retinere ipsam galeam, quoniam sic deliberaretis usque datam executionem agendis vobis commissis, hoc facere possitis licentiando eam postea et quantum prestius poteritis deinde, et tenendo modum, quod dimisso ibidem biscoto sibi dato per provisores nostros pro subventione galearum nostrarum, excepta illa parte, que sufficere possit sibi usque ad partes Sicilie, quia deinde se poterit fulcire suffitienter, ire ad dictum suum viagium, ut est dictum. Et quia sumus certi, quod cum votiva executione adimplevitis agenda commissa vobis secuto ordine, quem habetis et dicta executione, debeatis omnes illos, de quibus vobis scribimus per litteras nostras presentibus alligatas, et alios, quos elegeritis removendos et mittendos Venetias cum una ex galeis nostris culfi in hunc modum videlicet, quod nobilis vir ser Johannes Mauroceno, qui primitus recessit de Venetiis, debeat cambire galeam suam cum illa ser Vitalis Paradisi, que est vetus, ut nobis scribitur. Et ipse ser Johannes Mauroceno cum ipsa galea ser Vitalis Paradisi cum ipsis Jadrensibus veniat et conducat Venetias. Et in casu quo videretur vobis, quod possetis remanere cum securitate, eunte una duarum galearum de Candida ad disarmandum, et remanente alia cum aliis nostris galeis culfi in partibus Dalmacie, hoc faciatis, licentiando et mittendo aut ser Vitalem Paradiso aut ser Petrum Cornario, illum vide-

licet, cui tanget texera, proiectis texeris inter eos de eundo ad disarmandum, dando sibi litteras nostras, quas mittimns in Cretam et ad alias partes. Si vero vobis videretur, consideratis terminis in quibus vos reperietis, quod pro securitate status nostri in illis partibus bonum esset adhuc retinere ipsas ambas galeas, hoc relinquimus in libertate vestra, remanendo in omni casu in partibus Dalmatie vos capitaneum nostrum culfi cum aliis galeis nostris vobis commissis. Sed pro securitate turrium nostrarum Sibinici volumus, quod vos capitaneus debeatis mittere et tenere unam de galeis nostris culfi ad turres predictas, in casu quo ad ipsas turres non foret aliqua de dictis galeis culfi. Et sic vobis committimus cum auctoritate nostri consilii rogatorum et additionis, quatenus exequi debeatis, non recedendo vos capitaneus culfi de partibus deinde, donec aliud vobis de novo duxerimus ordinandum. De parte 81, de non 1, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 203 tergo, u mlet. arkivu.

CLXXXI. God. 1411. 24 listopada, u Mletcih.

Naputak upravitelju galije odlazećemu u Dalmaciju i u Siciliju.

Nos Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Stefano Contareno supracomito nostro culfi dilecto civi nostro, quatenus de nostro mandato debeas quantum prestissime poteris ire Jadram, et subsequenter ad partes Sicilie, ad exequendum modos et ordines infrascriptos.

Et primo, cum fueris Jadre, debeas te presentare capitaneo nostro culfi, si erit in galea ibidem, ut speramus, et subsequenter ad comitem et capitaneum nostros Jadre et ad provisorem ser Jacobum Trivisano, si ibi erit, ut pensamus, et predictis nostris nobilibus presentare omnes litteras, quas eis et cuilibet eorum destinamus per te, dextro modo tamen et cauto, et hoc facto, quia propter agenda et exequenda per eos vigore nostrorum mandatorum relinquimus in libertate predictorum, et volumus, quod teneas obedientiam suam, et non recedas sine sua deliberatione. Si deliberabunt, quod recedere possis, et licentient te, posito te in ordine ac reservata illa parte biscoti in galea, que tibi sufficere possit usque in Siciliam et toto alio biscoti tibi dato a provisoribus nostris bladorum hac de causa deposito et ibidem dimisso pro subventione galearum nostrarum culfi, quoniam in partibus Sicilie te fulcies suffitienter, debeas sequi viagium tuum. Si autem per predictos deliberetur, quod differes usque datam executionem mandatis nostris sibi commissis, hoc facias, sed postea cum te licentiaverint quia super hoc multum ipsos oneramus, subito et sine mora ac perditione temporis debeas accelerare viagium tuum et ire cum galea commissa tibi ad partes Sicilie, et dextro modo dare et designare pecuniam nostram tibi datam et consignatam per provisores nostros super bladis illi vel illis, cui vel quibus ipsi provisores scribunt et tibi ordinaverint, presentando etiam litteras suas secundum ordinem habitum a provisoribus suprascriptis, eundo et faciendo in hoc facto diligenter et sollicite, secundum quod de tua

virtute plene confidimus, et sicut requirit conditio rei, de qua informatus es.

Hoc autem adimpleto, debeas, sumpta informatione plenaria et particulari ab illis nostris nobilibus deinde de quibuscumque damnis illatis nostratibus in partibus Sicilie, et de modis servatis per illos de Arecio, te transferre ad dictum locum Aretii de Calabria, et cum ibi fueris, si tunc videbis posse cum securitate tua et galee commisse tibi ac adhuc cum salvoconductu, qui tibi videretur necessarius, descendere in terram pro possendo loqui cum capitaneo et regimine predicto, hoc facias, dimittendo comitum vel alium cum tali ordine et mandato, quod homines galee non descendant in terram, sed stent in mari cum bono reguardo atque custodia galee, et eundo, ut est dictum, presentabis litteras nostras credentie, quas tibi fecimus exiberi, capitaneo et regimini suprascripto, declarando sibi, quod displicenter audivimus ea, que pervenerunt ad aures nostri dominii, videlicet quod in aquis illis ibi proxime nostrates fuerunt damnificati noviter ab aliquibus navibus Catellanorum nutrientibus se et habentibus receptum in terra illa in multis bonis, mercationibus et habere, in quibus est una caucha cum toto carico et mercationibus, patronizata per Bartolomeum de Benedicto, que post multos aggressus factos per duas naves Catellanorum, a quibus se viriliter defendisset, superventa alia navi de portu Arecii cum multis bellatoribus in auxilium duarum predictarum, finaliter capta fuit et derobata. Ulterius, eunte una barcha de Messana Cataneam cum pecunia nostri communis et nostrorum civium, exivit una galeota de Arecio, capiens barcham et accipiens ac asportans pecuniam predictam. Item in portu Melatii capta fuit una nostra navis et derobata, et ulterius illata multa alia damna nostratibus in partibus deinde per illos modos et vias, de quibus plene deinde habueris informationem, ut est dictum. Et certificatum nobis est, quod ipsi de Arecio prefatis cursariis dant receptum et favorem, et exinde recipiunt et habent partem lucri et rerum ablatarum, quod est dare materiam et maiorem audatiam talibus male dispositis similia perpetrandi. Et de hoc miramur et gravamur valde, quoniam omnibus bene vivere cupientibus talia displicere deberent, et sumus plusquam certi, quod serenissimo domino regi Ludovico domino suo hec immensissime displicebunt, nam semper maxima dilectio fuit inter recolende memorie quondam illustrissimum genitorem suum et nostrum dominium, et sic fuit inter excellentiam suam et nos. Et propterea consideratis predictis, hortamur et requirimus ipsum capitaneum et regimen, ut velint disponere et providere taliter, quod omnia damna illata nostratibus, perventa et conducta ad ipsam terram et ad manus suorum, restituantur nostratibus civibus sive valor ipsorum, sicut est conveniens atque iustum; et tenere modum de non dando receptum nec favorem talibus in observantiam bone amicitie et in signum, quod hec sibi non placeant pro fama honoris sui; quod si facient, habebimus causam remanendi sic contentos et in bono amore secum; recordando eis, quod ab inimicis suis cum maximis instantiis fuit propositum nobis, si vellemus ire ad damna et exterminium suum, et nunquam voluimus assentire ex affetione, quam gerimus domino regi suo domino et illi comunitati, ita quod magis prompti esse deberent ad honorem nostrum et comodum et securitatem civium

nostrorum traficantium in contractis suis. Et si disponent velle providere ad debitam satisfactionem, bene quidem, et tunc exequaris, ut inferius continetur. Quando vero his expositis comprehendas, quod non velint providere nec provideant ad satisfactionem nostratum, ut est dictum, tunc dicere debeas, quod certe nos, qui non possumus deserere cives nostros, sed debitores eisdem subvenire nostris favoribus opportunis, non poterimus aliter facere, quam providere de remedio opportuno ad indemnitatem nostratum per eum modum, qui pro honore nostri dominii nobis videbitur debite convenire.

Et in casu quo videretur tibi non debere aliquo modo descendere in terram cum securitate tua et galee, debeas tunc mittere sibi unam nostram litteram ducalem, per quam sibi scribimus effectum continentie suprascripte, et procures ac studeas habere responsionem ab ipso capitaneo sive regimine Arecii per litteras suas, si illam responsionem haberi poteris, qua habita sive visa, et comprehensa intentione capitanei et regiminis, quod forent bene dispositi, in hoc casu procures executionem, dando ordinem et intelligentiam de facto illis nostris nobilibus existentibus in Messana, ut satisfatio possit effectum habere. Si autem non forent dispositi, ut tactum est superius, facto quicquid boni poteris cum ipsa comunitate vel cum aliis, qui tibi viderentur posse prodesse, postmodum subito recedere debeas, et venire plene informatus de responsionibus tibi factis ac de novis occurrentibus et principaliter de conditionibus illarum partium et cum informatione et litteris factoris nostri deinde, qui ibi est pro nostris provisoribus bladorum. Ulterius debeas bene te informare ante recessum, si ibi sunt alique naves, que vadant ad damna aliorum precipue nostratum, ut simus in reditu tuo de omnibus plene informati.

Debeas ante discessum tuum et in illa die, qua voles discedere de partibus Sicilie, fulcire te biscoto et caricare galeam condecenter, quoniam provisores nostri bladorum bene dederunt ordinem factori nostro deinde, ut provideat de biscoto caricando super galea et conducendo ad partes Jadre, et sic exequi debeas et observare veniendo Jadram, ad quem locum dum fueris vel ubi reperires capitaneum nostrum culfi, debeas esse ad obedientiam suam.

Committimus etiam tibi, quatenus si in hac via tua reperires aliquam galeotam vel navem, que damnificasset nostrates ullo modo vel forma, et videres posse cum securitate galee tibi commisse intromittere illam vel illas et capere, debeas id facere et specialiter magis in reditu tuo cum advertentia securitatis pro emenda et satisfatione nostrorum damnificatorum, tractando tales pro piratis et cursariis, sicut solitum est servari per capitaneum nostrum culfi in similibus casibus, et sicut continetur in capitulo sue commissionis, cuius capituli copiam hic fecimus poni pro tua informatione.

Reddimus autem te advisatum, quod scribimus per litteras nostras nobili viro ser Johanni Mauroceno supracomito culfi, qui cum certo nostro mandato et intentione debet venire Venetias, quod habito respectu, quod tu vadis ad partes Sicilie, ob quod opus est, ut tu vadas bene in ordine armatus, et quod non habebis homines in partibus Istrie, ut nobis scribitur per rectores, ad complendum armamentum galee tibi commisse,

si tibi erit opus et requires ab eo de hominibus suis a remo, ipse ser Johannes Mauroceno debeat tibi dare de ipsis hominibus, ita quod ire possis bene in puncto et in ordine ad exequendum mandata nostra. De parte 83, de non 0, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV, p. 204, u mlet. arkivu.

CLXXXII. God. 1411. 24 listopada, u Mletcih.

Označuju se njeki Zadrani kao sumljive viernosti, te se nalaže upraviteljem u Zadru, da jih odprave u Mletke.

1411. die XXIV octobris. Ser Thomas Mozenigo procurator, ser Nicolaus Victuri, ser Nicolaus Foscari, ser Bartholomeus Nani sapientes consilii. Cum propter recessum presentis nostre galee Contarene culfi necessarium sit providere de aliis nobilibus Jadre, qui sunt deinde extrahendi pro securitate civitatis nostre predicte; vadit pars, quod scribatur et mandetur comiti et capitaneo nostris Jadre et nobilibus viris ser Petro Lauredano capitaneo nostro culfi et ser Jacobo Trivisano provisori nostro in partibus Jadre in hac forma videlicet:

Recepimus litteras vestras datas die XXIIII mensis presentis, per quas vos comes et capitaneus nostri Jadre nostro dominio significastis causas, propter quas disposuistis mittere Venetias illos quinque nobiles Jadrenses, qui Venetias venerunt, prout in dictis litteris vestris particulariter et distincte continetur; que missio nobilium predictorum nobis multum placuit et placet, et ita voluissemus, quod vos comes et capitaneus fecissetis de omnibus aliis, quos suspectos habetis. Sed quia hoc non est secutum, prout fuisset nostre intentionis, volentes providere, quod civitas nostra predicta non solum secura sed securissima remaneat, fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus et mandamus, quatenus vos quatuor esse debeatis insimul recepto presenti nostro mandato, et mittere Venetias Andream de Cesamis et Simonem de Nassis in litteris suprascriptis contentos et nominatos, et similiter mittere debeatis Venetias omnes illos de domo de Georgiis et omnes illos de domo de Nassis et omnes alios, quos misistis Nonam, quos haberetis suspectos, existentibus ipsis suprascriptis etatis annorum XVI et inde supra, cum intentio nostra sit, quod omnes predicti Venetias transmittantur excepto Georgio de Nassis, quem vos comes et capitaneus scripsistis senem et decrepitum esse, si vobis videbitur non esse mittendum. Et similiter debeatis mittere omnes illos alios nobiles et personas, qui vobis videbuntur suspecti et non fidi, mittendo predictos omnes cum galea nostra culfi, quam secundum alia nostra mandata vobis facta mittetis ad disarmandum. Verum si super nobilibus, qui viderentur vobis suspecti et non fidi, mittendi Venetias ultra suprascriptos, non essetis concordes, volumus, quod apud vos quatuor eligere debeatis unum ex supracomitis nostris culfi, et quid per maiorem partem vestrum quinque fuerit terminatum, mitti debeat executioni. Et quia posset occurrere, quod ser Jacobus Trivisano recessisset deinde, quia non recepisset mandatum nostrum, debeatis in isto casu vos tres sequi mandata nostra per maiorem partem vestrum. Ceterum quia vos comes et capitaneus scrip-

sistis nobis, quod reduci fecistis Jadram aliquos ex illis de Nona, quos habetis suspectos, et nobis displiceat, quod dicti stent in Jadra, postquam sunt suspecti, propterea dictos Nonenses, qui sunt in Jadra pro suspectis, et alii de Nona et aliorum locorum nostrorum deinde, qui viderentur vobis suspecti, non debeatis retinere in Jadra, sed illos mittatis Arbum et Pagum, dividendo ipsos per loca predicta, prout vobis melius et securius videbitur. De parte 23.

Ser Antonius Contareno sapiens consilii, ser Nicolaus Georgio, ser Victor Superantio sapientes ordinum. Capta. Volunt partem suprascriptam videlicet: quod mittere debeant Venetias omnes suprascriptos de Georgiis et de Nassis et alios in predicta parte contentos. Sed quia omnes suprascripti mittendi cum aliis quinque, qui hic sunt, erunt in totum circa XVIIII, et omnino sit necessarium reddere dictam civitatem securam, mandetur, quod ultra predictos mittere debeant Venetias alios duodecim nobiles de magis suspectis et minus fidis, qui eisdem videbuntur pro bono et securitate civitatis predicte, et ultra predictos XII, si alii viderentur sibi suspecti, sit in libertate eorum similiter dictos suspectos ultra predictos XII Venetias destinare, ut in omni casu civitas predicta remaneat bene secura. De parte 43, de non 10, non sinceri 6.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 205, u mlet. arkivu.

CLXXXIII. God. 1411. 24 listopada, u Mletcih.

Skradin oduzet mletačkomu uplivu.

1411. die XXIIII octobris. Sapientes consilii ordinum. Capta. Quod scribatur comiti et capitaneo Jadre in hac forma videlicet: Per litteras vestras datas die decimo presentis fuimus informati de casu occurso de loco Scardone per gentes inimicas capto, quod nobis multum displicuit et displicet tam occasione loci predicti et illorum, qui in eo erant, quam occasione fame, que divulgatur et inconvenientiarum, que sequi possent, et comprehendimus amissionem loci predicti nulla alia causa processisse, nisi quia Scardonenses predicti in principio belli exiverunt ad prelium contra hostiles gentes predictas, que fuit eorum magna dementia, sicut in vestris litteris tangitis, nam non poterant esse suffitientes ad exeundum contra gentes predictas; et dubitantes, ne gentes et fideles nostri aliorum locorum deinde velent similiter facere, quod esse posset cum magno periculo locorum nostrorum predictorum, fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus et mandamus quatenus subito recepto presenti nostro mandato debeatis expresse mandare omnibus gentibus nostris existentibus ad custodiam locorum nostrorum deinde et similiter subditis nostris, quod venientibus gentibus inimicorum ad loca predicta, nullo modo debeant exire ad scaramutiam nec ad prelium cum eis, considerato, quod non sunt ita potentes nec tot, quod possent contra dictas gentes inimicas exire. Sed debeatis eis stricte mandare, quod stare debeant ad defensionem locorum sibi commissorum, et illa viriliter defendere et conservare. Nam certi reddimur, quod, stantibus gentibus et fidelibus nostris ad defensionem locorum

nostrorum, nullum damnum vel inconveniens occurrere poterit locis nostris predictis. De parte 80, de non 2, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 205, u mlet. arkivu.

CLXXXIV. God. 1411. 8 studenoga, u Mletcih.

Načelnikom Zadra, neka pokušaju, bili mogli izagnati banovu posadu iz Bribira.

Capta. Quia rectores nostri Jadre inter alia nobis scripserunt sensisse firmiter, qualiter banus recessit de partibus Barberie pro eundo ad partes superiores, et decrevit, quod ad custodiam Barberii remaneant ducenti equites Hungari et centum ex nobilibus partium Tenini, subiungendo, quod nisi maius sfortium remaneat in Barberio, neque maius periculum videant imminere quam credunt, tentabunt cum gentibus nostris expellere et fugare illas gentes inimicas de loco Barberii, vel in quantum poterunt conabuntur eos damnificare etc.; vadit pars, quod scribatur rectoribus nostris predictis, qualiter recepimus litteras suas predictas continentes, et propterea habito respectu ad ea, que scribunt de recessu partis gentium predictarum, et non obstante mandato nostro sibi pridie misso super hoc, quod missimus, quia totus campus gentium ibi erat, et dicebatur esse in nimio maiori numero, sumus contenti et placet nobis, quod cum illo bono ordine et advisamento, quod scribunt, possint tentare de expellendo et fugando gentes predictas et de damnificando eas per illos modos et vias, quas cognoscerent id habiliter facere posse, habendo advertentiam semper de bona custodia et securitate locorum nostrorum sibi commissorum et gentium nostrarum, sicut de virtute et prudentia eorum plene confidimus. Verum de facto treugue, de qua pluries scripserunt in litteris suis, respondemus sibi, quod non placet nostro dominio, quod talis treugua fieri debeat, et propterea quod nullo modo debeant attendere ad illam. De parte 66, de non 0, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 207, u mlet. arkivu.

CLXXXV. God. 1411. 8 studenoga, u Mletcih.

Povraća se Sandalju kuća, koju mu zadarska obćina bijaše darovala.

1411. die 8 novembris. Capta. Cum magnificus dominus Sandali vaivoda, intimus amicus nostri dominii, per quemdam suum familiarem requisiverit a nostro dominio, quod dignemur sibi dare in Jadra quandam domum alias sibi donatam per communitatem nostram Jadre; et rectores nostri Jadre per suas litteras datas vigesimooctavo mensis octobris scripserint nostro dominio, quod nobiles de Jadra fecerunt dictum dominum Sandali de consilio de Jadra, et de voluntate serenissimi domini regis Ladislai donaverunt dicto Sandali quandam domum, que fuit quondam ser Damiani, nemine contradicente intravit in possessione dicte domus, quam sic tenuit et adhuc tenet; et considerato, quod domus predicta data fuit domino Sandalio predicto, et de ipsa possessionem habuit, ut

in litteris suprascriptis continetur: et quod alias per partem captam in isto consilio die XVIII mensis iunii, dum bona dicti quondam ser Damiani peterentur per aliquos Jadrenses, quibus per dictum dominum regem Ladislaum fuerunt donata, captum fuit et scriptum rectoribus nostris Jadre, quod dictam domum sic permitterent stare, donec aliud ordinaremus superinde; vadit pars, quod scribatur rectoribus nostris Jadre, quod dictam domum, que olim fuit data et donata dicto domino Sandali, que fuit quondam ser Damiani de Nassis, dari et consignari faciant dicto domino Sandali vel eius nuncio secundum donationem sibi factam per communitatem Jadre predictam. Et respondeatur dicto nuncio Sandali hic existenti, quod in complacentiam domini sui sumus contenti dictam domum sibi dare et concedere secundum donationem alias sibi factam per communitatem nostram Jadre, et ita mandabimus rectoribus nostris Jadre predictis. De parte omnes alii, de non 2, non sinceri 0.

Misti. Vol. 49 p. 64 tergo, u mlet. arkivu.

CLXXXVI. God. 1411. 19 studenoga, u Mletcih.

Piše se načelnikom Zadra, da sva mjesta dobro utvrde, te da se providur i pomorski kapetan u Mletke povrate.

1411. die 19 novembris. Capta. Quod scribatur rectoribus nostris Jadre et ser Jacobo Trivisano provisori in hac forma videlicet:

Recepimus litteras vestras datas Jadre die XII mensis presentis, per quas vos rectores et vos ser Jacobus Trivisano ac ser capitaneus noster culfi ordinate nobis denotastis ea, que executi fuistis ad executionem mandatorum nostrorum in mittendo Venetias illos nobiles Jadre, quos misistis, et in denotando modum, quem servabitis in mittendo alios restandos mitti secundum nostra mandata. Recepimus similiter alias litteras nostras, quas vos comes et capitaneus nobis scripsistis, datas Jadre die predicto XII presentis, et omnia in illis contenta plene intelleximus; alias etiam litteras vestras eodem die datas, quas vos rectores et ser Jacobus et capitaneus culfi scripsistis, recepimus, continentes nova, que habuistis de gentibus inimicis per quemdam Marinum Slavonich nobilem de Carino etc. De quibus omnibus in litteris predictis contentis remansimus plene informati, vestre fidelitati denotantes, quod considerato tenore litterarum predictarum, nobis videtur, quod vestris prudentiis appareat civitatem nostram Jadre fore securam, et similiter alia loca nostra vobis commissa, quod similiter nobis videtur propter amotionem istorum nobilium deinde; et cupientes vitare expensam in quantum habiliter et cum securitate fieri possit, essemus contenti, quod fideles nostri Istrie reverterentur ad domos suas. Et propterea cum nostris consiliis rogatorum et additionis damus vobis libertatem, examinatis conditionibus deinde et securitate civitatis Jadre et locorum vobis commissorum, terminandi per maiorem partem vestram, si erunt dicti fideles Istrie cassandi aut retinendi, et sicut terminabitis de predictis, ita executioni mittere debeatis. Reddimus enim vos previsos, quod dicti nostri fideles ibi morantur cum magno incommodo, quia sunt homines caxalengi, et habuerunt pagam solummodo duorum mensium. Verum quia vos ser Jacobus ha-

buistis mandatum a nobis remanendi deinde usque reditum ultime armate galearum nostrarum, et habentes, quod non sit necesse, ut deinde amplius remaneatis, cum dictis nostris consiliis vobis mandamus, quatenus non obstante aliquo alio nostro mandato in bona gratia Venetias redire debeatis, nam dedimus in mandatis capitaneo nostro culfi, ut redeat Venetias ad disarmandum, cum quo venire poteritis. Ante autem recessum vestrum simul cum rectoribus nostris videre debeatis monstram gentium nostrarum equestrium et pedestrium ibi existentium. Et similiter examinare debeatis expensam, quam habemus singulo mense tam in civitate Jadre quam in aliis locis nostris deinde, et similiter introitus cuiuslibet loci. Et similiter vos informare debeatis de quibuscumque aliis, que vobis videbuntur necessaria, ut cum Venetias eritis, possitis ad plenum de omnibus nos informare, provisuros postea, prout videbimus opus esse.

Insuper quia scripsistis nobis, quod facitis fortificare burgum Aurane, et cupientes, quod loca nostra sint fortificata et secura, ad abundantem cautelam, vobis mandamus, quatenus burgum predictum et omnia alia loca nostra deinde fortificare procuretis, dum tempus habetis, de terraliis et aliter, ita quod de eis nullo modo dubitare habeamus.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV, p. 208, u mlet. arkivu.

CLXXXVII. God. 1411. 19 studenoga, u Mletcih.

Nalog pomorskomu kapetanu, da se u Mletke vrati.

1411. die XIX novembris. Capta. Quod scribatur capitaneo nostro culphi in hac forma videlicet:

Litteras vestras datas nono presentis continentes, quod cambiastis galeam Maurocenam cum galea Cornaria non obstante, quod cambiri debebat cum galea Paradixa; et alias vestras datas XII presentis continentes necessarium esse similiter cambiare galeam Paradixam, si debet remanere extra; et similiter, quod expensa aliarum duarum galearum videtur esse superflua, postquam ad securitatem Jadre provisum est, nec de turribus Sibinici dubitandum est etc. recepimus et intelleximus diligenter; quibus examinatis, fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et additionis respondentes, dicimus, quod nobis placuit cambiare quod fecistis de galea Maurocena cum galea Cornaria, considerata necessitate, sicut per vestras litteras denotastis. Sed volentes similiter providere, quod galea Paradixa cambietur, fidelitati vestre cum dictis nostris consiliis mandamus, quatenus debeatis galeam vestram seu galeam fratris vestri, illam videlicet istarum duarum, que vobis melior et magis torsoleria videbitur, cambiare cum galea predicta ser Vitalis Paradixo, et dictam galeam Paradixam fulcire de coredis bonis et omnibus necessariis, ut in omni casu possit facere honorem nostrum, et dictum ser Vitalem cum predicta galea et duabus galeotis, videlicet Michaela et illa de Jadra, dimittere debeatis ad custodiam et defensionem turrium Sibinici, cui ser Vitali pro hominibus sue galee providebimus de denariis et aliis rebus necessariis, prout erit necesse. Verum si aliquos denarios nostri comunis haberetis, debeatis hominibus dicte galee Paradixe subventionem facere

de denariis predictis. Et quia optamus scansare expensam, prout vos metipse per vestras litteras nobis scripsistis, vobis cum nostris consiliis mandamus, quatenus facto cambio galee Paradixe predicte cum aliis duobus galeis vobis commissis, videlicet vestra et fratris vestri, de omnibus informatus Venetias in bona gratia venire debeatis ad disarmandum, levando in Jadra illos nobiles Jadre, qui restant venire Venetias, in casu quo usque recessum vestrum per rectores nostros Jadre non fuissent missi Venetias. Et si non essent in ordine veniendi propter infirmitatem aut alia causa, non diferatis propterea adventum vestrum, sed veniatis ad disarmandum, ut superius continetur. De parte omnes alii, de non 2, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 208, u mletačkom arkivu.

CLXXXVIII. God. 1411. 2 prosinca, u Mletcih.

Zabranjeno dalmatinskim knezovom obustavljati brodove natovarene hranom, iduće u Mletke.

1411. die 2 decembris. Capta. Cum rectores nostri Jadre pluries et pluries acceperint et retinuerint granum de navigiis nostris inde transeuntibus et venire volentibus ad civitatem nostram Venetiarum, accipiendo partem et totum ad suum beneplacitum, et insuper aliquando solutionem faciendo et aliquando non, et super hoc sint maxime stricture, quibus non ostantibus hoc fecerunt; et sit bonum providere respectibus, in quibus nos reperimus pro multis terris et locis nostris circumstantibus; et etiam, quia retinendo talia navigia bladorum, datur materia et causa mercatoribus non se impediendi in talibus; vadit pars, quod auctoritate huius consilii scribatur et committatur rectoribus nostris Jadre et partium Sclavonie, quatenus navigia conducentia granum ad civitatem nostram Venetiarum non debeant nec audeant ullatenus retinere nec de ipsis accipere vel accipi facere frumentum vel granum, quod conduci vellet Venetias ullo modo, forma vel ingenio sub pena ducatorum mille cuilibet ipsorum in suis propriis bonis rectorum, et hoc sine licentia nostri dominii; sed debeant permittere transire navigia et conduci granum ad beneplacitum conductorum. Si autem ipsi rectores et cives volunt providere sibi, hoc facere possunt, et mittere ad accipiendum de grano ad loca, ubi sunt, pro eorum voluntate et beneplacito. Et de pena predicta non possit fieri gratia, donum, suspensio aut declaratio sub pena predicta, et sic procedatur de pena in penam usque in infinitum. De parte 41.

Misti. Vol. 49 p. 67 tergo, u mletačkom arkivu.

CLXXXIX. God. 1411. 13 prosinca, u Mletcih.

Magjari otimaju Mlečanom grad Portoguaro. Nalaže se pomorskomu kapetanu, neka dodje u Kaprule.

1411 die XIII decembris. Capta. Cum habuerimus novam, qualiter illi de Portogruario se dederunt huic genti Hungarorum, et nisi provi-

deretur, ipsa gens posset inferre maximum damnum nostris subditis Caprolarum, cum nullam habeant reparationem se tuendi ab eisdem, et etiam aliis locis nostris in mari; vadit pars, quod scribatur et mandetur capitaneo Marchie, quatenus sub pena ducatorum quingentorum in suis propriis bonis subito recepto presenti nostro mandato cum ligno sibi commisso venire debeat Caprolas, qui recedere non possit sine nostro mandato; et mandetur pro executione huius partis potestati Clugie, quatenus mittat unum nuncium per terram ad inveniendum dictum capitaneum et unam barcham per mare. Et similiter mandetur potestati et capitaneo Justinopolis, quatenus mittat ad inveniendum capitaneum Istrie, qui capitaneus sub pena superius dicta debeat cum ligno sibi commisso Caprolas venire, et inde non recedere, nisi a nobis habuerit aliud in mandatis. De parte omnes alii, de non 2, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 217 tergo, u mlet. arkivu.

CXC. God. 1411. 14 prosinca, u Mletcih.

Neka se izaberu dva providura, koji će upravljati vojskom.

1411. die XIV decembris. Antonius Contareno sapiens consilii, Benedictus Capello sapiens guerre. Quia, sicut omnibus notum est, pro regula et gubernatione gentium nostrarum existentium ad partes Seralei, necessarium sit providere de uno capitaneo, et in presenti nulla provisio fieri possit de habendo aliquem capitaneum forensem, nam oportet, quod provisio presto fiat, et nisi habeamus personam, que sit reverentie, et timeatur facta nostra, possent incomodum et periculum incurrere, propter quod necessarium est providere; vadit pars, quod in nomine iesu christi et eius matris virginis Marie et cum auxilio protectoris nostri beatissimi Marci evangeliste eligi debeat in bona gratia unus noster nobilis capitaneus terrestris omnium gentium nostrarum equestrium et pedestrium per scruptinium in isto consilio, qui possit accipi de omni loco et officio, iudicatu peticionum, auditoribus sententiarum et de officio continuo, non perdendo officium, si erit continuum. Et similiter eligi possit tam de regiminibus et officiis terrarnm et locorum nostrorum de novo aquisitorum et de Tervisane, quam de aliis nobilibus nostris in dictis locis existentibus, qui capitaneus, si erit Venetiis, teneatur respondere statim, cum remanserit, vel die sequenti ad tercias; et si erit extra Venetias, habeat terminum dierum trium, postquam sibi notificatum fuerit per dominium, non possit refutare sub pena ducatorum quingentorum, et habeat dictus capitaneus in mense et ratione mensis ducatos quatuorcentos, tenendo suis salario et expensis familiares quindecim ad arma aptos cum suis armis et equos quindecim, habendo pagam trium mensium. Et ut dictus capitaneus habeat posse in dicto campo, et timeatur, habeat in dicta conducta lanceas centum et pedites centum, quas et quos scribere et facere debeat, et teneatur recedere subito, cum fuerit per collegium terminatum, cum illa commissione, que sibi dabitur per istud consilium.

Et ut facta nostra cum bono ordine et regula procedant, eligi de-

beant de presenti in isti consilio duo nostri provisores pro eundo ad campum penes capitaneum nostrum per scruptinium, qui provisores eligi possint de omni loco et offitio, iudicatu petitionum, auditoribus; et teneantur respondere statim cum remanserint vel die sequenti ad tercias, et non possint refutare sub pena ducatorum trecentorum, et sint per tres menses cum salario ducatorum ducentorum in mense pro quolibet, tenendo suis salario et expensis famulos octo ad arma aptos cum suis armis, et equos octo, et scribantur sub sua conducta lancee quinquaginta de nostris lanceis, que erunt in campo nostro pro quolibet, et banderia una peditum, et sint per tres menses habendo pagam dictorum trium mensium, et teneantur recedere, quando per collegium fuerit terminatum, cum illa commissione, que eis dabitur per istud consilium.

Et si dicti capitaneus et provisores refutarent pro eundo extra, teneantur transire alpes vel Quarnerium, et stare per sex menses.

Et si remaneret capitaneus, qui esset in aliquo regimine, sit extra regimen, et non babeat salarium dicti regiminis, sed providere debeat de regimine prout videbitur; et si aliquis existens extra Venetias remaneret, possit acceptare per commissionem. De parte 17.

Ser Georgius Cornario sapiens ordinum. Cum licet habeamus ad presens, et dietim habebimus campum nostrum melius in ordine et in puncto et in maiori securitate, tamen habito respectu, quod tempus nos tantum infestat, quoniam in hoc principio preste provisionis et in fortitudine ipsius Seralei constat honor et securitas nostri status; vadit pars, ut subito provisio fiat, sicut semper consuetum est fieri per nos, quod in agendis et guerris nostri dominii electi sunt primo provisores, et postea cum tempore providetur de capitaneo generali, quod in nostro consilio eligatur unus noster nobilis solemnis provisor, qui sit apud egregium virum Bertolinum de Zanebonis, cui dari debeat etiam vox provisoris, sicut erit noster nobilis, ut ambo sint ad operandum officium provisorie per eum modum, quo nunc facit ipse Bertolinus et provisores. Et debeat ipse noster nobilis provisor eligi per scruptinium secundum usum, possendo accipi de omni loco et officio et de iudicatu petitionum et offitio continuo, et debeat respondere statim vel sequenti die ad tercias, habendo de provisione ducatos CCC in mense et ratione mensis, et sit per tres menses, habendo pagam trium mensium ante tractum, ut possit se subito fulcire rebus necessariis, et debendo tenere equos X ad suas expensas cum sufficientibus familiaribus et armatis. Preterea quia ipsi duo supplere non possent omnibus agendis campi, nec providere ad omnia, debeant etiam eligi in hoc consilio per scruptinium quatuor nostri nobiles, qui sint ad obedientiam provisorum predictorum, habendo de salario ducatos LXXX pro quolibet in mense et ratione mensis, et sint pro tribus mensibus, ac habeant salarium trium mensium ante tractum, debendo tenere suis expensis famulos quinque pro quolibet armatos. Et possint eligi de predictis quatuor etiam illi provisores, qui sunt presentialiter ad campum. Et teneantur respondere illi, qui eligentur de presenti aut de sequenti die ad tercias, non possendo refutare sub pena ducatorum C. Verum si eligerentur illi vel aliquis illorum duorum, qui sunt in campo, habeant terminum ad respondendum usque octo dies,

et possint refutare sub pena, ut est iustum, quia steterunt pluribus diebus ibidem.

Facto autem hoc, si videbitur in processu dierum providere de capitaneo generali, poterit fieri et fiet, secundum quod videbitur huic consilio, quod fiet cum tempore debito et convenienti.

Et addatur in dicta parte, quod si provisor noster eligendus et Bertolinus predictus essent diferentes in aliquo, sive quod differentia aliqua caderet in opinionibus suis inter eos, debeant convocare illos quatuor nobiles executores, aut illos ex dictis nobilibus executoribus, qui erunt ibidem, et quid fuerit terminatum per maiorem partem ipsorum, ita debeat mitti executioni in differentiis opinionum, que caderent inter eos provisores. De parte 8.

Ser Bartholomeus Mauroceno sapiens guerre. Capta. Quia, sicut omnibus notum est, necessarium est providere, quod facta in partibus Liquentie procedent cum bono ordine et regula, et quod gentes nostre, existentes ad Seraleum nostrum Liquentie, debito modo gubernentur; vadit pars, quod eligi debeant de presenti in isto consilio duo nostri provisores pro eundo ad campum per scruptinium, qui eligantur de omni loco et offitio, iudicatu petitionum et auditoribus sententiarum, et teneantur respondere statim cum remanserint vel die sequenti ad tercias, et non possint refutare sub pena ducatorum trecentorum, et sint per tres menses cum salario ducatorum ducentorum in mense pro quolibet, tenendo suis salario et expensis famulos octo ad arma aptos cum suis armis, et equos octo, et scribi debeant sub sua conducta lanceas quinquaginta de nostris lanceis, que erunt in campo, et banderia una peditum pro quolibet, et sint per tres menses, habendo pagam dictorum trium mensium, Et teneantur recedere, quando per collegium fuerit terminatum, cum illa commissione, que eis dabitur per istud consilium. Et si refutarent pro eundo extra, teneantur transire alpes vel Quarnarium, et stare ultra per duos menses. Et teneantur dicti duo provisores ducere secum quinque nobiles pro quolibet cum illo salario et familia, quod per collegium fuerit ordinatum. De parte 49, 67, de non 30, 40; non sinceri 5, 4.

Electi provisores: Ser Barbonus Mauroceno; ser Johannes Mauro qm. ser Donati, non venit ad tempus; ser Jacobus Suriano miles, refutavit per consilium de X; ser Jacobus Trivisano maior.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 117 tergo, u mlet. arkivu.

CXCI. God. 1411. 24 prosinca, u Mletcih.

Poslanik neka podje gospodinu Karlu de Malatestis, i neka mu ponudi zapoviedničtvo nad cielom vojskom.

1411. die XXIV decembris. Ser Laurentius Bragadinus consiliarius. Capta. Quia non est amplius differendum ad providendum de habendo capitaneum famosum et gentes armigeras presto pro conservatione et defensione terrarum et locorum nostrorum, considerato adventu istorum Hungarorum ad partes Tervisane, et totis spiritibus et sensibus et posse nostro procurare de conservando terras et loca nostra, que cum tanto

sanguine et expensis acquisivimus, et nulla via prestior nec magis salutifera habeatur, quam providere de habendo magnificum dominum Karolum de Malatestis; vadit pars, quod de presenti eligi debeat in isto consilio unus noster ambaxiator pro eundo ad presentiam dicti domini Karoli per scruptinium, qui possit accipi de omni loco et officio non perdendo officium nec utilitatem eius. Respondeat statim cum remanserit, et non possit refutare sub pena ducatorum ducentorum, et teneatur recedere hac nocte vel cras per diem sub pena ducatorum ducentorum cum illa familia et expensa, que terminabitur per collegium. Electus ambaxiator ser sanctus Venerio.

Commissio autem sua sit in ista forma. Committimus tibi nobili viro sancto Venerio dilecto civi et fideli nostro, quod de nostro mandato ire debeas noster ambaxiator ad presentiam magnifici domini Karoli de Malatestis, cui facta amicabili salutatione et oblatione cum verbis amicabilibus et fraternis exponere debeas, quod nostra dominatio considerans amicitiam, que semper fuit inter magnificos progenitores suos et nostrum dominium et similiter inter suam magnificentiam et nos, semper in nostris opportunitatibus requisivimus eos tamquam amicos nostros carissimos, et considerato adventu gentium Hungarorum, que nuper descenderunt ad partes nostras Tervisane, nobis est necessarium provisionem facere de generali capitaneo exercitus nostri. Et amplam fidem et spem capientes de magnificentia sua tanquam de amico nostro carissimo, libenter vellemus eundem habere in nostrum capitaneum generalem; et ideo cum illa amicabili caritate, qua possumus, eamdem suam magnificentiam rogamus, ut velit nobis complacere et acceptare capitaneriam predictam; et circa hoc instare et sollicitare debeas cum illis pertinentibus verbis et rationibus, que sapientie tue videbuntur. Et ut dictus magnificus dominus Karolus possit presto respondere, et ut de intentione sua possimus esse informati, volumus, quod eidem dicere debeas, quod volumus, quod sit capitaneus generalis omnium gentium; et quod pro capitaneatu habere debeat in mense et ratione mensis ducatos mille, ut possit facere honorem suum et nostrum, tenendo pro dicta capitaneria equos viginti, sicut tenuit magnificus dominus Malat:esta consanguineus suus.

Item volumus, quod habeat conductam lancearum trecentarum cum soldo, firma et conditionibus aliarum gentium nostrarum, quod stipendium est ducatorum XIIII pro lancea et librarum XIII pro pavesario et librarum XV pro balistario.

Et quia volumus, quod sciat intentionem nostram de modo, quem servari volumus et soliti sumus servare in capitaneriis, debeas dicere dicto magnifico domino Karolo, quando tibi cadet in proposito, quod consuetudo nostra semper fuit habere in exercitibus nostris duos ex nostris nobilibus apud capitaneos nostros, et ita faciemus secum, sed intentio nostra est, quod participato consilio cum dictis nostris nobilibus ipse solus disponat, regulat et gubernat exercitum et gentes nostras, et faciat, secundum quod sua sapientia iudicaverit esse utilius et melius pro honore et statu nostro, pro bona et celeri executione sibi commissorum et committendorum per nos.

Et quia sumus certi, quod dictus magnificus dominus habet multas

gentes equestres, volumus, quod acceptante dicto magnifico domino capitaneriam predictam, ipse et tu secum conducere debeatis usque duo milia equos.

Et quia posset occurrere, quod dictus magnificus dominus tibi diceret, quod habet multas gentes equestres, quas non posset relinquere, volumus, quod, acceptante dicto domino capitaneriam predictam, habeas libertatem conducendi ad nostrum soldum computata conducta dicti domini a mille usque duo milia equorum et quingentos usque mille pedites cum soldo aliarum gentium nostrarum, providendo, quod dicte gentes tantum presto quantum esse potest veniant ad servitia nostra.

Et ut ostendere possis, si fuerit necesse, pacta, que habuimus cum magnifico domino Malatesta, fecimus eorum copiam tibi dari pro tua informatione.

Et si dictus dominus erit contentus venire in nostrum capitaneum generalem cum conditionibus superius expressis, sumus contenti, quod illum conducas, dando tibi firmam trium mensium et trium de respectu in libertate nostri dominii, et providendo, quod presto veniat, ut superius dictum est.

Quando vero dictus dominus Karolus tibi responderet, quod propter facta magnifici domini Pandulfi non posset venire ad dictam capitaneriam nisi per duos vel tres menses, quia postea volet attendere ad facta dicti domini Pandulfi, sumus contenti, quod veniat per duos vel tres menses, prout venire poterit. Et si dictus dominus esset contentus per aliquem modorum predictorum velle venire ad servitia nostra, sed esset aliqua differentia inter vos, debeas subito scribere nobis differentiam predictam, et expectare nostrum mandatum.

Si vero facta per te omni instantia possibili, ut veniat ad dictam capitaneriam, dictus magnificus dominus Karolus omnino se excusaret venire non posse, volumus, quod, quando videbis suam intentionem penitus esse de non possendo venire ad dictam capitaneriam, debeas magnificentiam suam rogare, ut sibi placeat nobis complacere de gentibus suis, de lanceis ducentis pro mensibus tribus et duobus de respectu cum soldo et conditionibus aliarum gentium nostrarum, et ad hoc instare et sollicitare debeas cum illis pertinentibus verbis et modis, que tibi videbuntur.

Sed quia scimus, magnificum dominum Pandulfum de Malatestis esse penes dictum dominum Karolum, volumus, quod facta per te ambaxiata nostro magnifico domino Karolo, ut sibi placeat venire ad capitaneriam predictam, debeas comparere coram dicto domino Pandulfo cum nostris litteris credulitatis, et sibi factis salutationibus et oblationibus convenientibus dicere, quod nostra dominatio volens in casibus opportunis et necessariis ostendere benevolentiam et amorem, fidem et spem, quam semper habuit erga magnificos progenitores suos et magnificum dominum Karolum et magnificentiam suam et domum suam, requiri fecit magnificum fratrem suum dominum Karolum de Malatestis, ut sibi placeat velle acceptare et venire in nostrum capitaneum generalem omnium gentium nostrarum. Et ideo rogamus suam magnificentiam, ut velit intercedere et procurari et dictum magnificum dominum Karolum hortari, ut sibi placeat acceptare capitaneriam predictam, quia licet speremus, quod,

veniente dicto domino Karolo ad capitaneatum nostrum, erit cum comoditate et honore nostro, nichilominus tamen erit cum comodo et securitate sua, quia vicinium nostrum debet sibi magis gratum esse, quam alicuius alterius propter bonam amicitiam, que continue fuit inter partes; et cum istis et aliis verbis et rationibus solicitare debeas, ut dictus dominus procuret, quod dominus Karolus acceptat predictam capitaneriam.

Quando vero dictus dominus Karolus non posset ad capitaneriam nostram venire, solicitare debeas, quod procuret penes eumdem dominum Karolum, quod nobis complaceat de lanceis ducentis de gentibus suis, et quod sibi placeat providere, quod illas presto habeamus cum soldo et conditionibus aliarum gentium nostrarum, instando et procurando de habendo intentionem nostram per alterum modorum suprascriptorum.

Et similiter volumus, quod exponere debeas magnifico domino Malateste Cesene, in casu quo ibi esset, prout exposueris domino Pandulfo.

Volumus insuper, quod si dictus dominus Karolus venire non posset ad capitaneriam, nec posset complacere nobis de lanceis ducentis, prout superius tibi commissimus, scribere debeas comunitati Ancone, quia sensimus, quod habeat lanceas C, quas forte habere poterimus, quod dicte comunitati placeat in nostram complacentiam et amorem de dictis lanceis centum, in casu quo illas presto habere possemus, nobis complacere pro nostra pecunia. Et si erunt contenti, illas nobis dare, debeas illas firmare cum soldo et firma aliarum gentium nostrarum. Et similiter facere debeas, si ultra dictas lanceas C dicta comunitas alias gentes equestres nobis dare posset, quod accipere debeas et soldare, si illas presto, ut superius continetur, habere poteris.

Et omnia, que feceris et habueris, sis solicitus nobis scribere, et expecta nostrum mandatum.

Debes ducere tecum quatuor famulos et unum notarium cum uno famulo, possendo expendere ducatos duos cum dimidio in die, non computatis agoziis equorum nec nabulis navigiorum. De parte 54, 71.

Ser Nicolaus Victuri, ser Nicolaus Foscari, sapientes consilii, volunt, quod mitti debeat ad presentiam dicti domini Karoli unus noster nuncius cum litteris credulitatis et cum illis verbis, que collegio videbuntur, ad rogandum eumdem, quod sit contentus complacere nostro dominio de lanceis ducentis per duos vel tres menses ad expensas nostras cum illo soldo et conditionibus, quas habent alie gentes nostre. De parte 23, 30.

Ser Victor Superantio sapiens ordinum. Quia nunc venit dominus marchio Estensis, et cras de mane erit ad presentiam nostram, et forte per eum habebuntur aliqua, propter que utile esse ad differendum; vadit pars, quod dicte partes pro nunc differi debeant usque cras post prandium, quia auditis his, que dicet dominus marchio, postea venietur ad istud consilium, et providebitur, prout erit necesse. De parte 14, de non 2, non sinceri 5, 11.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 222, u mlet. arkivu.

CXCII. God. 1412. 4 siečnja, u Mletcih.

Dva poslanika odpremaju se papi kao posriedniku mira.

1411. die IV. ianuarii. Ser Nicolaus Foscari, ser Franciscus Cornario, ser Antonius Contareno, ser Bartholomeus Nani sapientes consilii. Capta. Quia summus pontifex in conclusione litterarum suarum scribit nostro dominio, quod reverendissimi domini . . cardinale Venetus et Florentinus concives nostri super ista materia aliqua scribent, quibus scriptionibus suis velimus dare fidem, et prefati domini cardinales scribant, quod placeat nostre dominationi nostram ambaxiatam mittere ad presentiam domini pape, et utilissimum sit querere et solicitare de perveniendo ad pacem per medium sue sanctitatis; propter multa, que allegari possunt super hoc, ordinetur, quod de presenti eligi debeant in isto consilio duo nostri ambaxatores pro eundo ad presentiam summi pontificis pro tractatu pacis et concordii inter dominum regem Sigismondum et nostrum dominium, qui ambaxiatores eligantur per scruptinium, et possint accipi de omni loco et officio, auditoribus, iudicatu petitionum et advocatoribus comunis, et eligantur de corpore veneto, et teneantur respondere statim, cum remanserint, vel die sequenti ad tercias, et non possint refutare sub pena ducatorum ducentorum, et ducant illam familiam, et faciant illam expensam, que per collegium fuerit terminata De commissione autem sua ante recessum suum venientur ad istud consilium, et providebitur, prout isti consilio utilius apparebit.

Habeant dicti ambaxiatores ducatos centum pro quolibet pro faciendo sibi unam robam; et si refutarent pro eundo extra, teneantur transire alpes et Quarnarium, et stare per duos menses ultra. De parte 44, 47, 48, 50, 56.

Ser Thomas Mozenigo, ser Nicolaus Victuri sapientes consilii; ser Bulgarus Victuri, ser Benedictus Capello sapientes guerre. Volunt, quod fiat solum unus ambaxiator cum conditionibus suprascriptis. De parte 36, 47, 46, 45, 37; de non 15, non sinceri 6, 6, 7, 5, 5. Electi ambaxiatores. Ser Bartholomeus Nani, refutavit per consilium de X; ser Marcus Dandulo qm. ser Benedicti, acceptavit; ser Laurentius Bragadinus ser Marci, acceptavit.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 227, u mlet. arkivu.

CXCIII. God. 1412. 6 siečnja, u Budimu.

Sigmund potvrdjuje Šibeničanom njeka imanja, koja su Zadrani za se htjeli.

Annullatio sententiarum a Jadrensibus contra Sicenses obtentarum circa aliquas possessiones. — Nos Sigismundus dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie etc. rex. Memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod fideles nostri Gregorius filius Michaelis Draganich et Marcus filius Petri Radoyevich de Sibenico suis nomine universitatis, consilii, civium et totius communitatis eiusdem civitatis nostre Sibenicensis in personis nostre maiestatis accedentes in presentiam, nobis detegere curarunt cum querela, quomodo

nonulli forent ex Jadrensibus alteriusque cuiusvis status, condictionis et preminentie hominibus in Dalmatia et Croatia regnis nostris constitutis et existentibus, qui nostre maiestatis fideli observanda se divertendo, et partem nostrorum rebellium et specialium emulorum, ut puta Venetorum in virium eorundem augumentationem faciendo et abservando occasione et pretextu possessionum, portionum et iurium possessionarum, hereditatuum ac rerum et bonorum fidelium nostrorum Sibenicensium predictorum per eosdem hostiliter ab ipsis Sibenicensibus occupatorum, et manibus ipsorum vendicatorum in civitate Jadrensi et extra, ipsimetque in dicte Sibenicensis civitatis nostre districtibus, terris, tenutis, territoriis et precipue in districtu Lucha vocato existentium et habitarum, contra ipsos Sibenicenses et nonnullos ex eisdem per morosas citationes et litium suscitationes, eo quod ipsi Sibenicenses pro prosecutione causarum et litium eorum in medium et in sedem iudiciariam ipsorum accedere formidassent, sententias quamplurimas tulissent, et exinde reportassent diffinitivas, vigoribus quarum premissas eorum possessiones, iura nec non possessionarias res, hereditates et bona universa sibi ipsis perpetue intentantur et vellent appropriare, imo iam de facto appropriassent in pregiudicium et damnum ipsorum valde ingens. Supplicaruntque ipsi Gregorius et Marcus nominibus quibus supra maiestati nostre humiliter in eo et devote, ut nos ipsis de relevamento opportuno dignaremur providere gratiose. Nos itaque eorundem supplicationibus nobis humiliter porrectis favorabiliter et gratiose inclinati, advertentes etiam ipsorum fidelium nostrorum Sibenicensium inviolabiles fidelitatum observantias et obsequiosas famulantium exhibitiones, quibus nobis studuerunt realiter complacere, universas et quaslibet sententias diffinitivas cum toto processu promisso modo pro parte ipsorum rebellium Venetorum fautorum et seguatium in facto premissarum possessionum, iurium et porcionum, possessionarum, hereditatum ac bonorum et rerum universarum dictorum fidelium nostrorum Sibenicensium ubicumque intra ambitum regnorum nostrorum Dalmatie et Croatie predictorum ac in civitate Jadrensi predicta, ipsiusque terris districtu et territorio et precipue districtu Lucha predicto habitarum et existentium, adversus eosdem fideles nostros Sibenicenses aut eorum alterum qualitercumque et quomodocunque et sub quibuscunque rationibus hactenus consertas, latas et emmanatas, vanas, cassas, frivolas et viribus carituras declaramus, in iudicioque et extra exhibitoribus eorum nocituras pronunciamus et declaramus vigore et testimonio presentium harum nostrarum mediante, quas sigillo nostro maiori prout rex Hungarie utimur, fecimus consignari. Datum Budue in festo epiphania domini, anno eiusdem millesimo quadrigentesimo duodecimo, regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. vigesimo quarto, Romanorum vero secundo.

Diplomatarium Sibenicense, u dvor. knjižnici bečkoj, rukopis 13461.

CXCIV. God. 1412. 6 siečnja, u Mletcih.

Poslaniku papinskomu, koj je hteo proći dalje da podje kralju Sigismundu, savietuje se, neka se natrag povrati.

1411. die VI ianuarii. Dominus dux. Capta. Quia multi respectus et cause per omnes considerande mature debent movere et inducere nostrum dominium ad non permittendum magnificum comitem Bertoldum ambaxiatorem apostolicum facere transitum per terras et loca nostra ad partes Hungarie, et maxime quia ex ore suo dixit manifeste velle ire ad dominum regem Sigismundum Hungarie ad inducendum ipsum, ut descendat ad partes Italie, quod immaginandum est, si facit pro factis nostris, iam per eum missis gentibus suis hostiliter ad damna nostra; vadit pars, quod dici debeat ipsi comiti Bertoldo cum illis honestis et convenientibus verbis, que videbuntur collegio, per nostrum dominium, considerans id, quod scribit dominus papa, qui dimittit hoc in penserio nostri dominii, imaginatur super transitu suo, et videtur nobis pro meliori, quod non procedat ulterius, nec vadat ad partes Hungarie pro presenti. Et propterea potest redire, et sic placeat magnificentie sue velle redire ad faciendum hanc nostram excusationem ad sanctissimum dominum papam, ad quem mittimus presentialiter nostros ambaxiatores iam electos, reddentes nos certos, et de hoc rogamus care magnificentiam suam, quod, quando erit apud dominum papam, velit esse propicius et favorabilis factis nostris, que habebuntur tractari inter dominum regem et nostrum dominium sive inter ambaxiatores suos et nostros ad conspectum summi pontificis. De parte 47, 49, 51.

Ser Nicolaus Foscari, ser Franciscus Cornario, ser Antonius Contareno, ser Bertholomeus Nani, sapientes consilii. Cum die octava mensis elapsi captum fuit de respondendo magnifico domino comiti Bertoldo ambaxiatori apostolico, ut sibi placeret hic differe, donec sciremus intentionem summi pontificis pro factis, que agere habemus cum domino rege Sigismondo propter accessum ambaxiatoris dicti regis ad presentiam summi pontificis, et scripserimus dicto domino pape causas, propter quas eumdem dominum comitem Bertoldum hic remanserit, prout captum fuit per istud consilium; et per litteras nuper receptas a dicto domino papa, ipse dominus papa multum generose et benigne per suas apostolicas litteras nobis scripserit, et responsionem fecerit, quod mittebat ad partes Hungarie magnificum dominum comitem Bertoldum pro pace querenda et fienda inter dictum dominum regem Sigismondum et nostrum dominium, quam summe cupit, concludens, quod de retardatione accessus dicti comitis Bertoldi procedente de intentione et voluntate nostri dominii sua sanctitas multum contentatur, eidem iniungens, quod illa efficiat, que nobis sint grata, in omni casu subiungens idem summus pontifex, quod pro consecutione pacis, si oporteret, personaliter se transferret; et hec et multa alia generose nobis per suas litteras denotavit. Et prefatus comes Bertoldus comparuerit coram nobis, et instanter rogaverit nostrum dominium, ut velimus eundem licentiare, quod vadat ad executionem sue ambaxiate, et multum ample et amicabiliter se offert nostro dominio in procurando et faciendo posse suum, quod pax et concordium inter dictum regem et nostrum dominium sequatur; vadit pars, quod re-

spondeatur dicto magnifico domino comiti Bertoldo ambaxiatori apostolico in hac forma: quod causa, propter quam fuimus contenti, ut hic remaneret, fuit solummodo pro sciendo a summo pontifice, quid secutum erat propter accessum ambaxiatoris regis Sigismondi ad presentiam apostolicam, ut melius possemus et magis deliberate circa executionem pacis et concordii providere. Et modo nuper habuerimus per litteras apostolicas responsionem sue sanctitatis generosam et benignam; qua responsione audita et intellecta similiter requisitione sue magnitudinis, que est de prosequendo iter suum ad presentiam dicti regis, sumus contenti, quod in bona gratia sequatur iter suum, tenentes firmiter, quod semper ubicumque se reperiet, et tractaretur de factis nostrum dominium tangentibus, sua magnificentia semper tractaret et procuraret ea, que essent honoris et comodi nostri dominii; et cum illis verbis, que videbuntur utilia et necessaria, dicere, quod transitum faciat per viam Latisane, et hoc facimus pro bona causa, ut cum maiori securitate vadat.

Super facto autem oblationis sue, quam facit nostro dominio tum ob mandatum summi pontificis, tum ob perfectam et amicabilem intentionem de interponendo suam magnificentiam et opera sua pro bona pace sive concordio tractanda inter dictum dominum regem et nostrum dominium, dicimus, quod summo pontifici humiliter regratiamur tanquam sue sanctitatis filii devotissimi, et magnificentie sue de tam ampla oblatione referimus dignas grates, quia reddimur certissimi, quod tam pro executione mandati apostolici quam pro ostendenda optima dispositione sue magnificentie erga nos, eadem sua magnificentia libenter in hoc laboraret, procuraret et solicitaret sapientiam suam, et certe omnis sua interpositio nostro dominio gratissima foret propter amorem et fidem, quam de sua magnificentia capimus et habemus, et omnia nostra negotia, quantumcunque ardua forent, poneremus in manibus suis. Sed propter responsionem habitam a summo pontifice comprehendimus, ambaxiatorem regis Sigismondi habere mandatum in tali forma, quod hec materia poterit practicari coram sua sanctitate; et considerantes, quod ambe partes fuerunt contente de interpositione et medio summi pontificis, nobis videtur non esse necessarium faticare in hoc suam magnificentiam, salvo quod illam rogamus, quod cum fuerit ad presentiam regiam, placeat interponere illa verba, que sue magnificentie videbuntur utilia et fructuosa pro bona conclusione pacis inter partes, nichilominus, si in futurum aliqua occurrent, propter que videremus opus esse operari in factis nostris, magnificentiam suam teneat pro constanti, quod suam magnificentiam operabimur confidenter et amicabiliter tanquam nostrum amicum carissimum. De parte 34, 41, 40, de non 6, non sinceri 14, 10, 10.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 227 tergo, u mlet. arkivu.

CXCV. God. 1412. 9 siečnja, u Mletcih.

Knezu skadarskomu neka sklopi mir ili primirje s Balšom radi potrebe žita iz onih krajeva.

1411. indictione IV, 9 ianuarii. Capta. Quod auctoritate huius consilii scribatur et mandetur comiti et capitaneo Scutari, quod quia non

sunt secute treugue inter nostrum dominium et dominam Elenam et Balsam, prout fuisset et esset intentionis nostri dominii, redundavit ad magnum incomodum nostrum, quia secundum informationem nobis datam, per illam viam habuissemus magnam quantitatem frumenti. Et quod propterea debeat omnino procurare et sollicitare de veniendo ad pacem cum Balsa et domina Elena predictis, secundum quod habet in mandatis, vel de faciendo treuguas et sufferentias per illud maius tempus, quo poterit, ut de dictis partibus possimus frumentum habere pro ubertate terre nostre.

Secrata consilii rogatorum. Vol. IV p. 226, u mlet. arkivu.

CXCVI. God. 1412. 14 siečnja, u Mletcih.

Zapovieda ugar.-hrv. kralj Sigmund svojim trgovcem, neka trg voze samo u Šibenik, dokle postoji sadašnja smutnja.

Preceptoria mercatoribus, ut conducant in civitate Sibenici mercantias durante disturbio. — Sigismundus dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie etc. rex. Fidelibus suis universis et singulis mercatoribus, Wlahis ut puta et Croatis cum rebus mercemonialibus in regno nostro Dalmatie procedentibus salutem et gratiam. Cum nostre existat intentionis, ut nos pro meliori statu, conservatione et ampliori incremento civitatis nostre Sibenicensis non in aliis locis et foris publicis preterquam in dicta civitate nostra Sibenicensi usque nostre maiestatis beneplacitum et novissimi disturbii tempore durante, cum victualibus per vos vendendis procedatis, ac mercaturas forizationesque et venundationes rerum vestrarum facere et et expedire debeatis. Ideo fidelitati vestre firmissime precipimus et omnino volentes mandamus, quatenus tempus usque premissum et beneplacitum nostre maiestatis non alias neque in aliis locis et foris publicis preterquam in dicta civitate nostra Sibenicensi cum victualibus per vos vendendis procedere ac eadem bona vestra vendicioni exponenda venundari, ceterasque forizationes vestras expedire, sub pena ablationis universarum rerum mercimonialium premissarum, et perficere debeatis, et aliud sub obtentu nostre gracie facere non ausuri in premissis. Presentes autem sigillo nostro maiori, quo ut rex Hungarie utimur, fecimus consignari, quas post eorum lecturam semper reddi iubemus presentanti. Datum Budue octavo die festi Epiphanie domini, anno domini MCCCCXII., regnorum autem nostrorum anno Hungarie XXIV., Romanorum vero secundo.

Diplomatarium Sibenicense, u dvorskoj knjižnici bečkoj, ruk. 13461.

CXCVII. God. 1412 14. siečnja, u Mletcih.

Daje se pripomoć u Mletcih zatočenim Zadranom.

1411. die XIV ianuarii. Capta. Cum isti nobiles Jadre, qui hic sunt, sint in magna paupertate, et aliqui eorum petant velle habere stipendium et non sit pro presenti utile eis dare stipendium, et alias captum fuerit in isto consilio de providendo dictis nobilibus, sed consi-

deratis conditionibus presentibus non possit provideri, prout esset intentio terre, et pium sit dictis Jadrensibus subvenire in quantum habiliter fieri potest; vadit pars, quod dictis nobilibus Jadratinis, qui sunt hic numero XXVII, dari debeant ducati XV pro quolibet, ut habeant unde vivere, cum sint in magna paupertate constituti, dividendi prout videbitur collegio. De parte omnes alii, de non 2, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV. p. 229 tergo, u mlet. arkivu.

CXCVIII. God. 1412. 14 siečnja, u Mletcih.

O savezu medju Mletčani i poljačkim kraljem.

Capta. Quia nuncius, qui venit ad presenciam nostri dominii ex parte regis Polanie, inter alia exposita nostro dominio dixit, quod, si intentio nostri dominii est de faciendo cum dicto rege domino suo ligam, habet etiam alia dicere; et bonum sit imo necessarium extrahere a dicto nuncio, si fieri potest, de intentione domini sui; vadit pars, quod respondeatur dicto nuncio, quod sumus dispositi venire ad ligam cum dicto serenissimo rege domino suo; et propterea, si vult aliqua dicere super hoc, potest dicere quicquid sibi placeat, quia sibi faciemus illam responsionem, que erit conveniens et honesta; habita autem intentione dicti nuncii, postea venietur ad istud consilium, et providebitur de respondendo domino regi Polonie domino suo aut per viam dicti nuncii aut per viam Petri Bicharano aut per aliam viam, prout isti consilio melius et utilius apparebit.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV, p. 230, u mlet. arkivu.

CXCIX. God. 1412. 14 siečnja, u Mletcih.

Nalaže se načelnikom tvrdjava, da nepuščaju Ugre približiti se k zidovom, te ako bi se približili, neka jih streljaju.

1411. die XIV ianuarii. Capta. Quod isti modi, qui tenentur per istos maledictos Hungaros in loquendo cum nostris deputatis ad custodiam locorum nostrorum propter maximas strages et crudelitates factas versus alios locorum, quos ceperunt, inducant magnum periculum statui nostro propter terrorem, quem capiunt ipsi nostri existentes in fortilitiis; et propterea sit omnino necessarium providere; vadit pars, quod efficaciter vigore istius consilii scribatur et mandetur rectoribus nostris Coneglani, Portusbuffoleti et aliis rectoribus nostris Tervisane, quod sub pena indignationis nostri dominii debeant stare pervigiles et attenti ad obstandum et obstari faciendum effectualiter, quod aliquis dictorum Hungarorum seu aliquis alius non possit nec permittatur se adherere muris terrarum, ita quod non possint audiri verba neque prolationes sue, sed debeant, quando aliquis se adherere voluerit, cum ballistis et bombardis et aliter ipsos offendere et expellere per modum, quod sermones nec verba sua non intelligantur.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 230, u mlet. arkivu.

CC. God. 1412. 21 siečnja, u Mletcih.

Naputak poslanikom odlazećim u Rim, da posriedovanjem pape utanače mir ili primirje s ugar.-hrv. kraljem Sigismundom.

1411. die XXI ianuarii. Ser Nicolaus Foscari, ser Franciscus Cornario, ser Antonius Contareno, sapientes consilii. Capta. Nos Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus vobis nobilibus viris Laurentio Bragadino et Marco Dandulo dilectis civibus nostris, quod in bona gratia ire debeatis nostri solemnes ambaxiatores ad presentiam sanctissimi patris domini Johannis pape XXIII cum nostris litteris credulitatis, quas vobis dedimus, cui presentatis litteris predictis credulitatis et facta devota et humili recommendatione cum verbis pertinentibus et necessariis, prout consuetum est in similibus observari, sue sanctitati exponere debeatis, quod nostra dominatio, considerata filiali devotione nostra erga apostolicam suam sanctitatem, dum magntficus dominus comes Bertoldus ambaxiator suus esset Venetiis, et exponeret causam sui accessus ad partes Hungarie, que erat, ut nostro dominio exposuit, de conducendo regem Sigismundum ad partes Italie in subsidium sue sanctitatis et ecclesie sancte dei sive esset in concordium nobiscum sive non, et pro interponendo se de mandato apostolico ad procurandum bonam pacem sive concordium inter dictum dominum regem et nostrum dominium, fuit hortata dictum magnificum comitem, ut Venetiis moraretur, donec scriberemus sue sanctitati intentionem nostram super hoc, et sic remansit, et nos per nostras litteras sue sanctitati distincte denotavimus causas et rationes nos moventes ad hoc, quas causas et rationes non expedit replicare, cum sint sanctitati plene manifeste. Ad que sua beatitudo dignata fuit clementer et generose respondere per suas apostolicas litteras, quas devote et reverenter recepimus considerato benigno et gratioso animo earum. Et super litteris predictis habito consilio diligenti et matura deliberatione, et auditis litteris reverendissimorum cardinalium Venetiarum et Florentie, per quas sensimus, ambaxiatores regis predicti Sigismondi ad presentiam sue sanctitatis esse, et mandatum habere pro possendo venire ad concordium sive pacem, cognovimus accessum dicti magnifici comitis Bertoldi ad partes Hungarie, quantum pro pace procuranda et tractanda inter dictum regem et nostrum dominium non fore necessarium, et videntes Piponem Spanum capitaneum dicti regis cum magna quantitate Hungarorum ad partes nostras Tervisanas descendisse, et iam aliquibus locis subditis et fidelibus nostris multa damna intulisse, et habentes respectum, quod dictus dominus comes Bertoldus dicebat, velle dictum dominum regem sive amicum sive inimicum nostrum ad partes Italie conducere, cognovimus, quod si hoc secutum esset, non potuisset fuisse et esse nisi cum magno damno et incommodo nostro et status nostri, propter que firmissimam spem capientes de continentia litterarum apostolicarum suarum, et tenentes firmiter, quod sue sanctitati semper displiceret, quod statui nostro aliquid posset occurrere nocivum, terminavimus, quod dictus dominus comes non transiret pro presenti ad dictas partes Hungarie, quod nulla alia causa processit nisi causibus et rationibus predictis, et sic eidem comiti oretenus diximus, prout non dubitamus sue sanctitati reportaverit; cui humiliter suppli-

cavimus, ut de huiusmodi nostra terminatione facta bono animo et intentione et pro conservatione solummodo honoris et status nostri, quem sua sanctitas proprium reputare potest propter filialem devotionem nostram et optimam dispositionem ad honores et commoda ecclesie sancte dei et sue beatitudinis, dignetur benigne remanere contenta, sicut de clementi benignitate sua uti filii sui devoti ample speramus.

Et quia sua beatitudo per litteras suas nostro dominio scriptas, in conclusione nostro dominio denotavit, informasse super nonnullis reverendissimos patres dominos cardinales Venetiarum et Florentie, et quod eorum scriptionibus vellimus plenam dare fidem, et prefati domini cardinales per litteras suas nobis scripserint et denotaverint, nostrum dominium hortantes, ut vellemus mittere ad presentiam sue sanctitatis nostros oratores, quia sanctitas sua pro posse procurabit perficere concordium cum honore et comodo nostre dominationis quantum plus honeste fieri poterit, nos tanquam amatores pacis et concordii terminavimus vos mittere ad presentiam sue sanctitatis cum plena nostra intentione pro dicta pace et concordio pertractando et concludendo; et ideo vos presentatis coram sua sanctitate nomine nostro pro ostendendo sue iura nostra liquida et manifesta, et de quibus suam beatitudinem non dubitamus imo firmiter tenemus esse plenissime informatam propter praticas alias coram sua sanctitate factas per nostros solemnes oratores, quod ad presentiam sue sanctitatis in Bononia destinavimus, et similiter pro exequendo ex parte nostri dominii omnia illa, que habeant bonam pacem et amicitiam inter prefatum dominum regem et nostrum dominium inducere, et offertis vos quibuscumque diebus et horis promptos et paratos nomine nostro esse cum sua sanctitate, prout sua beatitudo terminabit, pro pacifica conclusione ponenda differentiis predictis; que omnia exponere debeatis cum illis pertinentibus verbis, que vestre sapientie videbuntur tam pro honore et reverentia domini pape quam pro honore nostri dominii.

Et quia sumus certi, quod si dominus papa intrabit ad praticam, velet scire intentionem nostram, et per quem modum habeat procedere in tractatu predicto, volumus, quod in isto casu respondere debeatis, quod nostra dominatio contenta est, quod per modos amicabiles et tanquam interpositor audiat et terminat, prout sue sanctitati videbitur pro bona conclusione pacis inter partes. Et si dominus papa velet scire, quid volumus facere dicto domino regi, ad hoc respondere, debeatis, quod conveniens et debitum est, quod ambaxiator regis, qui est actor, dicat et petat, quid sibi placet, quia estis parati respondere, habita intentione sua. Si vero dominus papa responderet, quod dictus ambaxiator petit, quod dimittamus Dalmatiam sive illa loca, que tenemus in Dalmatia, volumus, quod ad hoc dicere et respondere debeatis allegando causas, propter quas moti fuimus ad emendum illam, que sunt iste:

Quod habentes per diversos modos et vias, quod serenissimus dominus rex Ladislaus tractabat et tractari faciebat cum personis, quarum vicinia fuisset molesta et displicibilis nobis et ita certi reddimur dicto domino regi Sigismondo, exire de dominio et terris Dalmatie, quas habebat et possidebat, multum stetimus in suspenso, habentes spiritus

nostros attentos, ne capitarent ad manus personarum, de quibus tam sua maiestas quam nos dubitare haberemus. Sed sicut domino placuit, per suam legationem idem dominus rex Ladislaus aperiri nobis fecit mentem, propositum et intentionem suam de volendo nobis dare et vendere dominium suum et possessionem Dalmatie, terrarum et locorum eius: quibus intellectis et mature digestis et consideratis, videntes et cognoscentes, quod si dominium predictum et terre supradicte Dalmatie perveniebant in manus et potestatem nostram, exinde multa bona sequebantur, nam assecurabamus primo statum nostrum et etiam eque bene statum dicti domini regis, quia inimico suo excludebatur ex toto via possendi intrare et damnificare regnum et coronam Hungarie, ad quod, ut bene novit, totis sensibus continue vigilavit; dabamus pacem, quietem et bonum statum civitatibus et insulis supradictis, quibus maxime indigebant; et assecurabamus totum culfum nostrum, quod redundabat in generale bonum omnium christianorum volentium bene vivere et specialiter navigantium et conversantium in hoc culfo, in quo cursarii, robatores et nequissimi homines ita multiplicati erant, quod multa damna et continua nobis et nostris inferebantur, quibus, si voluissemus obstare, fuisset nobis opportunum facere publicam guerram terris Dalmatie, que latronum et cursariorum spelunche et receptacula facta erant, ac infinita et alia bona faciebamus, que sua beatitudo bene considerare potest ut nos; et propter hos respectus deliberavimus de intrando in tractatum cum legatione domini regis Ladislai predicti, et cum eo venimus ad conclusionem, per quam conclusionem dictus dominus rex Ladislaus vendidit nobis totum dominium Dalmatie et omnes terras, loca et insulas, iura et iurisdictiones totius Dalmatie; et vigore dicte venditionis, quam habemus et tenemus, ipsum dominum regem Ladislaum iuridice potuisse facere, intravimus in tenutam et possessionem terrarum et locorum, que tunc tenebantur et possidebantur per dictum dominum regem; et concludendo, quod supplicamus sue sanctitati, ut velit dictum ambaxiatorem inducere de veniendo ad illas praticas, per quas partes possent devenire ad conclusionem pacis et concordii.

Et si dictus dominus ambaxiator intraret ad alias praticas, et dominus papa vellet informari de modis et praticis habitis et factis in Hungaria, volumus, quod respondere debeatis, quod certi reddimini, sanctitatem suam de omnibus dictis praticis et de promissionibus factis per nostros ambaxiatores in Hungaria fuisse plenissime informatam per ambaxiatores nostros, quos in Bononia ad presentiam sue sanctitatis transmisimus. Nichilominus si sua sanctitas velit interato super hoc informari, debeatis sue sanctitati dicere, quod nostra dominatio, volens ostendere suam bonam intentionem et voluntatem in vivendo pacifice et quiete cum dicto domino rege, non obstantibus liquidissimis iuribus nostris et recta, vera et iusta emptione dominii terrarum, locorum, insularum Dalmatie et aliorum contentorum in venditione nobis facta, fuit contenta tunc velle dare dicto domino regi pro censu singulo anno unum equum cohopertum sive unum pannum auri. Et ultra hoc semel tantum ducatos quinquagintamilia per illos terminos, de quibus fuissemus in concordio, et dicta Dalmatia nobis remaneret libera secundum formam nostre emptionis, qui census erat cum magno honore sue serenitatis respectu do-

minationis illum dantis, nam si bene recolimus tempore recolende memorie regis Ludovici potuimus dictam Dalmatiam habere pro censu unius equi in anno, ad quem tunc nullo modo assentire voluimus, et causam, propter quam nunc condescendimus in volendo dare dictum equum domino regi predicto fuit, non casu minoris potentie dei gratia, sed quia continue eundem dominum regem et eius statum amavimus, et de tempore in tempus in honorem, comodum et exaltationem suam fecimus omnia, que cognovimus ad honorem et bonum statum suum redundare. Et ut cognosceret, istam bonam et optimam voluntatem et dispositionem nostram in nobis esse, et esse dispositos secum amicabiliter vivere, et propter hoc ambaxatores nostri condescenderunt, quia intentio nostra erat et est, vivendi cum dicto domino rege in bona fraternitate et amore tam pro bono partium quam pro bono totius christianitatis; propter que beatitudo sua satis clare potest comprehendere ex praticis in Hungaria factis, qualis fuerit dispositio nostra erga dominum regem predictum. Et cum hiis et aliis pertinentibus verbis debeatis sue sanctitati ostendere bonam intentionem et voluntatem nostram, quam ostendimus pro veniendo ad conclusionem differentiarum predictarum et ad pacem, ut superius continetur.

Et si per dictas promissiones dominus papa per modos amicabiles posset dictum ambaxiatorem ad conclusionem pacis deducere, tunc debeat concludere per modum suprascriptum, providendo de dando ducatos L millia predictos per illos quam maiores terminos poteritis obtinere; providendo similiter, quod loca nostra capta per Piponem capitaneum regis predicti nobis restituantur.

Quando vero dictus ambaxiator nomine dicti regis faceret alias excessivas petitiones, debeatis cum illis verbis et rationibus, que vobis videbuntur, sustinere iura nostra et dicere, quod dictas suas peticiones vultis denotare nostro dominio, ut possimus providere, prout videbimus esse conveniens, scribendo presto in omni casu, quid sequetur et fiet pro nostra informatione.

Ceterum quia posset occurrere, quod summus pontifex secundum requisitionem dicti ambaxiatoris regis Sigismondi vobis faceret aliquam mentionem de solutionibus annualibus VII mille ducatorum, debeatis dicere et respondere, quod nos non tenemur ad dictas solutiones multis rationibus et causis, et specialiter, quia ipse dominus rex, regnum et corona Hungarie non attendit nec observat nec attendere nec observare potest ea, que rex, regnum et corona Hungarie nobis facere et observare tenentur in partibus Dalmatie; et cum predictis et aliis verbis et rationibus, que videbuntur vestris sapientiis utiles et pertinentes, debeatis sustinere honorem nostrum et iura nostra, et quod non tenemur ad dictas solutiones.

Et quia posset similiter occurrere, quod dictus ambaxiator regius nomine dicti regis Sigismondi conquereretur nostrum dominium, emisse quoddam castrum vocatum Ostrovis, et ut sua sanctitas sit informata, eidem dicere et exponere debeatis, quod dictum castrum Ostroviz non accepimus in displicentiam dicti domini regis, sed habentes et cognoscentes, illud esse in manibus cuiusdam domini Sandali capitanei Bossinensis, qui habet multos Turchos secum, et cuius Sandali dictum castrum

ex patrimonio erat, ne capitaret ad manus aliarum et potissime Teucrorum pro bono universe christianitatis et pro bono nostri dominii illud emimus non in displicentia, deus novit, dicti domini regis, et ideo dictus dominus rex nullam habet causam querelle.

Et quia posset occurrere, quod dominus papa propter alias occupationes suas deputaret vobis commissarios suos ad audiendum vos et ambaxiatorem regis, quod tamen non credimus, si hoc faceret, volumus, quod coram dictis dominis commissariis suis exequi et facere debeatis ea, que vobis committimus facienda et exequenda coram domino papa predicto.

Ceterum quia reverendissimus pater dominus cardinalis Venetiarum per suas litteras denotavit nostro dominio, quod procuratorium ambaxiatoris regis extenditur, quod compareat coram domino pape et specialiter super causam, quam habet cum nostra dominatione, loquatur et tractet de concordia per modos amicabiles, et si opus esset, ut possit etiam suo nomine compromittere in ipso domino papa et ordinationem, quam ipse dominus papa faceret, ratificare. Et subiungit dictus dominus cardinalis, quod tenor effectualiter dicti procuratorii est, ut supra, et quod, ut ex tenore predicto apparet, rex non vult facere compromissum nisi de iure; et ut potuit comprehendere dictus dominus cardinalis et similiter dominus cardinalis Florentinus, dominus papa nil ordinabit super materia, nisi facta pratica habeat utriusque partis consensum etc. Et ideo volumus, quod si per modos amicabiles, per interpositionem summi pontificis poteritis ad concordium devenire, debeatis exequi formam vestre commissionis, prout superius continetur. Si vero dominus papa instaret, quod fieret compromissum in personam sue sanctitatis, cum ambaxiator regis ad hoc haberet libertatem, et instaret, quod compromissum fieret de iure, ut apparet esse intentio dicti regis; ad hoc respondere debeatis, quod si fieret compromissum de iure tantum, nil aliud importaret, quam rem in longum deducere non sine magno incommodo et sinistro partium, laboribus et expensis, et ideo nobis non apparet dictum compromissum facere de iure tantum. Et quod videtur nostro dominio, quod fieri debeat compromissum per utramque partem in personam sue sanctitatis, ut cicius possit ad concordiam et pacem devenire. Et si ambaxiator regis erit contentus, et ad hoc habebit libertatem sufficientem, sumus contenti, quod debeatis condescendere ad faciendum compromissum in personam summi pontificis de iure et de facto pro illo minori tempore, quo facere poteritis. Verum advisamus vos, quod alias summus pontifex promisit oratoribus nostris in Bononia, quod si compromitteremus nos in suam sanctitatem, nobis faceret unam bullam suam patentem, per quam promitteret nostro dominio, quod nunquam terminaret nec pronunciaret super differentiis predictis nisi de voluntatę et consensu nostri dominii. Et ideo cum illis bonis et pertinentibus verbis et rationibus, que vobis videbuntur, debeatis esse cum summo pontifice secrete, et sue sanctitati expositis predictis, debeatis supplicare et instare de habendo bullam predictam, qua bulla habita postea debeatis procedere ad stipulationem compromissi de iure et de facto, ut superius continetur.

Et quia, ut superius in suprascripto capitulo continetur, videtur secundum ea, que scribit dominus cardinalis Venetiarum, intentionem

summi pontificis fore, nil ordinare super materia nisi facta practica habeat utriusque partis consensum etc., propter que comprehendimus, quod venientibus ambabus partes ad praticam, dictus dominus papa procurabit habere intentionem domini regis, et hoc fieri non posset sine dilatione temporis; et consideratis terminis, in quibus ad presens nos reperimus cum dicto rege, videmus necessarium fore, quod partes devenirent ad treuguas seu sufferentias. Et propterea si vobis de treuguis vel sufferentiis fieret aliqua mentio per summum pontificem, ut postea cum meliori deliberatione devenire possit ad pacem et concordium, sumus contenti, quod condescendere debeatis ad faciendum dictas treuguas et sufferentias per tempus annorum quinque et inde supra, prout melius fieri poterunt, cum conditione, quod loca nostra capta per Piponem nobis restituantur, nam pendente tractatu per medium interpositionis sue sanctitatis de differentiis Dalmatie idem Pipo nomine dicti regis intromisit et occupavit certa castra nóstra, que habemus, de iure nobis restitui debere. Si vero essent contenti venire ad treuguas, sed nolent restituere castra et loca nostra capta per dictum Piponem, super ista parte facta per vos omni instancia possibili, quod dicta loca nobis restituantur, in casu quo hoc obtinere non possetis, sumus contenti, quod condescendere debeatis ad faciendum dictas treuguas vel sufferencias per annos quinque vel inde supra, sicut melius facere poteritis.

Et licet simus certi, quod dominus Papa habeat informationem de his, que fecimus in honorem et statum regni et corone Hungarie et dicti domini regis, tamen si necessarium erit, volumus, quod sue sanctitati dicere et exponere debeatis, quod nostra dominatio, ortis differentiis inter dictum dominum regem et nos, fuit contenta, quod beatitudo sua terminaret differentias predictas, cum nostre intentionis sit cum quibuscumque vivere in bona tranquillitate et pace, prout moris semper fuit nostrorum progenitorum, et potissime cum prefato domino serenissimo rege Sigismondo, cuius statum, exaltationem et augumentum semper procuravimus tanquam intimi et cordialis amici nostri et quamvis alias suam sanctitatem de his, que fecimus in honorem et augumentum regni et corone Hungarie, informaverimus, quam informationem non dubitamus, quod similiter sua beatitudo aliunde habuerit, tamen sanctitati sue hoc replicare et ad memoriam sue beatitudinis videmus necessarium fore. Nam dum dictus rex in magnis necessitatibus esset, et paucos amicos et fortasse neminem haberet, nos cum amicabili et ferventi animo misimus galeas et gentes nostras ad liberandum serenissimas dominas reginas de miseria et captivitate, in qua erant, et in qua certissime, nisi fuissemus, mortue extitissent. Et si per operationem, pugnam et artem gentium nostrarum non fuisset secuta liberatio predicta, volebamus expendere de nostris bonam summam pecunie. Similiter dum dictus dominus rex habuisset conflictum ab iniquissimis Teucris, et pervenisset ad partes Constantinopolis, capitaneus galearum nostrarum eundem dominum regem et barones suos cum plena securitate et honorabiliter conduxit ad terras et loca sua; et quomodo ac in quibus terminis fuisset, nisi fuisset dictus noster capitaneus, dominus rex predictus clare scit et etiam sua sanctitas potest manifeste comprehendere, que causa alicuius improperii non dicimus, sed ut sua sanctitas cognoscat, quod regnum et coronam Hun-

garie ac eumdem dominum regem amavimus, et cum eo continue optavimus pacifice vivere et optamus, et quantum in nobis erit, non deficiet, quin ad bonam conclusionem et pacem cum dicto domino rege deveniamus.

Ceterum quia se reduxerunt Venetias certe moniales, que erant in Saravallo, quando captus fuit dictus locus, de ordine beati Ludovici, que se reduxerunt apud moniales sancti Ludovici hic in Venetiis, et ibi sunt, et dicte moniales cupiant vivere et vitam suam ducere in paupertate, et velent esse exempte tam a domino episcopo quam ab aliis prelatis, prout sunt moniales sancti Andree de Venetiis, committimus vobis, quod quando tempus habile videbitur; debeatis summo pontifici hummiliter supplicare, ut dignetur sua sanctitas dictis monialibus sancti Ludovici illas exemptiones facere et concedere, quas habent moniales sancti Andree de Venetiis, et sub honestate et vera religione, prout disposite sunt, valeant deo servire.

Item committimus vobis quod reverendus pater dominus frater Laurentius Venerio et negotia sua sint vobis in expeditione celeri et votiva recommissa, ut possit ad episcopatum suum accedere.

Fecimus vobis fieri litteras credulitatis domino marchioni et Ugutioni, et cum eritis in Ferraria, debeatis coram sua presentia comparere. Et facta salutatione et oblatione convenienti, debeatis eos rogare, ut vellint sollicitare expeditionem lancearum nostrarum soldandarum per dictum Ugutionem. Subsequenter cum fueritis Bononie, debeatis cum nostris litteris credulitatis comparere coram regimine dicte terre, et facta amicabili salutatione et oblatione, debeatis dicere, quod habuistis in mandatis a nobis visitandi magnificentias suas tanquam fratres et amicos nostros. Sed quia misimus Bononiam nobilem virum ser Azonem Trivisano ad requirendas lanceas ducentas nostris expensis, habita informatione a dicto ser Azone, si erit necessarium aliquid facere vel dicere dictis dominis, sequi debeatis coram dictis dominis secundum informationem, quam habebitis a dicto ser Azone, non perdendo modo aliquo tempus nisi in prima visitatione vestra predicta.

Volumus similiter, quod cum eritis in Florentia, visitare debeatis dictos magnificos dominos cum illis verbis generalibus, que vobis videbuntur.

Et cum eritis Senis, similiter facere debeatis et visitare dominos predictos, et facta amicabili salutatione et oblatione, dicere, quod nostra dominatio, considerans antiquatam amicitiam existentem inter suas magnificentias et nostrum dominium, confidenter requisivit egregium virum Arigerium civem suum, ut in civitate sua Senarum et locis sue magnificentie subiectis soldaret certos pedites, qui multum solicite hoc fecit, et si non scripsimus et requisivimus licentiam aliquam a magnificentia sua, hoc fecimus confidenter et fraterne, tenentes firmiter secum facere posse tanquam cum fratribus et amicis carissimis.

Similiter esse debeatis cum egregio viro Arigerio de Casolis cive senensi, qui secundum mandata nostra multos pedites nostro nomine soldavit, et illos misit, et cum illis verbis, que vobis videbuntur, data sibi nostra littera credentiali, nobilitati sue regratiare debeatis, dicendo, quod continue habebimus cordi laudabile servitium suum. Sed quia dictus

Arigerius se obtulit velle venire ad servitia nostra, debeatis dicere, quod de eius tam liberali oblatione sua sibi abunde regratiamur, et considerato, quod persona sua est multum nobis utilis et necessaria in dictis partibus, fuimus contenti et sumus, quod deinde remaneat, ut possimus eundem operari, sicut nobis erit necessarium. Et quia idem Arigerius scripsit, quod deinde haberet modum inveniendi gentes equestres, ad hoc sibi dicere debeatis, quod multas gentes equestres conduximus, sed nichilominus, si nobis erit necessarium gentes equestres soldare ultra illas, quas soldavimus, sibi faciemus notam intentionem nostram superinde

Habere debetis pro ista vestra ambaxiata ducatos centum pro quolibet, unum notarium cum uno famulo, unum expensatorem, unum mareschalcum et unum cochum, et potestis expendere ducatos decem in die, non computatis in dictis expensis nabulis navigiorum nec agoziis equorum, saumis nec scortis, nam itentio nostra est, quod provideatis de eundo ita securi de loco ad locum, quod sinistrum aliquod incurrere non possitis. De parte 69.

Ser Nicolaus Victuri sapiens consilii. Primo enim volumus, quod principaliter promoventibus vobis ad tractatum, habeatis libertatem, quod per modum suprascriptum et datum in commissione ambaxatoribus nostris in Hungaria ac practicatum ibidem concludatur et fiat compositio suprascripta de dando sibi equum vel pannum auri per modum transactionis aut feudi et ducatos L millia una vice solum, ut dictum est, quoniam remaneremus contenti predicto modo; procurando, quod pecunia videlicet ducati L millia solvatur per quam longiorem terminum poteritis esse in concordio, concedente ipso domino rege dimittere nobis terras, quas tenemus de Dalmatia, et consentiente nobis illas, que non sunt nobis obedientes ad presens, per viam feudi vel per alium honestum modum; et in casu quo adhuc non contentaretur de illis, quas tenemus, debeatis condescendere, quod etiam illas, quas habemus, teneamus nomine feudi, et ipsa de causa teneamur sibi dare res predictas per modum transactionis pro dicto feudo; procurando vos semper in omni casu quolibet modo et via possibili de sentiendo cauto modo, quis modus posset esse indutivus, et quid esset de intentione ambaxatoris regii pro possendo venire ad concordium et pacem.

Si vero modus transactionis aut feudi dictus supra, pro eo quod volumus sibi facere, obtineri non posset, factis per vos omnibus experientiis possibilibus, quia videlicet regius ambaxiator per praticam habitam secum non vellet condescendere, sed faceret maiores et altiores petitiones, et ut ponimus pro constanti, requireret nomine regio ducatos V mille annuatim, ut promissum fuit in pace facta Taurini, vel aliter; sive quod dominus papa diceret, non posset ducere rem ad conclusionem modo predicto, sed quod aliquid ulterius requireretur; tunc dicere (debeatis) domino pape, quod deus novit totam spem nostram semper habuimus et posuimus in suam sanctitatem, reddentes nos certos, quod bonum et comodum nostri status debeat habere recommendatum sicut suum proprium; faciendo in hoc facto, secundum quod speramus, et sicut se obtulit generose facere velle. Et propterea loquendo cum plena fidutia supplicamus beatitudini sue, ut dignetur nobis dicere et declarare, ut

ille, qui est sapientissimus, et qui debet comprehendisse veram medullam, quis modus videretur sibi iustus et rationabilis in hoc facto pro concordio et quiete partium. Et si sanctitas sua se elargabit super facto ipsius pecunie persolvende omni anno vel super maiori quantitate secundum requisitionem ambaxatoris regii, aut dicet et requiret vos, quod aperiatis nostram intentionem magis ultra, quoniam habeat bonam spem reducendi rem ad bonum terminum, aut quod habuisset intentionem alterius partis, sumus contenti denique, quod aperiatis mentem nostram summo pontifici, dicentes secrete, quod licet non teneamus ad aliquam solutionem nec contributionem pecunie propter inobservata nobis per dominum regem in partibus Dalmatie, tamen pro vivendo in bona amicitia et pace secum, volente ipso e converso nobiscum, ut non deficiat, propter hoc dicimus, quod volente domino Sigismondo concedere et dare terras et loca Dalmatie tam illas, quas tenemus, quam non in feudum vel per viam transactionis, ut dictum est supra, contentabimur dare ipsi domino regi et successoribus suis singulis annis ducatos V mille auri et ab inde ultra, si et quando vobis videretur rem posse duci ad effectum, ascendendo ad partem ad partem quantum minus poteritis pro bono nostri comunis usque VII mille ducatos per modum transactionis vel feudi pro omnibus ipsis terris Dalmatie tam que tenemus quam non, et incipiendo a die conclusionis concordii in antea in illo termino, in quo essetis in concordio. Verum si casus daret, quod non possetis venire ad conclusionem dicto modo, quia ambaxator regius velet ulteriorem promissionem, sive quod dominus papa diceret, non posse dicto modo aliquid firmare, debeatis dicere, quod totalem intentionem nostre mentis dixistis et apperuistis sanctitati sue, et hoc fecistis ex maxima confidentia et respectu talis et tante dignissime interpositionis, sicut est sua sanctitas, et aliud non habetis a nobis in mandato.

Et propterea nichil ulterius potestis exprimere, sed omnia nobis notificare, et expectare mandatum nostrum, et ita facere debeatis. Bene supplicabitis sue sanctitati, ut large dignetur vobis declarare omne id, quod videretur sue sanctitati iustum et rationabile ac indutivum ad concordium et pacem, ut possitis nobis omnia aperte notificare, secundum quod de providentia et virtute vestra confidimus. De parte 13.

Ser Benedictus Capello sapiens guerre. Et quia est necessarium, quod nostri ambaxiatoreş vadant ita pleni intentione nostra, quod, deo placebit, posset devenire ad bonam conclusionem, ordinetur, quod si nostri ambaxatores venient ad praticam per viam amicabilis compositionis vel per viam compromissi de iure et de facto, ut superius continetur, et non possent devenire ad viam compositionis pacis et concordii per modum, ut superius declaratum, super quo facere debeatis omnes experientias possibiles antequam vos aperiatis infrascriptam nostram intentionem. Et facta per vos omni possibili experientia super hoc, damus vobis libertatem, quando vobis tempus videbitur, et cum illis modis et viis, qui et que utiliores et meliores videbuntur, possendi promittere dicto domino regi a mille usque septemmillia ducatos in anno, remanente in libertate ac in manibus nostri dominii Dalmatia cum omnibus terris et locis suis; declarando, quod si venietis ad viam compositionis per istam viam, non debeant habere dictos quinquagintamilia ducatos nec aliquid aliud, nisi

dictos septemmilia ducatos, sive illam partem dictorum septemmilium ducatorum, de qua eritis concordes. De parte 4, de non 16, non sinceri 9.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV. p. 232 tergo, u mlet. arkivu.

CCI. God. 1412. 23 siečnja, u Mletcih.

Naputak poslanikom u Poljskoj odaslanim, da sklope savez s poljskim kraljem proti ugar.-hrv. kralju Sigmundu.

1411. die XXIII ianuarii. Quod committatur magistro Paulo in hac forma videlicet:

Quod cum nostris litteris credulitatis, quantum prestius poterit, ire debeat ad presentiam serenissimi domini regis Polonie, cui facta amicabili salutatione et oblatione cum verbis pertinentibus et necessariis, prout videbitis fore honoris sue serenitatis et nostri dominii, dicat, quod per suas litteras regales fuimus informati de omnibus his, que sue serenitati nostri parte exposuit prudens vir Petrus Bicharano fidelis civis noster, et similiter intelleximus omnia, que nuncius suus, quem ad presentiam nostram misit, ex parte sue excellentie nobis exposuit; et comprehendentes bonam et optimam dispositionem suam erga nostrum dominium, sue excellentie nostri parte debeat immense regratiari. Ad factum autem lige fiende inter suam maiestatem et nostrum dominium, sue serenitati dicere debeatis, quod nostra dominatio contenta est cum sua serenitate ligam habere, et videtur nostro dominio, quod dicta liga sit in hunc modum: quod sua serenitas a parte sua velit obstare et facere posse suum contra regem Sigismondum tamquam inimicum suum et nostrum, ne dictus rex Sigismundus descendat ad accipiendum coronam imperii, et nos similiter a parte nostra obstabimus per terram et per mare, ne obtineat intentum suum, quia si descenderet, descensus suus redundaret ad incomodum et iacturam tam sue serenitatis quam nostri dominii. Verum si aliud videretur sue serenitati esse fiendum super facto dicte lige, sua serenitas potest declarare suam intentionem, quia habita sua intentione providebimus presto respondere per illum modum, quem cognoscamus esse cum comodo et dextro sue serenitatis, et per consequens nostri dominii. Et ita facere debeat scribendo presto omnia, que habebit, et expectando nostrum mandatum. Pro quibus omnibus exequendis esse debeat cum dicto ser Petro Bicharano cive nostro, et eidem intentionem nostram aperire, et secum omnia facere pro executione premissorum. De parte 29.

Capta. Nos Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus vobis venerabili magistro Paulo sacre theologie professoris dilecto nostro, quatenus ire debeatis ad serenissimum dominum regem Polonie, ad quem cum eritis, presentatis nostris litteris credentie vobis exhibitis, portabitis parte nostra honorabiles salutes et condignas oblationes cum illis amicabilibus verbis, ac secundum quod ad honorem sue regie maiestatis et nostri dominii vobis videbitur convenire.

Subsequenter exponetis sue serenitati, quod placuit sibi ad nos

noviter destinare unum suum nuncium secretum, ac scribere per regias litteras ea, que idem nuncius nostro dominio substancialiter explicavit parte sua, ut super relatis nostri parte sue maiestati per prudentem virum Petrum Bicharano dilectum civem nostrum ibi moram trahentem pro amicabili liga contrahenda simul, et subsequenter super relatis per honorabiles et elegantissimos ambaxatores suos dominum prepositum Vradislaviensem et dominum vexilliferum Cracoviensem redeuntes a curia romana, quibus aliquantulum apperuimus mentem nostram, pro bono consilio et hortamine sue maiestatis vellemus ipsum nuncium suum ad nos missum clarius certificare de nostra intentione. Et in facto colligationis nostros ambaxiatores cum plena libertate ad suam celsitudinem destinare, dum nobis placeret, et quia veritas est, et exinde nostrum propositum emanavit, quod tum ex clarissima fama toti mundo nota celsitudinis sue, tum ex demonstratione quam plurium eius ambaxiatorum hinc transeuntium reportantium nobis sinceram voluntatem, quam eius excellentia erga nos et dominium nostrum gerit, et maxime relatione dominorum suorum ambaxiatorum accedentium ad urbem, qui dixerunt, serenitatem suam habere desiderium complacendi nostro dominio, auxit singularis affectio nostra erga honorem sue maiestatis et augumentum. Et considerantes conditiones mundi mutari in diversitatem, et qui celerior est ad provisionem, sapientior dignoscitur; ac facientes cogitamen super animo et desiderio domini regis Sigismondi, qui scivit habere electionem imperii, appetens descendere iu Italiam pro assumendo coronam, cuius coronatio non facit pro serenissimo domino rege Polonie nec pro nostro dominio, proposuimus hec sue maiestati reducere ad memoriam per viam civis nostri Petri Bicharano, et postea suorum ambaxatorum. Nuncque iuxta suam requisitionem providimus vos in nostrum ambaxiatorem, secundum quod deceret sue maiestati, nisi forent discrimina guerrarum et dubia itineris tantum longi.

Et quia in partibus Polonie est prefatus civis noster fidelissimus Petrus Bicharano praticus multum in curia domini regis propter longam moram ibi factam, et eciam aliquantum informatus de mente nostra, volumus, quod subito, cum illuc applicueritis, debeatis, antequam compareatis ad presentiam domini regis, esse et vos reperire cum dicto Petro, et conferre secum de causa et materia, qua ivistis, et super his habere consilium et parere suum, ut intentum nostrum melius exequi possitis, et adhuc, quod ipse Petrus etiam personaliter se reperiat vobiscum in executione huius mandati nostri ad presentiam regis. Declarando vobis, quod sumus informati, quod prefatus dominus rex Polonie et rex Hungarie habent certam treuguam simul usque ad sanctam Mariam de mense augusti, sed quod isto carnisprivio debent convenire in certo loco aut alii suo nomine ad terminandum et videndum, si treugua tenet et tenere debet aut non, vel si disponunt illam confirmare, aut quod sit rupta per aliquos iam aptus secutos. Et propterea principaliter super hac parte declaretis bene vos cum ipso Petro, et conemini ambo scire caute et secrete, si firma est ipsa treugua aut aliter, ut melius possitis vos intelligere in expositione ambaxiate et in praticis habendis.

Expositis igitur omnibus contentis in primo capitulo cum illis verbis, que vestre sapientie videbuntur, debeatis dicere et explicare serenissimo

domino regi Polonie predicto, quod existentibus rebus in his terminis, quodque rex Sigismundus Hungarie semper fuerit et sit inimicus sue serenitatis, nec etiam amicus sit nostri dominii, et vicinans et confinans cum territorio Polonie semper conatus fuerit sibi inferre novitates per se et suos adherentes et colligatos, et si hoc fecit in statu quo hucusque se reperit, quid debet imaginari ipsum facturum, si descendet et assumpserit coronam imperii, ac auxerit potentiam suam, nisi quod ponat omnes vires suas semper ad novitates, guerram et damna ipsius domini regis et suorum subditorum; nam, ut apparet, non solum pretendit ad obliviscendum causas guerrarum, sed ad postponendum omnia benefitia recepta, sicut sunt multa notabilia servitia per nostrum dominium sibi illata, que quia nota fuerunt toti mundo; declarare non oportet. Nunc autem ipse dominus rex Sigismundus dedit principium adventui suo, premittendo multas gentes suas ad partes Foroiulii, ut possit postea personaliter descendere, et iam sine diffida ymo nobis improvisis se discohoperuit inimicum nostrum, hostiliter rumpens cum ipsis gentibus suis ad damna nostri territorii. Et pro tanto videntes ipsum dominum regem Sigismondum suum inimicum et nostrum, iudicavimus bonum et securum esse, ut ipse dominus rex Polonie, quem scimus potentissimum esse gentibus et facultate, et nos etiam, quia per gratiam dei possumus nostram potentiam demonstrare. Intelligamus nos ad invicem, et conformemur in una voluntate, animo et unione, ut unita potentia utriusque partis intentio et dispositio ipsius domini regis Polonie et nostri dominii, pro quibus non facit descensus ipsius regis Sigismondi pro assumptione corone, ad ostandum hoc, cum bono effectu sequi possit; et hic volumus, quod totis spiritibus vestris procuretis habere et scire intentionem ab ipso domino rege, si est dispositus velle rumpere et movere guerram a parte sua, quia certa treugua erat inter ipsos regales usque ad mensem augusti. Sed non scimus, si tenet aut non, sive quod rupta sit. Et propterea aperta intentione sua regali et declarato, quod velit rumpere et guerizare ante ipsum tempus mensis augusti, et antequam descenderet rex Sigismondus, vos pervenietis ad praticas et conclusionem per modum unionis et amicabilis lige.

Et si vero ipse dominus rex diceret aut dici faceret vobis, quod esset in treugua cum rege Sigismondo, et illam esse firmam usque ad tempus predictum mensis augusti, volumus, quod faciatis omnes possibiles experientias honesto modo et cum pertinentibus et sapientibus verbis, que vobis et Petro Bicarano videbuntur convenire, si dominus rex velet contentari, possendo hoc facere cum honore suo, de movendo guerram ante dictum tempus. Et comprehensa sua intentione regali ab eo vel a suis baronibus, si vobis tamen videbitur hoc facere debere; finaliter cognito, quod non sit modus, quod rex velet rumpere ante tempus predictum, non procedatis ulterius in aliquam praticam lige vel unionis, sed dicatis, quod hec dilatio non esset nisi nociva sue serenitati et nobis, quia totum, in quo conatus est rex Sigismondus tenere et firmare treuguam, fecit pro descendendo acceptum coronam imperii; sed cum habuerit suam intentionem, volet omnia subiugare secundum appetitum suum, et tanquam imperator dicet multa ad eum spectare. Et propterea non possendo vos aliter concludere cum tanta dilatione, nec habendo liber-

tatem in hoc, scribetis nobis in presto, et expectabitis mandatum nostrum. Et sic facere debeatis, scribendo nobis pro nostra informatione totum id, quod potueritis comprehendere, quod sit vel esse possit de mente et intentione domini regis Polonie.

Et in casu, quo ipse dominus rex Polonie esset contentus et promitteret rumpere et guerizare toto posse suo ante ipsum terminum mensis augusti, quia diceret, treuguam, quam habent, simul non tenere, vel aliter non curando de treugua, sumus contenti in bona gratia, quod veniatis ad praticas unionis et lige amicabilis cum tali promissione ad invicem contra regem Sigismondum, ut non descendat ad accipiendum coronam imperii, videlicet quod ipse dominus rex facere debeat posse suum a parte deinde, et molestare ac guerizare territoria regis Sigismondi ita et taliter, quod impediatur descensus suus, et quod non mittat maiorem potentiam ad partes istas. Et quod nos a parte dehinc contra has gentes suas iam descensas et similiter per mare ad terras, quas habet ad marinam, faciamus posse nostrum, quia multas galeas et navigia habebimus in mari, cum quibus multas molestias et novitates pensamus facere ad ipsas terras et loca sua. Adhuc in terra habemus et plus habebimus sfortium gentium multarum, cum quibus speramus divino auxilio prorumpere gentes suas iam descensas, que laborem habebunt unquam redeundi ad regnum, et faciemus posse nostrum cum potentia nostra et aliorum dominorum et dominationum amicorum et amicarum nostri dominii vetare et tenere passum, ut ipse rex Sigismondus nec gentes suas procedant pro corona imperii aquirenda, dummodo pur a parte sua faciat posse suum hora et tempore opportuno. Recordando sue excellentie, quod, nostro dominio molestante a parte terre et maris, ut est dictum, dominum regem Sigismondum, et ipse dominus rex Polonie cum posse suo deprimat terras Hungarie deinde, quia scimus ipso esse in iure maximo, leviter de ipsis acquiret cum honore, statu et augumento suo. Et hoc modo procuretis in bona gratia firmare et concludere hec omnia predicta per modum unionis, confederationis ac amicabilis lige, ut dictum est. Et si melius sciret recordari tanquam sapientissimus et virtuosus princeps de his, que forent ad damna et destructionem perfati inimici sui et nostri, libenter audietis, ut fiant et teneantur omnes illi modi, qui sint possibiles pro executione sue intentioniset illius nostri dominii super terminis supradictis.

Sed si per modum dictum superius contentabitur rumpere ante ipsum terminum mensis augusti, ymo presto guerizzare et facere posse suum a parte sua, et quod nos idem faciamus a parte nostra, ut est dictum, sed velet se ulterius intelligere vel aliquid requireret ultra expressa superius et declarata, volumus, quod deliberato inter vos duos super hac responsione fienda de facto imperii dicatis, quod rex Sigismondus habuit electores imperii propitios. Sed si idem rex Polonie videret modum possendi obtinere imperium, ut ille, qui est christianissimus, et cui melius staret imperium quam alius dominus propter sapientiam suam ac maximam potentiam nec non sincerum animum ad bonum, quietem et defensionem christianitatis et ad possendum deprimere infideles tanquam ex potentioribus principibus mundi, nos a parte nostra, conabimur iuxta posse tractare, ut habere possit coronam imperii. Et

ulterius promittimus sibi dare transitum et passus nostros, et facere sibi honores et commoda possibilia cum descenderet per terras et loca nostra pro acquirendo coronam imperii, ut est dictum.

Et si pur staret constans in aliqua requisitione vel promissione sibi fienda, promittente ipso velle rumpere et guerizzare ante mensem augusti, ut est dictum, et aliter non velet attendere ad predicta, debeatis respondere, quod hoc, quod nobis visum fuit fore iustum et rationabile committendum, vobis dedimus in commissione pro praticando et concludendo secum, et quod nobis visum etiam fuit facere pro bono et exaltatione sue corone et nostri dominii, et non ulteris nec aliud possetis dicere, sed quod nobis scribetis super tali declaratione, et expectabitis mandatum. Et sic facere debeatis, non desistendo tamen continue et interim procurare cum ipso domino rege, et inducere illum, ut rumpat et guerizet, ut superius dictum est.

Ultimo quia, ut est imaginandum, ipse dominus rex vos requiret, in casu quo condescendat ad suprascriptam nostram intentionem per aliquem modorum suprascriptorum, quod declaretis sibi super facto lige, pro quanto tempore fieri debeat, et ulterius, quod pro tempore, quo firmaretur, neutra partium deberet facere pacem nec treuguam sine consensu alterius partis; respondeatis, quod quia nostra dominatio audivit, quod treugua erat inter dominum regem Polonie et regem Hungarie, que durabat usque ad mensem augusti, habito respectu, quod hec dilatio temporis non faceret pro nostro dominio, quod dominium nesciebat, si sibi deberet ante ipsum terminum vellet promittere de guerrizado. Idcirco ista de causa non habentes nos firmiter intentionem suam regalem, non potuimus dare vobis speciale mandatum. Sed data intentione sua super hoc, et nobis significata, speratis, quod nostrum dominium dabit talem responsionem sibi, quod habebit merito contentari. Rogando maiestatem suam, ut pro hoc non desistat rumpere et guerrizare pro bono factorum predictorum.

Dari vobis fecimus sindicatum in plena forma, ut illud ostendere possitis tempore debito, et quo foret opportunum; sed licet sit in ipsa amplitudine, nolumus, quod excedatis nec transeatis formam et effectum vestre commissionis et aliorum mandatorum, que vobis de tempore in tempus vobis scriberemus. De parte 53, de non 7, non sinceri 13.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV p. 235, u mletačkom arkivu.

CCII. God. 1412. 4 veljače, u Mletcih.

Neka se Zadranom vrati namah zajam od 1800 dukata učinjen načelnikom u Zadru, jer jih trebaju za nabavu hrane.

1411. die 4 februarii. Capta. Cum comes et capitaneus nostri Jadre scripserint nostro dominio, quod habuerint a civibus et comunitate nostra Jadre ducatos MVIII centum, quas dicta comunitas recoligerat pro mittendo ad diversas partes pro emendo frumentum, de quo maximam necessitatem habet, ut est notum, et scribunt nobis dicti rectores, quod libeat nostro dominio dare ducatos MVIII centum predictos nunciis dicte

comunitatis, ut possint ire ad faciendum facta sibi commissa, et dicti nuncii instent cum maxima instantia, quod demus eis dictos denarios, quos per cambium dederunt nostris rectoribus antedictis; vadit pars, quod consideratis omnibus considerandis, et quantum ista comunitas iuste petit, quod dicti ducati MVIII centum debeant dari et numerari per offitiales nostros terre nove nunciis comunitatis predicte de denariis, qui noviter exigentur, remanente firma parte pridie capta de ducatis XV mille reservandis pro adventu magnifici domini Karoli de Malatestis, quia erunt tunc necessarii pro factis nostris presentibus. De parte 71, de non 7, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum. Vol. IV, p. 239, u mlet. arkivu.

CCIII. God. 1412. 12 veljače, u Budimu.

Sigmund nalaže Šibeničanom, neka poprave puteve, kuda će topove dovesti.

Sigismundi mandatum de adaptandis viis pro bombardis ducendis.

Sigismundus dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie etc. rex. Fidelibus suis rectoribus, consilio, communitati ac universitati Sibenicensi salutem et gratiam. Quia nos deo propitio adversus nostros et regni nostri emulos versus partes Dalmatie exercitualiter sumus in brevi profecturi, et bombardas nostras illuc duci facere intendimus, ideo fidelitati vestre firmissime precipimus et omnino mandamus, quatenus, statim acceptis presentibus, vias dictarum bombardarum terre reformari facere debeatis, ut eodem tute et secure, ac absque quolibet impedimento duci possint et portari. Aliud sub pena transgressionis nostri mandati facere non ausuri. Presentes sigillo nostro, quo ut rex Hungarie etc. utimur, fecimus consignari.

Datum Bude feria quinta proxima ante festum beati Valentini martiris, anno domini MCCCCXII, regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. vigesimo quinto, Romanorum vero secundo etc.

Diplomatarium Sibenicense, u dvor. knjižnici bečkoj, ruk. 13461.

CCIV. God. 1412 12 veljače, u Budimu.

Nalog Sigmunda Šibeničanom, da bojne brodove u red stave, pošto sam dolazi.

Sigismundi preceptoria Sibenicensibus de preparandis galeis in emulos. Sigismundus dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie etc. rex, fidelibus suis rectoribus, consilio et communi ac universitati sue Sibenicensium salutem et gratiam. Quia nos deo propitio versus illas partes regni nostri Dalmatie, ut adversus nostros emulos in brevi exercitum ducere proposuimus, ideo fidelitati vestre universitatis firmissime precipimus, et omnino volentes mandamus, quatenus, acceptis presentibus, absque omni dissimulatione universas galeas et alia quelibet ligna et instrumenta marina ad bellandum valida et oportuna in portu et territorio dicte civitatis nostre habita adeo promptuari et reparar

facere debeatis, ut quam primum nos illuc cum nostris gentibus duce domino pervenerimus, easdem in prompto reperire valeamus. Aliud igitur sub pena transgressionis nostri edicti facere non ausuri. Presentes autem sigillo nostro minori, quo ut rex Hungarie utimur, fecimus consignari.

Datum Bude feria sexta proxima ante festum sancti Valentini martiris. Anno domini millesimo quadringentesimo duodecimo, regnorum nostrorum autem anno Hungarie etc. vigesimo quinto, Romanorum vero secundo etc.

Diplomatarium Sibenicense, u dvor. knjižnici bečkoj, ruk. 13461.

CCV. God. 1412. 1 ožujka, u Mletcih.

Dozvoljeno njekojim Zadranom u Mletcih zatočenim, da mogu otići pohoditi crkvu sv. Jakova u Galiciji.

1412. die primo marcii. Capta. Cum Simon de Picariis et Michael de Ginano nobiles Jadre hic existentes simul cum aliis de Jadra huc missis supplicaverint humiliter, ut dignemur eis concedere et dare licentiam, quod possint ire ad visitandum limina beati Jacobi de Galicia; et considerato, quod dicti petunt rem iustam pro bono animarum suarum; vadit pars, quod concedatur predictis Simoni et Michaeli et eis licentia detur possendi ire ad viagium predictum, prout petunt, et in reditu suo teneantur venire Venetias. De parte 46, de non 27, non sinceri 10.

Misti. Vol. 49 p. 96, u mlet. arkivu.

CCVI. God. 1412. 3 ožujka, u Mletcih.

Povišena plaća providuru Šibenika, te isti izabran.

1412. die 3 marcii. Capta. Quod ut habeatur persona notabilis et sufficiens, que vadat provisor Sebinici loco ser Jacobi Dandulo; vadit pars, quod ubi erat captum de ducatis quadraginta in mense, ita habeat ducatos quinquaginta in mense; qui eligatur et sit cum aliis conditionibus, cum quibus est dictus ser Jacobus, et teneatur respondere cras ad terciam sub pena librarum centum et recedere presto ad beneplacitum dominii. Et non possit refutare sub pena librarum centum. De parte omnes alii, de non 3, non sinceri 1. Die predicto provisor Sebinici ser Petrus Diedo caput de quadraginta.

Misti. Vol. 49 p. 96, u mlet. arkivu.

CCVII. God. 1412. 6 ožujka, u Mletcih.

Dalje o naputku za poslanike u Rimu.

1412. die 6 martii. Ser Nicolaus Victuri, ser Rossus Marino, ser Franciscus Cornario sapientes consilii. Quod scribatur oratoribus nostris apud summum pontificem in hac forma, videlicet: Litteras vestras datas Rome die XI, XIII et XV mensis elapsi per cursorem proprium recepimus, per quas de omnibus secutis per vos usque dictum diem fuimus

plenissime informati, et per alias litteras vestras datas XX dicti mensis habuimus informationem plenariam et de his, que usque dictam diem fecistis, et misistis nobis copiam sindicatus ambaxatoris regis Sigismondi et copiam sue peticionis, quam facit nostro dominio, super quibus petitis responsionem nostram; pro quibus omnibus vestram sapientiam laudantes, cum nostris consiliis rogatorum et additionis vobis respondemus, quod comparere debeatis coram summo pontifice et sanctitati sue exponere, quod nostra dominatio consideravit et examinavit copiam sindicatus ambaxiatoris regis Sigismondi, et consideravit etiam id, quod sua sanctitas vobis dixit, quod habeat dictum sindicatum esse in plena forma; consideravit etiam ea, que beatitudo sua offert in procurando et faciendo, quod ea, que terminabit, observabitur per dictum dominum regem. Sequentes consilium sue beatitudinis, sumus contenti devenire ad id compromissum in personam sue beatitudinis. Sed quia ambaxiator regis fecit suam petitionem coram sanctitate sua, iustum et rationabile est, quod nos similiter petitionem nostram faciamus. Et ideo antequam deveniatis ad compromissum debeatis formare petitionem et querellam nostram in ista forma, quod existente de comuni concordio promissum per dictum dominum regem et nos de stando de differentiis existentibus inter partes terminationi summi pontificis, et pendente tractatu concordii, certas terras et loca, quas et que nostrum dominium tenebat et possidebat pacifice et quiete, et multo ante possederat, in partibus Tervisane et Cenetensis et Feltrensis et civitatis Belluni, ac earum territorium violenter et armatorum multitudine congregata dominus rex Sigismundus Romanorum et Hungarie rex per suos et de suo mandato invadi fecit, et nostrum dominium sua pacifica possessione et corporali tenuta spoliavit. Et similiter dictus dominus Sigismundus Romanorum et Hungarie rex pacificam et quietam possessionem ac tenutam corporalem apud nostrum dominium iam dudum constitutam terrarum et locorum nostrorum, que tenemus in Lombardia et Marchia Tervisana, nobis turbat et inquietat ac inquietavit et turbavit, et ideo petatis terras atque loca ablatas et ablata earumque possessionem et tenutam corporalem cum perceptis et percipiendis fructibus absque omni causa nobis restitui debere cum extimatione damni et interesse solvenda et reficienda, et quod ab inquietatione et turbatione possessionis aliarum terrarum et locorum nostrorum, quam usque adhuc habuimus pacifice, et in presenti habemus in Lombardia et Marchia Tervisana ipsum dominum regem cessare et abstinere debere, et in futurum promittat per se et successores suos non inquietare nec turbare; et ad omnia et singula petatis, dictum dominum Sigismondum Romanorum et Hungarie regem seu intervenientem pro eo condemnari debere. Et facta petitione et querela predicta, si dictus ambaxiator erit contentus devenire ad compromissum predictum habita littera a domino papa in vestra commissione contenta, et providere, quod dictum compromissum fiat generale super causis vertentibus et que verti possent inter partes cum clausulis opportunis, et specialiter quod omne id, de quo dominus papa laudaverit et pronuntiaverit inter partes, intelligatur in id compromissum deductum, et dictam nostram petitionem et querelam post dictum compromissum reiterare. Et facto compromisso predicto et audita responsione dicti ambaxiatoris ad peticionem et querellam

nostram suprascriptam, si peticioni sue non respondissetis, dicte peticioni respondere debeatis, prout in vestra commissione continetur. Quando vero facta et porrecta petitione et querella nostra suprascripta dictus ambaxator regis, audita illa, nolet venire ad compromissum, quia allegaret non habere ad hoc libertatem, volumus, quod summo pontifici dicere et exponere debeatis, quod sua sanctitas bene potest comprehendere et cognoscere, quod pro parte nostri dominii non deficit de veniendo ad viam compromissi, ut possit devenire ad pacem, sed quantum esset periculosum devenire ad pacem de factis Dalmatie, et de factis et locis nostris Tervisane et aliarum terrarum nostrarum remanere in guerra, quia non posset dici pax sed guerra et pax simul mixta, beatitudo sua bene et clare considerat; et ideo sue sanctitati placeat velle dictum ambaxatorem inducere, ut veniat ad compromissum, ut superius continetur. Et si dictus ambasiator ad illud devenire non posset, sua beatitudo, que desiderat sicut clare apparet de ponendo pacem inter partes, potest providere, quod dictus ambaxator scribat, vel sua beatitudo scribere potest et inducere dominum regem predictum ad dandum plenam libertatem et arbitrium ambaxiatori suo predicto de veniendo ad compromissum predictum, ut possit sua sanctitas omnibus differentiis nostris finem pacificum et quietum imponere. Et si dictus dominus papa dicet paratum esse velle scribere dicto domino regi pro dicta libertate danda ambaxatori suo, sed necessarium est, quod ibi differatis et expectetis responsionem predictam, dicere debeatis, quod estis parati, si dictus ambaxator vel sua sanctitas scribet pro dicta libertate danda ambaxatori predicto, expectare donec veniat responsio domini regis predicti. Et si dictus dominus rex dictam libertatem mittet ambaxatori suo predicto, sua beatitudo inveniet nostram dominationem promptam et paratam ad faciendum omnia ea, que possint inducere pacem inter partes, et cognoscet, quod pro nobis non deficiet, quin pax sequatur, dummodo illam habere possimus rationabilem et honestam; scribendo nobis in omni casu totum id, quod facietis et sequetur pro nostra confirmatione, et ut possimus terminare, prout nobis videbitur opus esse. De parte 33, 43.

Ser Benedictus Cappello sapiens guerre. Et quia estis super negotiis, et pro praticis, quas facietis, melius sciatis comprehendere, si poteritis venire ad concordium quam de hic sciri posset, ut de intentione nostra sitis informati, volumus, quod ad partem ad partem, sicut vobis melius videbitur, possitis condescendere, quod remanentibus nostro dominio civitate Jadre cum omnibus locis, que ad presens tenemus, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis et similiter civitatibus Sibenici et Tragurii cum iuribus et pertinentiis suis, nostra dominatio remanebit contenta et possitis promittere ob hoc domino regi predicto ducatos quinquagintamilia semel tantum per illos terminos, quos poteritis obtinere, et singulo anno censum unius equi cohoperti pro dictis civitatibus, terris et locis Dalmatie, que nostro dominio remanebunt. De parte 19.

Ser Antonius Contareno sapiens consilii. Capta. Quod respondeatur ambaxatoribus nostris in Romana curia existentibus in hac forma videlicet:

Per litteras vestras datas Rome die XI. XIII. et XVI. mensis elapsi remansimus informati de appulsu vestro ad urbem nec non de principiis

coloquii et pratice datis et secutis coram presentia summi pontificis et cum deputatis pro parte nostra reverendissimis dominis cardinalibus Veneto et Florentino, ac aliis duobus nominatis in litteris vestris pro parte regii ambaxatoris, et de omnibus contentis in eisdem litteris vestris. Item per aliam ultimam de XX mensis predicti scripsisti et informastis nos de omnibus actis et secutis usque ad ipsum diem, mittentes nobis copiam sindicatus oratoris domini regis Sigismondi et similiter copiam peticionis sue, quam porrexit summo pontifici, et super predictis litteris vestris requiritis habere responsionem nostram etc. secundum quod in vestris litteris diffusius continetur. Et propterea super hoc sapientiam et sollicitudinem vestram merito laudantes respondemus vobis cum nostris consiliis rogatorum et additionis. Et primo ad factum sindicatus, quod copiam ipsius examinare diligenter voluimus, et similiter verba vobis prelata per summum pontificem, qui dicit, sindicatum predictum sibi apparere in ampla et sufficienti forma, et ulterius ea, que ipse dominus papa se offert facere, promittendo tenere modum, quod per dominum regem Sigismondum ratificabitur et observabitur id, quod fuerit terminatum et sententiatum per dominum papam, et quod sindicatus est generalis ad compromittendum in ipsum dominum papam, qui vigore generalis compromissi habiti ab utraque partium poterit terminare in differentiis omnibus atque causis, que habentur vel haberi possent. Et propterea videtur nobis, et comprehendimus, quod ipse sindicatus sit in forma sufficienti iuxta intellectum domini pape.

Unde his inspectis et consideratis et precipue, quod per ambaxiatorem regium porrecta fuit petitio sua continens duas partes videlicet dimissionem terrarum et locorum Dalmatie et censum ducatorum VII. M. annum cum damnis, interesse et expensis. Idcirco primo et principaliter est nostra intentio, quod similiter per vos porrigi debeat petitio cum querellis nostris versus dominum regem et tam Romanorum quam Hungarie et Dalmatie, qui inquietat et turbat tenutam et possessionem aliquarum terrarum Dalmatie, quas iuste emimus, ut in vestra commissione particulariter continetur, narrando ulterius modum servatum per capitaneum et gentes regis de scitu et mandato suo super invasione, molestatione et captione terrarum et locorum nostrorum indebite, nobis existentibus improvisis et pendente compositione, quam utraque partium fecerat in summum pontificem de comuni concordio et voluntate, quas terras et loca tenebamus et possedebamus pacifice et quiete, et multo ante possederamus. Et quia territorium nostrum violenter et cum multitudine armatorum invasit, et de pacifica et corporali possessione nos spoliavit, propterea petimus terras et loca oblata et eorum possessionem et tenutam corporalem cum perceptis et percipiendis fructibus, damnis, expensis et interesse omnium terrarum et locorum nostrorum. Et ultmo tangendo de inquietatione et turbatione, quam querit et conatur facere de aliis terris nostris, quas hactenus tenuimus et tenemus ad presens, videlicet in partibus marchie Tervisane et Lombardie. Et ulterius si non fecissetis responsionem ad peticionem ambaxatoris regii, illam facere debeatis cum illis verbis, modis, iustificationibus iurium et legitimis excusationibus contentis particulariter in vestra commissione tam de factis Dalmatie quam de ducatis VII. M.

Et facto quia iustum et conveniens est, quod per utramque partium fiat compromissum generale, procurare debeatis cum domino papa, quod dignetur providere, quod fiat ipsum compromissum generale super vertentibus causibus et que verti possent inter partes in dominum papam cum clausulis et solemnitatibus opportunis et consuetis, et specialiter, quod omne id, de quo papa laudaverit et pronunciaverit inter partes, intelligatur in id compromissum deductum. Et hic habeatis memorie de procurando habere litteram promissionis et obligationis secrete a domino papa sive bullam apostolicam, sicut in vestra commissione continetur, et similter sumus certi, quod intelligetis vos in dicto facto circa ea, que erunt necessaria scire. Et tunc in bona gratia sumus contenti, quod intretis ad praticam tractatus concordii et pacis per modos et formas distinctos et annotatos in vestra commissione. Et sic est nostra intentio, quod prosequamini ad tractatum modis predictis vel infrascriptis interposita auctoritate apostolica, et promissionem faciente domino papa, quod dominus rex nomine regis Romanorum ac Hungarie pro se et successoribus ratificabit, approbabit, et emologabit sententiam et terminationem, que facta fuisset per dominum papam, secundum quod ipse dominus papa se offert, et secundum quod continetur in sindicatu ambaxatoris regii.

Et in casu quo non possetis obtinere continentiam vestre commissionis, tunc quoniam tangitis in primis litteris, quod dominus papa dixit differentiam nostram consistere in tribus, videlicet pro causa Dalmatie, et istud sperat posse aptari satis faciliter, in casu quo velimus remanere contenti de eo, quod tenemus, et non querere aliud. In casu vero, quo vellemus omnino totam Dalmatiam, videretur difficilis posse aptari. Respondemus et dicimus, quod non valentes vos obtinere et concludere, ut est dictum, quod tota Dalmatia nobis remaneat per modum distintum et contentum in vestra commissione, sumus contenti, quod condescendatis et deveniatis ad hanc conclusionem, quod remaneant nobis terre et loca, que et quas tenemus ad presens, que sunt inferius descripta et notata, et quod includantur, et habeamus apud illa, que tenemus, etiam Sibinicum et Tragurium cum pertinentiis suis, pro removendo differentias, que cadere possent ob vicinantiam inter incolas et subditos locorum predictorum et super hoc operare debeatis spiritus vestros, ac stare firmi et constantes in proposito.

Et quando pur factis omnibus possibilibus experientiis, et hoc remaneat secretum apud vos, non possetis obtinere modo predicto, et videretis, quod solum propter hanc differentiam turbaretur conclusio occasione duarum terrarum, tunc sumus contenti, ut aperiatis vos, et aliter non, ac quod condescendatis et concludatis, tenendo nos terras et loca, quas et que tenemus et possidemus ad presens, ostendendo hoc facere a vobis et ex libertate a vobis assumpta propter reverentiam et confidentiam, quam capitis in summum pontificem. Sed in hoc casu procuretis tenere modum, quod fiat promissio nomine regis tam Romanorum quam Hungarie, non dare portus nec receptare nec receptari facere in portubus terrarum Dalmatie et eius locorum, que et quas teneret in ipsa Dalmatia, alicui vel aliquibus inimico vel inimicis nostris. Ulterius tam si conveneritis simul de omnibus terris et locis, que et quas tenemus et non tenemus, quam si conveneritis de terris et locis tantum, que et quas

tenemus per modos supraspecificatos, non possendo vos aliter facere, sumus contenti, remanente titulo Dalmatie domino regi predicto, dare sibi unum equum cohopertum sive unum pannum aureum pro recognitione terrarum Dalmatie et ulterius promissionem L mile ducatorum una vice in quam longioribus terminis poteritis, secundum quod in vestra commissione continetur.

Super facto vero patriarchatus Aquileiensis, etiam de hoc providentie summo pontifici ut speramus in clementiam suam de persona grata partibus et non suspecta remanebimus contenti.

Tercio pro causa locorum nunc ablatorum nostro dominio a parte terre, ut continetur in commissione vestra, respondemus, quod iuxta petitionem nostram debitum et iustum est, quod omnes terre et loca nostra nobis ablata per capitaneum et gentes suas debeant nobis restitui, attento quod iam electo domino papa interpositore per partes hec damna illata sunt, et sic in omni casu ut supra conclusionis, ad quam deveniretis, teneatis modum, quod nobis restituantur terre et loca nostra omnia, et hoc etiam summe placere debet summo pontifici, quoniam non esset honoris sui de parte differentiarum facere concordium et pacem, et de reliqua non, et hoc modo pax non esset generalis, quod minime faceret pro nobis.

Et si in his praticis fieret vobis aliqua mentio de descensu domini regis ad apprehendendum coronam imperii, qui vellet se intelligere nobiscum propter transitum suum per terras et loca nostra, declaramus vobis ad cautelam, quod volente ipso domino rege transire in bona pace tanquam amico nostri dominii, sine dubio videbimus et honorabimus ac honorari faciemus ipsum dominum regem in terris, locis et territoriis nostris dulciter et amicabiliter, sicut condecens fuerit, et sicut fecimus et servavimus erga recolende memorie quondam serenissimum dominum genitorem suum, promittente nunc ipso domino rege nomine imperii investire et reconfirmare nostre dominationi in feudum terras et loca, que tenemus a parte terre, iuxta morem imperii.

Et quia in conclusione littere vestre agitis mentionem de libertate expendere in donando illis duobus dominis cardinalibus deputatis pro parte ambaxatoris regii et domino Francisco secretario occasionibus notatis in littera vestra, ex nunc captum sit, quod detur libertas collegio scribendi et dandi libertatem ipsis ambaxatoribus, quod possint facere illam provisionem de pecunia, que ipsi collegio videbitur, que pecunia debeat dari tantum concluso et firmato concordio et pace.

Et quia in conclusione littere vestre tangitis de libertate possendi expendere in donando illis duobus nominatis in litteris vestris occasionibus notatis in litteris vestris predictis, concedimus vobis ipsam libertatem possendi promittere pro dando duobus cardinalibus predictis et domino Francisco de Montepulzano et aliis, qui vobis videbuntur, usque ad summam ducatorum quatuormilium quingentorum et inde infra, ut vobis videbitur, dividendo sicut cognoveritis melius fore, cum conditione, quod pecunia detur solummodo firmato concordio et pace. De parte 54, 62.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V p. 1 tergo, u mletačkom arkivu.

CCVIII. God. 1412. 15 ožujka, u Mletcih.

Nalog pomorskomu kapetanu, da se s brodovi povrati u Zadar i Šibenik, i da se odatle nediže do novog naloga.

1412. die 15 marcii. Quod scribatur et mandetur capitaneo nostro culfi, quod cum galeis nostris sibi commissis ire debeat ad partes Jadre. et ibi ad securitatem dicte civitatis et turrium nostrarum Sibinici debeat attendere et vigilare, non recedendo de aquis Jadre et Sibinici sine nostro mandato: nam per alias nostras litteras sibi mandata nostra et quid facere habeat denotabimus; verum si, antequam aliud mandatum nostrum reciperet, galee nostre Crete applicarent in Jadra, debeat dictus noster capitaneus licenciare galeam Crete, que est ad custodiam turrium Sibinici, ut vadat in Cretam ad disarmandum, deputando unam ex galeis Crete ad custodiam turrium predictarum. De parte 85, de non 3, non sinceri 0.

Misti. Vol. 49 p. 97 tergo, u mletačkom arkivu.

CCIX. God. 1412. 15 ožujka, u Mletcih.

O Ninu, ima li se utvrditi ili srušiti.

1412. die 15 martii. Sapientes consilii. Capta. Quod scribatur comiti et capitaneo Jadre ac capitaneo et supracomitis nostris culfi in hac forma, videlicet: Volentes providere super facto civitatis nostre None, si eam retinere debemus vel si illam ruinari facere debeamus, consideratis expensis, quas de illa habemus, fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus et mandamus, quatenus esse debeatis insimul, et examinare diligenter conditionem dicte civitatis None; et si videtur vobis, quod pro comodo et conservatione civitatis nostre Jadre dictam civitatem tenere debeamus, examinare debeatis, cum quanta expensa custodiri posset, et que reparationes fieri possent ad conservationem eius, et expensam, que intraret in dictis reparationibus fiendis; et similiter cum quanta expensa cavaretur portus ille. Et quia aer est male sanus, et intellexerimus, quod si daretur flumini alia via, ita quod non intraret foveas dicte civitatis, dicta civitas efficeretur sana, debeatis similiter examinare, si hoc fieri posset, et si daretur alia via flumini predicto, si dicta civitas esset sana, et cum quanta expensa hoc fieri posset, et in quanto tempore hoc fieri posset; et de omnibus predictis debeatis nos distincte et particulariter informare. Similiterque examinare debeatis, si dicta civitas in minori circuitu reduci posset, et si reduceretur in minori circuitu, cum quanta expensa custodiretur; conferendo in predictis cum illis personis, que vobis videbuntur in hoc docte. Si vero videretur vobis de non retinendo civitatem predictam, sed quod utilius esset illam ruinari facere, debeatis similiter nobis scribere causas, que vos ad hoc moverent, et quomodo hoc fieri posset, et in quanto tempore, et quas provisiones fieri oporteret, et cum quanta expensa hoc fiet; et de omnibus similiter nos informare debeatis, et dictam informationem nobis mittere, quantum prestius poteritis, et faciendo interim dictam civitatem taliter custodiri, quod de ea sinistrum aliquod occurere non possit, ut habita

informatione vestra, providere et deliberare possimus, sicut nobis videbitur opportunum. De parte 78, de non 6, non sinceri 3.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V p. 5 tergo, u mlet. arkivu.

CCX. God. 1412. 18 ožujka, u Mletcih.

Odgovara se poslanikom u Rimu glede primirja sa Sigmundom.

1412. die 18 martii. Capta. Quod scribatur ambaxatoribus nostris apud summum pontificem in hac forma, videlicet: Recepimus litteras vestras duplicatas datas ultimo februarii, per quas nobis denotastis ea, que habuistis usque dictum diem; et per alias vestras litteras datas octavo mensis presentis remansimus plene informati de omnibus praticis factis et secutis per interpositionem summi pontificis inter ambaxiatorem regis Sigismundi et vos, et intelleximus responsiones per vos sapienter factas, et omnia in illis contenta diligenter examinavimus, pro quibus omnibus vestram sollicitudinem et diligentiam merito commendantes cum nostris consiliis rogatorum et additionis fidelitati vestre respondemus, quod si deveniretis ad dictas treuguas, ad illas devenire debeatis per illud maius tempus, quo poteritis, vel saltem per quinque annos ad minus cum conditione, quod teneamus totum illud, quod tenemus in Dalmatia, et quod omnes terre, castra et loca nostra Tervisane et Cenetensis, Feltrensis et Belluni, nobis restituantur, quia, pendente tractatu interpositionis summi pontificis inter partes, dicta loca indebite nobis fuerunt occupata. Et quod dicta treugua generaliter sit pro omnibus terris et locis, quas et que tenemus et possidemus et tenebimus et possidebimus, et aliter ad dictas treguas nullo modo condescendere debeatis, non obstante aliquo alio nostro mandato vobis facto. Super aliis autem contentis in litteris vestris predictis, que requirunt responsionem, erimus presto cum nostris consiliis, et intentionem nostram super predictis prestissime vobis declarabimus. De parte 49, de non 29, non sinceri 8.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V p. 6, u mlet. arkivu.

CCXI. God. 1412. 21 ožujka, u Mletcih.

O dogovorih mletačkih poslanika s onimi kralja Sigmunda o miru u papinskom dvoru.

1412. die XXI. martii. Capta. Quod scribatur et respondeatur ambaxiatoribus nostris ad presentiam summi pontificis existentibus in hac forma, videlicet:

Per continentiam literarum vestrarum datarum octavo mensis presentis intelleximus omnia, que habuistis ab ambaxiatore regis Sigismundi, et remansimus plene informati de responsionibus vestris, et notavimus omnia partita et modos propositos vobis per interpositionem summi pontificis et Lodovici de Prato, secundum quod ordinate et distincte nobis denotastis, et inter alios modos propositos comprehendimus per responsionem ambaxiatoris regis domino pape factam, quod rex esset contentus nobis vendere terras Dalmatie, quas tenet, sed male libenter venderet

agusium, causis in vestris litteris tactis. Et quod dictus ambaxi ...quam voluit exprimere pretium, et vult, quod vos dicatis intentionem nostram. Et quia iste modus inter alios vobis propositos nobis placeret, pro non intrando ad maiorem altercationem pro factis Ragusii cum nostris consiliis rogatorum et additionis vobis mandamus, quod solicitare et instare debeatis de veniendo ad praticam, quod Ragusium remaneat dicto regi, et residuum Dalmatie remaneat nostro dominio. Et ob hoc damus vobis libertatem possendi promittere dicto regi usque ad summam ducatorum centummilium, una vice tantum, ad partem ad partem et per illos terminos, qui vobis videbuntur, et unum equum cohopertum, singulo anno pro censu locorum predictorum. et quod dicto regi remaneat titulus Dalmatie. Et si caderet differentia pro factis Spalati et locorum, que tenet in Dalmatia Cravoia, volumus quod faciatis de Spalato et aliis locis, que dictus Cravoia tenet, prout dicimus de Ragusio, que similiter remaneant domino Cravoie, et quod residuum Dalmatie remaneat nostro dominio per modum suprascriptum. Quando vero hoc obtinere non possetis, sumus contenti, quod promittere possitis pro Tragurio et Sibenico et pro Jadra et aliis terris, que tenemus et possidemus in partibus Dalmatie usque ad dictam summam ducatorum centummilium ad partem ad partem et per illos terminos, de quibus melius poteritis convenire, et censum equi suprascripti singulo anno, et quod promittat dictus rex Romanorum et Hungarie non dare portus nec acceptare aut acceptari facere aliquem vel aliquos inimicos nostros in partibus terrarum et locorum, quas et que teneret et haberet in partibus Dalmatie. Et similiter volumus, quod omnes terre et loca et castra nobis occupata per Piponem capitaneum suum vel alias gentes suas et de suo mandato in Tervisano, Cenetensi, Feltrensi et civitate Belluni nostro dominio restituantur, et quod de aliis terris et locis nostris non debeant se impedire, nec nos molestare. Et facta super hoc omni possibili experientia, si ad conclusionem venire non possetis, sumus contenti, quod condescendatis, quod nobis remaneant terre et loca, que et quas tenemus ad presens in Dalmatia, possendo promittere singulo anno unum equum cohopertum et quinquaginta milia ducatorum una vice tantum, et quod sibi remaneat titulus Dalmatie cum omnibus conditionibus in mandato pridie vobis facto super hoc contentis, quod nostrum mandatum in isto casu observare debeatis effectualiter, prout iacet. De parte 46.

Ser Nicolaus Victuri, ser Rossus Marino sapientes consilii. Volunt partem suprascriptam cum ista additione, videlicet: Quando autem vos elargavisetis vigore alterius nostri mandati in totum, videlicet quod nobis remanerent solum ille terre et loca, que et quas tenemus in Dalmatia, sumus contenti, quod postquam declaravissetis intentionem nostram, et quod exequamini formam dicti mandati, prout iacet; quando vos non elargavissetis de dicta nostra intentione, volumus, quod stare debeatis firmi super facto Sibinici et Tragurii per modum superius expressum non elargando vos ulterius ullo modo sine nostro spetiali mandato De parte 22.

Ser Bartolomeus Nani sapiens consilii: quod scribatur et respondeatur ambaxatoribus nostris existentibus in romana curia, et hoc propter illam ultimam partem, que sibi tacta fuit in ultimis litteris missis super

facto treuguarum, et quod super aliis contentis in suis litteris datis nono mensis presto daremus sibi responsionem etc. Rescribatur sibi, quod iuxta deliberationem per nos factam cum nostris consiliis rogatorum et additionis die sexto instantis mensis sibi significavimus mentem et intentionem nostram per eos exequendam particulariter et distincte, et nunc ultimo per alias litteras nostras datas XVIII, continentes modum observandum per eos in facto treuguarum', sibi significavimus id, quod nobis visum fuit pertinere ad ipsum factum; et propterea fidelitati sue mandamus, quatenus debeant totis spiritibus suis operari de possendo exequi ad partem ad partem dicta nostra mandata de sexto et XVIII mensis, sicut in illis diffuse et particulariter continetur, quoniam pro nunc deliberavimus non dare sibi aliquam aliam responsionem, sperantes, quod mediante gratia dei, dignissima interpositione et voluntate summi pontificis ac virtutibus vestris aut concludetis aut comprehendetis futuram conclusionem si sequi debet in agendis commissis vobis. De parte 9, de non 6, non sinceri 4.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V p. 6 tergo, u mlet. arkivu.

CCXII. God. 1412. 8 travnja, u Mletcih.

Izdaje se provodnica za papinskoga poslanika iduća u Ugarsku.

1412. die 8 aprilis. Capta. Quia ambaxiatores nostri existentes in romana curia scribunt, qualiter ambaxiator domini regis Hungarie, existens in Roma, mittit unum suum nuncium ad partes Hungarie cum litteris occasione annotata in litteris suis, et subiungit, quod dominus papa scribere debet Ugutioni de Contrariis, ut, quando nuncius erit in Ferraria, procuret habere unam nostram litteram salvusconductus in personam ipsius nuncii, per quam ipse possit secure transire per terras et loca nostra et sic redire pro eundo Romam; et bonum sit facere dictam litteram, ut videatur, quod non simus continentes, et quod non deficiat pro nobis omnis bona conclusio: vadit pars, quod auctoritate huius consilii detur libertas collegio deputato faciendi dictam litteram salvusconductus in illa forma, que sibi videbitur, et similiter de scribendo Ugutioni super hoc facto, secundum quod melius videbitur collegio antedicto. De parte 81, de non 4, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V p. 9, u mlet. arkivu.

CCXIII. God. 1412. 10 travnja, u Mletcih.

Vlasi otimlju Mlečanom Ostrovicu. Mlečani nastoje, da ju novcem opet dobiju.

1412. die X. aprilis. Capta. Cum rectores nostri Jadre scripserint nostro dominio, quod castrum Ostrovich, quod emimus a Sandallo, furatum et acceptum sit per certos Murlachos, quod non est sine infamia nostri dominii et incomodo locorum nostrorum deinde, et experimentandum sit de recuperando dictum castrum, si hoc fieri potest, per denarios; vadit pars, quod scribatur nostris rectoribus Jadre, quod diplicenter

intelleximus litteras suas, per quas nobis scripserunt, castrum Ostrovich acceptum et furatum fuisse de manibus nostrorum per illos Murlachos deinde, quod videmus procesisse propter malam custodiam, que fiebat. Sed quia optamus ipsum recuperare pro honore nostro et comodo locorum nostrorum deinde, detur dictis rectoribus libertas possendi expendere usque ad summam ducatorum triummilium et abinde infra, prout melius facere poterunt illis, qui acceperunt et tenent castrum predictum, si volunt illud dare et restituere nostro dominio. Et si haberent modum, dictum castrum per viam pecunie vel per aliam viam posse recuperare et habere, tunc sequantur ad tractatum, et nobis presto scribant, in quibus terminis erunt, ut de pecunia mittenda possimus providere, prout erit necessarium.

Secreta consilii rogatorum V. p. 10, u mlet. arkivu.

CCXIV. God. 1412. 14 travnja, u Mletcih.

Poljski kralj nudi se Mletčanom kao posrednik mira medju njimi i ugarskim kraljem.

Ser Antonius Contareno sapiens consilii, ser Benedictus Capello, ser Franciscus Foscari, ser Fantinus Dandulo, ser Sanctus Venerio sapientes guerre. Capta. Cum serenissimus rex Polonie nuper scripserit nostro dominio per litteras suas, quod conclusit pacem et concordium cum rege Hungarie, et petit per litteras suas, quod velimus suam maiestatem declarare, si concordium et pacem intendimus habere cum dicto domino rege Hungarie, quia interponet partes suas ad concordium predictum. Et per ea, que retulit nuncius suus sub suis credentialibus litteris, habeatur, quod talis requisitio procedit de mente et voluntate regis Hungarie, et subiungit dictus nuncius, quod rex Polonie requirit, quod mittamus ad presentiam suam nostram ambaxiatam, quia, si mittemus nostram ambaxiatam, expectabit in Budua ultra festum sancti Georgii per dies quinque. Et considerato tempore brevi, necessarium sit presto de nostra ambaxiata itura ad dictum regem Polonie providere, que ambaxiata ita solicitet iter suum, quod sit Budue, antequam dictus rex Polonie inde recedat, ut ostendatur toti mundo, nos esse dispositos ad pacem; vadit pars, quod subito eligi debeant per scruptinium in isto consilio duo nostri ambaxatores, qui possint accipi de omni loco et officio et de auditoribus et iudicatu petitionum et advocatoribus comunis et officio continuo, et statim teneantur respondere, et non possint refutare sub pena ducatorum ducentorum. Et si refutarent pro eundo extra, teneantur transire Alpes sive Quarnarium, et stare ultra per duos menses; habeant ducatos centum pro quolibet pro ista ambaxiata, ducere debeant tres domicellos pro quolibet, tres ragatios pro quolibet, unum notarium cum uno famulo, unum mareschalcum et unum cochum et unum expensatorem et unum truzimanum et tres saumas, et possint expendere ducatos decem in die non computatis agotiis equorum nec nabulis navigiorum, et teneantur recedere infra terciam diem cum illa commissione, que eis dabitur per istud consilium. Et si se excusarent defectu persone, acceptari non debeant, nisi iuraverint per sacramentum

ita esse, et ultra sacramentum acceptare debeat per duas partes istius consilii. De parte 84.

Electi ambaxiatores: ser Thomas Mozenigo procurator, ser Antonius Contareno quondam ser Marini.

Ser Franciscus Cornario sapiens consilii. Cum serenissimus dominus rex Polonie miserit ad nostrum dominium unum suum nuncium cum litteris suis, significando nobis tam oretenus quam per litteras, quod libenter interponeret se inter serenissimum dominum regem Hungarie et nostrum dominium, et propterea, quod velimus sibi facere notum et aperire mentem nostram, si cum domino Sigismondo rege aliquam concordiam et pacis federa intendimus recipere, ut interponat partes suas super his agendis; et faciat pro statu nostro significare sibi intentionem nostram et ostendere, quod non deficiat pro nobis pax et concordium, sicut nunquam deficit, prout est notarium toti mundo; vadit pars, quod per litteras nostras respondeatur prestissime domino regi Polonie predicto, quod per significationem suam comprehendimus et cognoscimus optimam mentem suam regalem erga nostrum dominium tantum bene dispositam, quantum dici potest, et maxime cum videamus illam avidam ad omne bonum et pacificum statum nostrum et totius christianitatis tanquam verum et christianissimum principem; et semper, novit deus, cepimus et capimus illam latissimam confidentiam in serenitatem suam, quam faceremus de aliquo allo principe mundi, sperantes, quod faceret de rebus, que forent in placitum dei et laudem ac famam sue maiestatis ac bonum medium et conclusionem bone pacis; nam sic semper optavimus omnem felicitatem et augumentum status sui. Verum sicut potest esse notum sue maiestati et toti mundo, dum alias nostri ambaxatores forent in Hungaria ad dominum regem Hungarie, deventum est, quod dominus papa foret comunis interpositor et mediator differentiarum predictarum, et hac de causa misse sunt ambaxiate per utramque partium, que presentialiter ibi sunt in pratica pro tractatu concordii suprascripti, nec adhuc aliquid conclusum est. Ac tamen, quia nolumus, quod deficiat pro nobis, nec quod appareat, quod semper voluerimus non aliud quam concordium et pacem, si dictus dominus rex habet ascensum domini regis Sigismondi, sicut nobis dici fecit, et dispositionem suam deveniendi ad pacem per medium et interpositionem sue regalis maiestatis, nos sumus parati a parte nostra mittere nostram legationem, dum mittatur nobis salvusconductus, per quem secure transire possint ad partes predictas nostri ambaxatores, nam subito eos mittemus pro executione negotii suprascripti. De parte 36.

Ser Johannes de Caresinis sapiens ordinum vult, quod subito eligi debeat per scruptinium in isto consilio unus noster ambaxator, qui possit accipi de omni loco et offitio, de auditoribus sententiarum, advocatoribus, iudicibus peticionum et de officio continuo, et teneatur statim respondere, et non possit refutare sub pena ducatorum ducentorum, et si refutaret pro eundo extra, teneatur transire Alpes sive Quarnarium, et stare ultra per duos menses; habeat ducatos ducentos pro ista ambaxiata, et habeat medietatem familie, quam habuerunt ambaxiatores, qui iverunt ad partes Hungarie; et teneatur recedere ad beneplacitum do-

minii cum illa commissione, que sibi dabitur per istud consilium. De parte 5, de non 2, non sinceri 10.

Capta: quod donentur isti nuncio serenissimi domini regis Polonie pro suis expensis et pro mittendo statim hac nocte unum suum nuncium ad dominum regem predictum cum litteris nostris ducati sexaginta auri. De parte omnes alii, de non 5, non sinceri 0.

Capta: Quod scribatur serenissimo domino regi Polonie in hac forma, videlicet: Per litteras vestras regias et oretenus per nuncium vestrum virum prudentem Thomam de Diaco fuimus informati, concordium et pacem secutam esse inter maiestatem vestram et serenissimum dominum regem Hungarie. Et subiungit maiestas vestra predicta, quod si intendimus pacem et concordium habere cum serenissimo rege Hungarie, maiestatem vestram velimus declarare; et addit nuncius vester predictus sub vestris credentialibus litteris, quod mittamus ad vestram presenciam nostram ambaxiatam, quia interponetis regias partes vestras ad concordium et pacem pertractandam; de qua participatione et significatione dicte pacis secute tanquam amici vestri devoti gaudium sensimus singulare, tenentes, significationem predictam ex magna charitate procedere, et de benigna et generosa oblatione vestra regia de interponendo maiestatem vestram ad concordium et pacem pertractandam, cognoscentes, illam procedere ex affetione et caritate, quibus maiestas vestra nostro dominio amicabiliter afficitur, quam uberiores gratiarum actiones possumus devote referrimus regie excellentie vestre, declarantes, quod sequentes mores progenitorum nostrorum semper quesivimus viam pacis, et procuravimus cum quibuscumque principibus et dominis mundi pacifice et quiete vivere. Et inter alios principes mundi semper affectavimus cum serenissimo rege Hungarie amicabiliter vivere, nec unquam pro nostro dominio defecit, quin pax sequatur inter serenissimum dominum regem Hungarie predictum et nos, nec similiter pro nobis deficiet, ut ad pacem predictam deveniatur. Et ut maiestas vestra cognoscat, nos ad pacem esse dispositos, et interpositionem vestram regiam inter alias interpositiones, quas habere possumus, esse nostro dominio gratam et acceptam, terminavimus cum nuncio vestro Thoma predicto nostram ambaxiatam ad conspectum vestre excellentie destinare, que in brevi cum dicto nuncio vestro de Venetiis recedet.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V. p. 11 tergo, u mlet. arkivu.

CCXV. God. 1412. 16 travnja, u Mletcih.

Mletčani upućuju svoje poslanike u Rimu, neka obaviestc papu o ponudi poljskoga kralja glede mira.

1412. die 16 aprilis. Capta. Quod scribatur ambaxatoribus nostris in romana curia in hac forma, videlicet: Nuper serenissimus dominus rex Polonie misit ad nos quendam eius nuncium secretum cum litteris suis regiis, faciendo nobis significari tam oretenus quam per litteras, qualiter concordia et pax secuta est inter excellentiam suam et serenissimum dominum regem Hungarie, et quod ambo reges predicti equitaverant Cassoviam in territorium Hungarie, et deinde Budam equitare debebant.

Et quia libenter interponeret se inter ipsum dominum regem Hungarie et nostrum dominium, velemus aperire sibi mentem nostram, si sumus contenti, quod se interponat, requiri faciendo nos de missione nostre legationis, pro qua misit et mitti fecit litteras salvusconductus utriusque ipsorum regum pro securo transito nostrorum ambaxatorum, clarificando nos, quod in his habet assensum et voluntatem domini regis Hungarie, et quod etiam noviter nobis significastis, oratorem regium Rome existentem mittere unum suum nuncium in Hungariam pro obtinendo unum sindicatum in ampliori forma, quam habeat, per quem nuncium videri poterit melius et comprehendi intentio regis Hungarie, deliberavimus pro tali requisitione facta nobis eligere et mittere duos nostros solemnes oratores profecturos de brevi ad dictas partes, ut appareat et manifestum sit mundo, quod pax et concordium non deficiat pro nostro dominio. Quid autem sequi posset, hoc est in dispositione dei, sed tamen pro omni bono respectu et declaratione rei voluimus hoc subito vobis significare, mandando fidelitati vestre, ut de predictis sanctissimo summo pontifici noticiam detis, ita quod de causis nos moventibus remaneat informatus; potest autem ipse dominus papa firmiter considerare, quod totam spem nostram semper habuimus et habemus in clementiam suam et tam de interpositione sua in presenti negotio nostro, in quo dignatus est intrare et esse, quam in omnibus aliis, in quibus haberet agere et tractare pro nostro dominio, fidelibus devotis sancte matris ecclesie et sue apostolice sanctitatis. De parte 113, de non 8, non sinceri 3.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V. p. 12 tergo, u mlet. arkivu.

CCXVI. God. 1412. 17 travnja, u Mletcih.

Naputak poslanikom idućim k poljskomu kralju kao posriedniku mira medju Mletčani i Sigismundom.

1412. die 17 aprilis. Ser Rossus Marino, ser Franciscus Cornario, ser Johannes Mauro, sapientes consilii; ser Franciscus de Bernardo sapiens guerre. Capta. Nos Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus vobis nobilibus viris Thome Mozenigo procuratori ecclesie sancti Marci et Antonio Contareno dilectis et honorabilibus civibus nostris, quod in bona gratia debeatis ire nostri solemnes oratores ad serenissimum principem dominum Vratislaum regem Polonie, cui, presentatis nostris litteris credentialibus et facta reverenti et condecenti salutatione et amicabili ac caritativa oblatione, cum devotis et pertinentibus verbis parte nostra, debeatis exponere, quod per litteras magistri Pauli oratoris nostri sed multo latius et clarius per litteras sue serenitatis datas Cassovie XXVIII mensis martii proxime preteriti et per relationem discreti viri Thome de Diaco familiaris et nuncii sui sub suis predictis credentialibus litteris, qui asseruit et nobis exposuit, suam maiestatem esse dispositam et promptam fatigare et se operari de tractando pacem inter serenissimum regem Hungarie et nostrum dominium, et hoc fecisse nobis notificare de scitu et noticia dicti domini regis Hungarie. Cognovimus per effectum primo grandem et intrinsecum caritatem et affectionem, qua sua excellentia gerit quieti christianitatis et generaliter

*

omnibus christianis. Secundario sincerissimam dilectionem, quam specialiter habet nostro dominio, et hoc patet per experientiam, nam sua sapientia nedum secundum opportunitatem temporis et pro comodo christianitatis cessavit a guerra, et annuit paci domini regis Hungarie, sed etiam non tradens oblivioni devotos amicos suos, dignatur et offert benigne interponere partes et operationes suas bonas, ut pax sequatur inter prefatum dominum regem Hungarie et nos, generose et humane tanquam christianissimus princeps nos inducendo et advocando ad hanc pacem, hec certe procedunt ex maxima clementia et sapientia, que vigent in sua maiestate. Pro quibus exsolventes sue maiestati actiones gratiarum quam uberiores possumus, certificamus suam excellentiam, quod interpositio sue maiestatis est nobis gratissima, et habemus hoc in singulare gaudium propter maximas virtutes suas. Et quia non dubitamus, ymo sumus certissimi, quod habebit honorem et iura nostra favore propitio recommissos, et propterea pro parte nostri dominii, devotorum amicorum sue serenitatis, presentavistis vos coram conspectu suo regio, ut per medium et interpositionem suam possit dari bonum principium, melius medium et optima conclusio huic paci; subiungendo, quod semper habuimus odio guerras, et ad guerram non venimus nisi coacti, teste deo, quia natura nostrorum progenitorum et nostri semper fuit prona et avida pacis, et vivendi cum omnibus in pace, et specialiter cum domino rege Hungarie prefato in complacentiam et conservationem persone et status, cuius tot et tanta fecimus, quod nostro iuditio non habet nisi veram et iustam causam diligendi nos et statum nostri dominii; offerendo vos paratos informare suam serenitatem tunc statim vel alia vice, quando sibi placebit, de iuribus nostris circa differentias existentes inter dominum regem Hungarie et nostrum dominium, et essendi ad praticam tractatus pacis ubi et quando et cum quibus ordinabit et deputabit sua maiestas. Et sic facere debeatis secundum ordinem, quem vobis dabit dictus dominus rex Polonie. Verum quia credimus, quod forte necesse erit, quod compareatis vel vos reperiatis in presentia domini regis Hungarie, volumus, quod, facta debita reverentia et devota salutatione, debeatis exponere, quod ivistis de nostro mandato ad illas partes ad persuasionem serenissimi domini regis Polonie causa tractandi pacem, etiam quia nostra dominatio non potest credere, quod mens ipsius domini regis Hungarie multis respectibus, et specialiter pro bono christianitatis et contemplatione serenissimi domini regis Polonie, et respectu eorum, que fecimus in complacentiam et commoditatem ipsius domini regis et regni Hungarie, velit perseverare in guerra nobiscum maxime, cum si sue maiestati placebit, possit fieri pax conveniens et rationabilis et accomoda et grata sue serenitati et nostro dominio.

Et quia in his principiis tam per dominum regem Polonie quam forte etiam per partem adversam fient vobis peticiones, allegationes et oppositiones multe et magne, confidentes de sapientiis vestris, quia estis plenarie informati de iuribus et defensionibus nostris, debeatis respondere, secundum quod prudentiis vestris videbitur esse necesse, semper tamen substinendo iura et honorem nostrum cum honestate omni et cum modis, qui possent esse causa inductiva concordii et pacis, sicut de vobis plene confidimus. Et quia non dubitamus imo sumus certissimi, quod

principaliter vobis fiet mentio et requisitio solutionum VII mille ducatorum, super hoc presertim declaramus vobis mentem nostram, que est, quod sustineatis constantissime, quod ad dictas solutiones non tenemur pro preterito nec pro futuro. Et super hoc faciatis omnem resistentiam opportunam, ut videatur et comprehendat, quod non sumus dispositi ad dictas solutiones pro preterito nec pro futuro tempore. Sed volumus, quod retrahere et lutanare vos debeatis a pratica dictarum solutionum, et attendere debeatis ad facta Dalmatie et aliarum differentiarum, cum hac intentione semper, quod per conclusionem pacis, que fieret, non possimus habere impedimentum de dictis solutionibus VII mille ducatorum pro preterito nec pro futuro propter quantitatem pecunie, de qua hic dabimus vobis libertatem pro possendo devenire ad pacem in hunc modum, videlicet:

Petitiones vero nostre sunt iste: quod habeamus, dominemur et teneamus pacifice et quiete in Dalmatia omnia, que tenemus et possidemus, et nobis dari et assignari debeant in nostra potestate et arbitrio residuum totius Dalmatie, quam Dalmatiam sumus contenti recognoscere a domino rege, corona et regno Hungarie, et in signum recognitionis presentari facere omni anno domino regi predicto unum equum cohopertum vel unum pannum aureum. Et si pars adversa omnino volet excludere Ragusium et Spalatum et illas insulas, quas tenet Cravoia, pro hoc non desistat executio pacis et concordii.

Secundario volumus, quod nostro dominio restituantur omnes terre, civitates, castra et loca ubicumque sita, que nobis ablata sunt per gentes vel sequaces prefati domini regis, et que reperirentur ablata tempore conclusionis concordii.

Tercio, quod dictus rex Romanorum et Hungarie promittat per se, heredes et successores suos non offendere nec molestare nec inquietare nec turbare nec aliquid petere a nostro dominio pro aliqua civitate, terra, castro et loco aut territorio, que habemus et possidemus, in quibus vel aliquo eorum imperium haberet vel habere pretenderet, aliquod ius, iurisditionem, dominium vel preheminentiam, sed permittere, nostrum dominium dictas civitates, terras, castra, loca et territoria, ubicumque sint posita, dominari, gubernari, tenere et possidere pacifice et quiete, et non dare alicui volenti offendere vel offendenti dictas terras et loca aliquod auxilium vel favorem.

Quarto petimus, non quia teneamur ullo modo ad solutionem ducatorum VII mille nec pro preterito nec pro futuro, sed quia fiunt nobis requisitiones dictarum solutionum, quod ad cautellam et cessationis omnis materie scandali et erroris nostrum dominium absolvatur et liberetur et quietetur a domino rege Romanorum et Hungarie per se, heredes et successores et coronam et regnum Hungarie cum solemnitatibus opportunis a peticionibus, que fiunt de solutationibus VII mille ducatorum et a solutionibus predictis tam pro preterito quam pro futuro, et super hoc insistere penitus debeatis, quia, ut dictum est, nostre intentionis non est obligare nostrum dominium ad solutionem dictorum VII mille ducatorum.

Et pro dando principium pratice et ad faciendum inclinare partem adversam ad condescendendum paci in forma suprascripta, ac etiam ut

possitis comprehendere de intentione partis adverse, debeatis in ista pratica incipere ad promittendum aliquam quantitatem pecunie, non exprimendo ullo modo totam quantitatem nisi tempore omnino necessario et debito. Et propterea damus vobis libertatem, quod si videbitis posse obtinere omnia suprascripta simul, ut iacent in suprascriptis capitulis, ut non perdatur tempus, possitis promittere ad partem ad partem usque ad quantitatem ducatorum CCC mille in totum per illos quam longiores terminos poteritis obtinere, habendo respectum ad nostram habilitatem solvendi, considerata maxima quantitate pecunie predicte. Et ut hec pax concludatur per modum suprascriptum, debeatis, ut plene confidimus, facere instantias et procurationes opportunas.

Si vero in hac pratica videbitis et comprehendetis, quod pro aliqua differentia vel causa occurente pax sequi non posset, vel quod tractatus pacis sit futurus nimis longus, damus vobis libertatem attendendi ad treuguas in hunc modum. Quod ista treugua fiat ad quantum longius tempus fieri poterit, quod non sit minus quam annorum quinque, et cessent offense, et quod de omnibus differentiis partes remaneant in treugua, nec pro dictis differentiis una pars alteri nec altera alteri aliquid possit petere durante hac treugua, salvo quod volumus, quod omnino nobis restituantur civitates, terre et loca ablata nostro dominio, quia fuerunt occupata post interpositionem partes per partes acceptatam, et promittatur nobis pro terris nostris, in quibus imperium haberet ius, sicut in antescriptis capitulis dictum est. Et quod dictus dominus rex dari et assignari faciat nobis Tragurium et Sibinicum non per modum alienationis sed per modum pignoris, et nos mutuabimus eidem ducatos CC mille. Et quod, quando sua maiestas nobis restituet dictam quantitatem pecunie, teneamur restituere eidem domino regi dictas duas terras Tragurii et Sibinici; et quod dictum mutuum fiat per nos, videlicet medietatem per tres menses post celebrationem instrumenti treugue et aliam medietatem ab inde usque unum annum, declarando in treugua, et sic omnino volumus poni in dicta treugua, quod licet terminus treugue, qui ponetur in contractu, expiraret, non restitutis nobis dictis ducatis ducentis millibus, treugua nichilominus debeat durare, donec nobis restituta fuerit suprascripta pecunia mutuata.

Insuper si in dicta pratica requireremini de intentione nostra circa transitum domini regis predicti pro accipiendo coronam suam in Italia, debeatis respondere et offerre nostrum dominium promptum et paratum, secuta pace vel treugua, honorare prefatum dominum regem et comitivam suam super territoriis nostris devote et amicabiliter, ut fecimus recolende memorie genitorem suum, quando simili de causa accessit in Italiam, que oblatio habeat locum sequente pace vel treugua.

Item si in dicta pratica fieret aliqua mentio vel requisitio vobis de galeis nostris contra infideles, damus vobis libertatem possendi et antequam exprimatis totam quantitatem pecunie et post, et quando et sicut vobis videbitur posse prodesse nostris intentionibus suprascriptis, promittere tenere in partibus Gretie a sex usque decem galeas armatas nostris expensis in subsidium et favorem christianitatis et ipsius domini regis Romanorum et Hungarie, quando et donec sua maiestas personaliter cum potenti exercitu erit et stabit in partibus Gretie contra infi-

deles; declarando et ostendendo, ut est rei veritas, quanta gr[illegible] expensa nobis erit tenere tot galeas in dictis partibus, et quan[illegible] christianitatis et regni Hungarie, et quantam damnum et inco[illegible] cedet nostris locis confinantibus cum Turchis, et etiam mer[illegible] nostris conversantibus in locis Turchorum; que provisio galearum habeat locum, si concludetur in pace.

Preterea quia in talibus et tantis tractatis multum possunt prodesse promissiones pecunie, que fierent dono vel merito personis, que possent esse causa faciendi partem adversam condescendere nostre voluntati, vel informare vos de intentione alterius partis, damus vobis libertatem possendi promittere et expendere in talibus personis usque quantitate ducatorum X mille, promittendo solutionem sequendo, postquam secuta fuerit pax vel treugua.

Ceterum debeatis omnino includere in hac pace, concordio vel treugua magnificum dominum Nicolaum marchionem Estensem et magnificos dominos Karolum et Pandulfum de Malatestis et alios colligatos et recommendatos nostros.

Similiter vice versa si dominus rex velet includere in hac pace, concordio vel treugua patriam Foroiulii, sumus contenti, quod ponatur et includatur in ea.

Verum non obstante, quod preponamus vobis intentiones et voluntatem nostram sub brevitate predicta, debeatis vos, qui estis informati, dicere, apperire et allegare dictas nostras intentiones tempore et loco debitis, non exeundo ab effectu et continentia suprascriptorum capitulorum, confidentes in vestris sapientiis. Relinquimus secundum occurrentia postponere et preponere partita, intentiones et modos et capitula predicta, secundum quod videbitis posse melius redundare nostro dominio, non transeundo tamen effectum dictarum nostrarum intentionum.

Insuper habeatis menti, si concludetis in pace vel in treugua, de faciendo fieri et rogari instrumenta in sufficienti forma et cum solemnitatibus opportunis, et extendere capitula in forma necessaria, et habere presertim respectum, quod promissiones et obligationes partis adverse nobis fiant in his, que tangunt imperium, per ipsum dominum regem, heredes et successores suos, et in his, que tangunt imperium, per ipsum dominum regem, heredes et successores suos, et in his, que tangunt regnum Hungarie, per ipsum ut regem Romanorum et Hungarie et per se, heredes et successores suos ac coronam et regnum Hungarie, et quod habeatis instrumenta authentica bullata et roborata, sicut fuerit opportunum, conducenda per vos Venetias ad nostri cautellam. Et si causa solutionum ducatorum VII mille, ad quas solutiones nolumus assentire sed liberari et absolvi, ut dictum est supra, vel alia causa non possetis obtinere conclusionem pacis nec treugue, debeatis scribere et informare nos de omnibus secutis et de novis presto et ordinate, et expectare nostrum mandatum. Et interim ire et stare in illo loco et parte, in quibus placuerit domino regi Polonie. De parte 61, 72.

Ser Nicolaus Victuri sapiens consilii, ser Benedictus Capello sapiens guerre: Volunt primum capitulum suprascripte commissionis, prout jacet, cum infrascriptis capitulis.

possitis comprehendere de intentione partis adverse, debeatis in ista pratica incipere ad promittendum aliquam quantitatem pecunie, non exprimendo ullo modo totam quantitatem nisi tempore omnino necessario et debito. Et propterea damus vobis libertatem, quod si videbitis posse obtinere omnia suprascripta simul, ut iacent in suprascriptis capitulis, ut non perdatur tempus, possitis promittere ad partem ad partem usque ad quantitatem ducatorum CCC mille in totum per illos quam longiores terminos poteritis obtinere, habendo respectum ad nostram habilitatem solvendi, considerata maxima quantitate pecunie predicte. Et ut hec pax concludatur per modum suprascriptum, debeatis, ut plene confidimus, facere instantias et procurationes opportunas.

Si vero in hac pratica videbitis et comprehendetis, quod pro aliqua differentia vel causa occurente pax sequi non posset, vel quod tractatus pacis sit futurus nimis longus, damus vobis libertatem attendendi ad treuguas in hunc modum. Quod ista treugua fiat ad quantum longius tempus fieri poterit, quod non sit minus quam annorum quinque, et cessent offense, et quod de omnibus differentiis partes remaneant in treugua, nec pro dictis differentiis una pars alteri nec altera alteri aliquid possit petere durante hac treugua, salvo quod volumus, quod omnino nobis restituantur civitates, terre et loca ablata nostro dominio, quia fuerunt occupata post interpositionem partes per partes acceptatam, et promittatur nobis pro terris nostris, in quibus imperium haberet ius, sicut in antescriptis capitulis dictum est. Et quod dictus dominus rex dari et assignari faciat nobis Tragurium et Sibinicum non per modum alienationis sed per modum pignoris, et nos mutuabimus eidem ducatos CC mille. Et quod, quando sua maiestas nobis restituet dictam quantitatem pecunie, teneamur restituere eidem domino regi dictas duas terras Tragurii et Sibinici; et quod dictum mutuum fiat per nos, videlicet medietatem per tres menses post celebrationem instrumenti treugue et aliam medietatem ab inde usque unum annum, declarando in treugua, et sic omnino volumus poni in dicta treugua, quod licet terminus treugue, qui ponetur in contractu, expiraret, non restitutis nobis dictis ducatis ducentis millibus, treugua nichilominus debeat durare, donec nobis restituta fuerit suprascripta pecunia mutuata.

Insuper si in dicta pratica requireremini de intentione nostra circa transitum domini regis predicti pro accipiendo coronam suam in Italia, debeatis respondere et offerre nostrum dominium promptum et paratum, secuta pace vel treugua, honorare prefatum dominum regem et comitivam suam super territoriis nostris devote et amicabiliter, ut fecimus recolende memorie genitorem suum, quando simili de causa accessit in Italiam, que oblatio habeat locum sequente pace vel treugua.

Item si in dicta pratica fieret aliqua mentio vel requisitio vobis de galeis nostris contra infideles, damus vobis libertatem possendi et antequam exprimatis totam quantitatem pecunie et post, et quando et sicut vobis videbitur posse prodesse nostris intentionibus suprascriptis, promittere tenere in partibus Gretie a sex usque decem galeas armatas nostris expensis in subsidium et favorem christianitatis et ipsius domini regis Romanorum et Hungarie, quando et donec sua maiestas personaliter cum potenti exercitu erit et stabit in partibus Gretie contra infi-

deles; declarando et ostendendo, ut est rei veritas, quanta gr expensa nobis erit tenere tot galeas in dictis partibus, et quan christianitatis et regni Hungarie, et quantam damnum et inco cedet nostris locis confinantibus cum Turchis, et etiam mer nostris conversantibus in locis Turchorum; que provisio galearum habeat locum, si concludetur in pace.

Preterea quia in talibus et tantis tractatis multum possunt prodesse promissiones pecunie, que fierent dono vel merito personis, que possent esse causa faciendi partem adversam condescendere nostre voluntati, vel informare vos de intentione alterius partis, damus vobis libertatem possendi promittere et expendere in talibus personis usque quantitate ducatorum X mille, promittendo solutionem sequendo, postquam secuta fuerit pax vel treugua.

Ceterum debeatis omnino includere in hac pace, concordio vel treugua magnificum dominum Nicolaum marchionem Estensem et magnificos dominos Karolum et Pandulfum de Malatestis et alios colligatos et recommendatos nostros.

Similiter vice versa si dominus rex velet includere in hac pace, concordio vel treugua patriam Foroiulii, sumus contenti, quod ponatur et includatur in ea.

Verum non obstante, quod preponamus vobis intentiones et voluntatem nostram sub brevitate predicta, debeatis vos, qui estis informati, dicere, apperire et allegare dictas nostras intentiones tempore et loco debitis, non exeundo ab effectu et continentia suprascriptorum capitulorum, confidentes in vestris sapientiis. Relinquimus secundum occurrentia postponere et preponere partita, intentiones et modos et capitula predicta, secundum quod videbitis posse melius redundare nostro dominio, non transeundo tamen effectum dictarum nostrarum intentionum.

Insuper habeatis menti, si concludetis in pace vel in treugua, de faciendo fieri et rogari instrumenta in sufficienti forma et cum solemnitatibus opportunis, et extendere capitula in forma necessaria, et habere presertim respectum, quod promissiones et obligationes partis adverse nobis fiant in his, que tangunt imperium, per ipsum dominum regem, heredes et successores suos, et in his, que tangunt imperium, per ipsum dominum regem, heredes et successores suos, et in his, que tangunt regnum Hungarie, per ipsum ut regem Romanorum et Hungarie et per se, heredes et successores suos ac coronam et regnum Hungarie, et quod habeatis instrumenta authentica bullata et roborata, sicut fuerit opportunum, conducenda per vos Venetias ad nostri cautellam. Et si causa solutionum ducatorum VII mille, ad quas solutiones nolumus assentire sed liberari et absolvi, ut dictum est supra, vel alia causa non possetis obtinere conclusionem pacis nec treugue, debeatis scribere et informare nos de omnibus secutis et de novis presto et ordinate, et expectare nostrum mandatum. Et interim ire et stare in illo loco et parte, in quibus placuerit domino regi Polonie. De parte 61, 72.

Ser Nicolaus Victuri sapiens consilii, ser Benedictus Capello sapiens guerre: Volunt primum capitulum suprascripte commissionis, prout iacet, cum infrascriptis capitulis.

Modi autem, cum quibus sumus contenti devenire ad hanc pacem et intentiones nostre, sunt effectualiter isti:

Primo volumus habere, tenere, dominari et possidere pacifice et quiete terras, civitates, castra, insulas et loca, que tenemus in Dalmatia, et quod dominus rex Romanorum et Hungarie faciat nobis dari et assignari in nostra potestate et arbitrio residuum totius Dalmatie, et recognoscere Dalmatiam a domino rege predicto, corona et regno Hungarie; et in signum huius recognitionis presentari facere omni anno domino regi Hungarie unum equum cohopertum vel unum pannum aureum. Verum si pars adversa omnino velet excludere Ragusium vel Spalatum vel ambo dicta loca, debeatis condescendere ad id, non possendo aliter facere.

Secundario volumus, quod nostro dominio restituantur omnes terre, civitates, castra et loca, ubicumque sint sita, que nobis ablata sunt per gentes vel sequaces prefati domini regis Romanorum et Hungarie, vel reperientur ablata esse tempore conclusionis pacis vel concordii.

Tertio quod dictus dominus rex Romanorum et Hungarie promittat per se, heredes et successores suos non offendere nec molestare nec inquietare nec turbare nec aliquid petere a nostro dominio pro aliqua civitate, terra castro, loco vel territorio, que habemus et possidemus, in quibus vel in quorum aliquo imperium haberet vel habere pretenderet aliquid ius, iurisdictionem, dominium vel preheminentiam, sed permittere nostrum dominium dictas civitates, terras, castra, loca et territoria, ubicumque sint posita, domiuari, gubernari, tenere et possidere pacifice et quiete, et non dare alicui volenti offendere vel offendenti dictas terras et loca aliquod auxilium vel favorem.

Quarto petimus propter peticiones nobis factas, quod dictus dominus rex Romanorum et Hungarie per se, heredes et successores, coronam et regnum Hungarie cum solemnitatibus opportunis quietet, liberet et absolvat nostrum dominium et comune Veneciarum a peticionibus, que nobis fiunt de solutionibus ducatorum VII mille tam pro tempore preterito quam futuro et a solutionibus predictis. Habeatis tamen menti de allegando et sustinendo et defendendo continue, quod non tenemur ad dictas solutiones, et dicendo, quod hec quietatio et absolutio queritur, non quia teneamur, sed ad cautelam pro cessatione omnis materie scandali et erroris nunc et in futurum, et super hoc operemini sensus et intellectus vestros, quantum plus poteritis.

Et ut possitis obtinere omnia suprascripta, sumus contenti et damus vobis libertatem, quod, si firmiter videbitis et cognoscetis, quod pars adversa velit condescendere pro pecunia ad remissionem perpetuam solutionum VII mille ducatorum, possitis pro obtinendo omnia contenta in suprascriptis quatuor capitulis promittere ad partem ad partem usque ad quantitatem ducatorum trecentum milium solvendorum per nos per illos quam longiores terminos et bonos modos, in quibus vestre prudentie poterunt se convenire cum parte adversa, considerata quantitate pecunie, que est grandissima.

Si vero videbitis et cognoscetis expresse et manifeste, quod pars adversa pro pecunia nullo modo velit facere remissionem et quietationem solutionum VII mille ducatorum, eo casu nolumus, quod aperiatis vos

ad promittendum pro habendo Dalmatiam, terras amissas et securitatem terrarum imperii ad tantam summam, sed solummodo damus vobis libertatem, quod possitis promittere ad partem ad partem usque ad summam ducatorum ducentorum milium; et denique, si videbitis et omnino comprehendetis, quod pax et concordium non possit habere locum, nisi nos contentemur ad solutiones ducatorum VII mille, tunc, non possendo aliter facere, et videndo vos posse obtinere omnia alia contenta in suprascriptis capitulis pro ducatis CC mille, sumus contenti, quod condescendatis ad promittendum solvere de ceterio pro recognitione Dalmatie domino regi et corone Hungarie omni anno a ducatis V mille usque VII mille prout melius poteritis, et eo casu, si fieri poterit, non teneri ad dandum equum nec pannum aureum; et volumus, quod fiat mentio in concordio, quod hec solutio ducatorum VII mille fiat causa Dalmatie et nulla alia causa quam pro Dalmatia, et quod nostra dominatio per partem adversam, videlicet dominum regem Romanorum et Hungarie et coronam et regnum Hungarie, absolvatur et liberetur a solutionibus ducatorum VII mille, in quibus ipsa pars adversa dicit et pertendit nos teneri pro causis allegatis per ipsam partem adversam, et que produci et allegari possent quovismodo tam pro preterito quam pro futuro; sed solummodo teneamur per novam compositionem, ut est dictum, solvere et fieri facere pro recognitione Dalmatie annuatim solutionem predictam.

Insuper si in dicta pratica requireremini de intentione nostra circa transitum domini regis predicti etc. ut supra.

Insuper si in dicta pratica etc., ut supra.

Item si in dicta pratica etc. ut supra.

Preterea quia in talibus etc. ut supra.

Ceterum debeatis omnino etc. ut supra.

Similiter vice versa etc. usque ad: includatur in ea. Preterea quia posset occurere, quod aut dominus rex Polonie recessisset de partibus Hungarie, et dimisisset aliquos deputatos ad hunc tractatum pro parte sua aut etiam licet foret presens in Hungaria, quia hec negotia sunt magne importantie, et non ita in duobus vel tribus vel forte octo diebus posset fieri ordinata conclusio; et ipse dominus rex Polonie non posset forte tantum ibi differre, vel aliquid aliud occurreret, per quod videretis et cognosceretis, hunc tractatum pacis debere esse longum, et aliter fieri non posse, tunc et eo casu, quia iste dilationes non faciunt pro nobis, considerata magna expensa, in qua sumus, vobis damus libertatem possendi condescendere ad treuguas, que sint per quam longiori tempore esse poterit sed non minori tempore annorum quinque etc., ut in parte aliorum sapientum continetur. Et si non poteritis sic obtinere treuguas, attendatis ad hunc alium modum, quod treugue fiant ut dictum est, sed tamen quod dictus dominus rex Romanorum et Hungarie restitui omnino faciat nobis terras et loca nobis ablata, et promittat pro terris imperii, sicut in suprascriptis capitulis continetur, et quod nos teneamus omnia ea, que tenemus in Dalmatia. Et si omnino volent restitui debere turres Sibinici in hac treugua, pro hoc non desistatis facere treuguam. Et ultra hoc quod nostra dominatio teneatur mutuare sue maiestati ducatos a L mille usque C mille solvendorum per quam longiores terminos poteritis; declarando et specificando tamen, quod, tam si pars adversa

erit contenta pignorare nobis in hac treugua Tragurium et Sibinicum quam non, treugua, que fieret, duret tantum plus, quantum ultra terminum, qui erit in treugua specificatus, induciabit pars adversa restituere nobis pecunias mutuatas per formam dicte treugue.

Insuper habeatis menti etc. ut supra.

Verum non obstante quod etc. ut supra.

Et si secundum aliquam dictarum nostrarum intentionum poteritis obtinere, concludatis in bona gratia, quia habetis sindicatum in plena forma, quem ostendere et operari poteritis, quando erit opportunum. Quando vero non possetis obtinere per aliquem modorum suprascriptorum, debeatis ire et stare, ubi placuerit domino regi Polonie, et nobis scribere ac informare de omnibus secutis et novis deinde, et expectare nostrum mandatum. De parte 21, 39.

Ser Franciscus Foscari, ser Fantinus Dandulo sapientes guerre.

Quia est amplissime confidendum de sapientia et fidelitate nostrorum ambaxiatorum electorum ad eundum ad serenissimum regem Polonie pro pace tractanda inter regem Hungarie et nostrum dominium, et sit etiam providendum, quod vadant cum tali ordine et libertate, quod pax possit sequi, et quod tractatus isti non vadant in longum; consideratis expensis, damnis et interesse, que quotidie nobis et statui nostro eveniunt, et que per dilationem temporis augeretur; considerato etiam, quod perseverante guerra non possumus modo aliquo aliquid lucrari, nec aliquod damnum inferre dicto regi Hungarie; vadit pars, quod detur libertas dictis nostris ambaxiatoribus, quod, factis omnibus experientiis possibilibus concernentibus utilitatem, honorem et statum nostrum circa tractatum et conclusionem pacis et concordii in habendo Tragurium et Sibenicum et alia loca, que ad presens possidemus in Dalmatia usque ad summam ducatorum CC mille, et restituente rege loca infrascripta nobis oblata, et remittente solutionem VII mille ducatorum pro tempore preterito et futuro, non possentibus eis aliter concludere, possint promittere regi Hungarie, quod remanentibus nobis omnibus terris, castris, insulis, locis et territoriis, que presentialiter possidemus in partibus Dalmatie, ac restituente nobis dicto rege terras, castra, fortilitia et alia, que per adventum gentium suarum nobis ablata sunt in Tervisana et Cenetense ac Feltrum ac Cividadum cum pertinentiis suis, dabimus sibi usque ad summam ducatorum CC mille in illis terminis, in quibus melius facere poterunt. Et non possentibus illis aliter facere vel concludere, factis experientiis possibilibus, possint etiam promittere solutionem annuam ducatorum VII mille pro tempore venturo, incipiendam post conclusionem pacis, quanto tardius fieri poterit, et quod de pagis preteritis liberemur et absolvemur. Item si venirent ad tractatum treuguarum, possint illum concludere et firmare, per quam longiori termino erit sibi possibile, a quinque annis supra; et non possendo illam aliter obtinere, factis experientiis possibilibus, sicut de sapientia dictorum nostrorum ambaxatorum est ample sperandum et confidendum, possint conclusive illas confirmare, et promittere pro ipsis treuguis usque summam ducatorum L mille et inde infra, existentibus ipsis treuguis a quinque annis supra et non ab inde ullo modo. Et cum predicta libertate per interpositionem domini regis Polonie concludere possint; declarando tamen, quod in conclusione

treuguarum nobis restituantur terre et loca predicta per suas gentes nobis ablata.

Circa alia autem tam in facto ducatorum X mille dispensandorum in illis personis, que utiles viderentur ad obtinendam nostram intentionem, et in facto galearum promittendarum contra infideles, et in recommendatorum nostrorum ac in aliis, que sunt extra materiam suprascriptam, habeant illam commissionem et libertatem, que notata est in parte ser Nicolai Victuri sapientis consilii, et pro maiori informatione sua debeat eis dari copia totius partis dicti ser Nicolai. De parte 10.

Ser Sanctus Venerio sapiens guerre, ser Nicolaus Georgio sapiens ordinum: Volunt, quod commissio predicta ser Nicolai Victuri detur in nota et scriptis ambaxatoribus nostris formaliter, ut informationem plenariam habeant, et quod secundum continentiam et formam ipsius possint ducere tractatum ad eflectum et ad bonam conclusionem. Salvo quod in aliquibus capitulis modificetur et ponatur in hac forma:

Et primo quod ubi agitur mentio, quod pro terris et locis Dalmatie debeat exprimi et ascendi, quando aliter fieri non posset, usque ad summam ducatorum CCC mille, debeat exprimi in commissione solum de summa C mille ducatorum.

Secundo quod non fiat mentio nec specificetur in commissione predicta de solutione annua VII mille ducatorum, nec appareat aliquid per scripturam, sed remaneat in manibus ambaxiatorum.

Tercio non est opportunum facere mentionem de treuguis per modum notatum in dicta commissione, sed removeatur ipsum capitulum, quoniam hic inferius denotatur capitulum observandum in facto treugue predicte.

Quarto quod ubi agitur mentio de concessione galearum in partibus Gretie volunt sapientes predicti, quod hoc capitulum habeat vigorem et intelligatur debere promitti occasione recognitionis terrarum et locorum a parte terre pertinentium ad iurisdictionem imperii, et quod promissio predictarum galearum sit solum pro una vice tantum et per tempus mensium sex.

Et si non possetis devenire ad conclusionem per modos specificatos in ipsa commissione, facta per vos omni possibili experientia, volumus hanc esse finalem nostram intentionem, videlicet, quod dimissis nobis civitate Jadra et omnibus terris et locis, quas et que tenemus et possidemus ad presens in Dalmatia cum iuribus, pertinentiis etc. salvo quod de turribus Sibinici, possitis disponere secundum quod melius apparebit posse sequi in tractatu et pratica concordii, nec non etiam restituendo terras et loca, que nobis ablata fuerunt, et quas amisimus in Tervisana et Cenetensi, Feltro et Cividado, ac confirmando in feudum civitates et terras, quas tenemus, pertinentes ad iurisdictionem imperii in partibus Lombardie, habeatis plenam libertatem, arbitrium et autoritatem in quibuscumque et omnibus aliis rebus, intelligendo de pertinentibus ad dictam materiam, secundum quod sapientiis vestris melius videbitur et cognosceritis fore de pluri honori nostri dominii et minori expensa nostra. In quo facto debeatis advertere diligenter, quod res non sint excessive cum periculo status nostri. Predictam autem libertatem et autoritatem vobis damus, in casu quo vos ambo ambaxatores sitis concordes; si autem essetis differentes in opinione, debeatis subito nobis significare

omnia secuta et praticata ac differentiam vestram, ut possimus vobis presto denotare mentem et intentionem nostri dominii.

Bene recordamur vobis, quod per adversam partem possent vobis fieri alique peticiones et requisitiones tantum excessive, quod non videretur vobis ullo modo exequendum ad tractatam conclusionem pactis et petitionibus, et proponeretur vobis sive videretur vobis proponendus tractatus treugue, sumus contenti, quod procuretis intrare, facere et concludere treuguam per tempus quam longius poteritis, quod videre nostro non vellet esse ad minus annorum XV, ac restituendo nobis terras et loca nobis ablata et que amisimus in Tervisana, Cenetensi, Feltro et Cividado, ac reddendo nos sibi turres Sibenici, expendendo in hoc quanto minus poteritis et quam pluri honore nostri dominii, et tantum plus et tantum minus in quantitate pecunie, quantum erit brevitas vel longitudo temporis treugue, ad quam deveniretis.

Et in omni casu, quo remaneant de terris et locis Dalmatie in manibus et potentia domini regis, debeat procurari, quod non dabit receptum, transitum etc. in portubus nec terris illis nostris inimicis vel volentibus venire ad damna nostra De parte 18, de non 4, non sinceri 9, 13.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V p. 13, u mlet. arkivu.

CCXVII. God. 1412 22. travnja, u Mletcih.

Nalaže se pomorskomu kapetanu, neka progoni i ulovi galiju trogirsku ondje naoružanu proti mletačkim podanikom.

1412, die XXII aprilis. Capta: quod rescribatur capitaneo nostro culfi ad ea, que scripsit, de collatione habita cum rectoribus nostris Jadre super facto galee de novo fabricate in Tragurio, que exire debet in brevi, ut dicitur, ad damna navigiorum nostrorum, quod laudamus opinionem suam, mandantes sibi, quod, si dicta galea exibit, debeat illam prosequi et intromittere tanquam galeam nostrorum inimicorum et contra illam viriliter procedere, sicut de virtute sua speramus, et similiter contra barchas et alia navigia inimicorum nostrorum, que ubilibet reperibit. De parte 92, de non 0, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V. p. 16, u mlet. arkivu.

CCXVIII. God. 1412. 22 travnja, u Mletcih.

Odgovor na razne molbe poslanika Sandalja velikoga vojvode bosanskoga.

1412. 22 aprilis. Capta. Cum ad presentiam nostri dominii nuper comparuerit unus ambaxiator magnifici domini Sandali, et explicaverit tria in effectu, videlicet primo, in excusando se erga nostrum dominium, si, sicut notum est, ivit personaliter ad dominum regem Hungarie. quoniam si hoc fecit, processit tanquam requisitus multocies et obligatus sibi; et quod non obstante, quod pluries recusavisset ire, denique non

possendo aliter facere, ipsum oportuit ire; notificando et clarificando nostrum dominium, quod quia semper habuit maximam reverentiam et optimam dispositionem et affectionem nostro dominio; et etiam quia scit primitus fuisse obligatum nobis quam domino regi predicto, velimus esse certos, quod nunquam tractaret nec consentiret facere rem, que foret contra honorem nostri dominii et statum nostrum nunc nec in futurum.

Secundo, quod quia, sicut notum est, alias ipse et eius consors et socera depositari fecerunt in Venetiis ad cameram nostram frumenti ducatos XII mille cum certis pactis et conditionibus, et ambaxiator suus asserat habere literam credentie domini Sandali et litteras consortis et socere, placeat et velimus facere pecuniam suam dividi et aptari, secundum quod ad eos tangunt.

Tertio, quod recomendat nostro dominio Balsam, rogando nos, ut placeat nobis assumere ipsum ad gratiam, et dicendo, quod est dispositus velle esse bonus filius et servitor nostri dominii, et servare promissiones, quas faciet, et si hucusque non servavit, et fecit ultra voluntatem et mandata nostra, fecit ob teneritatem annorum et iuventutem suam. Sed quod ipse Sandali obligabit se et promittet, quod Balsa attendet et observabit promissiones etc.

Ad que omnia, quia prefatus ambaxiator requirit responsionem a nostro dominio, est bonum et conveniens respondere; vadit pars, quod fieri debet responsio sibi in hac forma.

Et primo ad primam partem, accessus ipsius Sandali ad dominum regem Hungarie, dicatur, quod, quia semper tenuimus ipsum magnificum dominum in honorabilem amicum nostrum et optime dispositum ad honores nostros, sicut nobis fecit oretenus explicari et dici, idcirco reddimus nos certos, quod licet iverit ad dominum regem, idem dominus Sundali propter promissiones factas nobis alias, non fecisset nec faceret aut tractaret aliquid contra nos nunc et in futurum.

Ad secundam partem de facto ducatorum XII mille, quod dictus Sandali requirit pro se et nomine socere et consortis, dicendo habere litteras pro parte ipsarum dominarum etc., respondeatur, quod audivimus expositionem sui ambaxiatoris in hac parte, et vidimus suam litteram libertatis datam suo ambaxiatori, et licet sit etiam una littera pro parte duarum dominarum sic large facta, tamen propter ordines nostros dicimus, nos non posse movere talem pecuniam conditionatam et obligatam in tali modo et forma, sicut est et fuit intentionis sue et dominarum predictarum, ac sicut notatum est in libris officii, ubi est pecunia depositata. Et propterea nisi veniret aliqua persona cum litteris et sindicatu ad plenum pro parte ipsarum dominarum, non possemus ullo modo movere scripturam de pecunia, nec translatare aut facere ullam divisionem, quam personam cum miserit ad nos, faciemus iuxta voluntatem suam vigore sindicatus.

Ad tertiam partem de facto Balse respondeatur, quod sicut notum potest esse ipsi magnifico Sandali et toti mundo nunquam defecit pro nobis tenere et tractare ipsum Balsam tanquam filium et bonum amicum, et sic faceremus in futurum. Sed observantibus nobis tales modos amoris erga ipsum Balsam, et assumendo ipsum ad gratiam nostram, et ab alia parte ipse moveat guerram et intendat ad damna nostrorum subditorum

et locorum, hoc esse contra omne debitum et conveniens; tamen quia offert se idem dominus Sandali promissionem facere pro ipso Balsa, et tenere modum, quod observabit promissa, respondemus, quod si idem Sandali et Balsa mittent ad nos aliquos suos cum sindicatu et libertate ad plenum, ob respectum sue magnificentie disponemus facere de rebus, que erunt iuste et rationabiles erga ipsum, removente se et abstinente nunc et in futurum a novitatibus et damnis inferendis locis et subditis nostris.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V. p. 16, u mlet. arkivu.

CCXIX. God. 1412. 22 travnja, u Mletcih.

Balša po poslaniku obvezuje se Mletčanom, da će svoja obećanja vierno obdržavati.

1412. 22 aprilis. Capta. Cum pro parte Balse accesserit ad nostram presentiam unus eius ambaxiator cum literis credentie et cum multis recomendationibus ad nostrum dominium, suplicando, ut dignemur ipsum assumere ad gratiam nostram, et velle sibi parcere, quoniam si aliquid fecit in preteritum ultra mentem et voluntatem nostri domini, hoc processit ex temeritate annorum et iuventute sua, sed quod est dispositus velle esse noster bonus filius et servitor, et nunquam recedere a beneplacitis et mandatis nostris, promittendo observare omnia, que nobis promittet, cum omni firmitate. Verum ut possit vivere sub gratia et benivolentia nostri dominii, suplicat, ut dignemur sibi dare et restituere ea, que remanserunt post mortem quondam patris sui, quia semper erit fidelissimus et obediens nostro dominio. Et bonum sit facere responsionem condignam dicto ambaxiatori Balse in forma, que sit cum honore nostri dominii; vadit pars, quod respondeatur dicto ambaxiatori, quod ipse Balsa debet multocies comprehendisse, optimam intentionem nostri dominii, que semper fuit, assumere ipsum ad gratiam, dummodo voluisset attendere et observare promissiones factas nostro dominio; sed existentibus nobis in bona dispositione tractatus concordii, ipse intulit damna nostris locis et subditis. Actamen quia magnificus dominus Sandali nos cum maxima instantia rogavit super hoc, ob intuitum et amorem ipsius domini dicimus, quod si ipse Balsa mittet ad nos aliquam personam simul cum alio ambaxatore domini Sandali, qui ambo habeant libertatem in hoc et sindicatum ad plenum, cum venerint ad presentiam nostram, disponemus facere erga ipsum de rebus, que sint iuste et rationabiles, ita quod merito habebit contentari, dummodo ipse Balsa se removeat et abstineat ab offensis et damnis inferendis locis et subditis nostris, quoniam sic mandabitur rectoribus nostris, quatenus erga ipsum debeant observare.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V. p. 16, u mlet. arkivu.

CCXX. God. 1412. 28 travnja, u Mletcih.

Njeki Margariti Pažanin obdaren radi zasluga.

1412. die XXVIII aprilis. Capta. Cum viri nobiles ser Leonardus Mocenigo et ser Fantinus Michael, dum essent de nostro mandato honorabiles provisores Jadre, attentis et consideratis laudabilibus operibus et fidelitate providi viri Antonii Margariti civis et habitatoris Pagi, qui cum summo studio, promptitudine et fidelitate gessit et exercuit indefesse in adeptione civitatis nostre et insule Arbi nomine prefati incliti ducalis dominii, providerint eidem in retributionem suorum laborum de ducatis vigintiquatuor boni auri et iusti ponderis percipiendis singulo anno in vita sua de introytibus dicte terre et insule nostre Pagi, prout de concessione et provisione predicta clarius patet per litteras apertas ipsorum nostrorum nobilium, que sunt in manibus dicti Antonii fidelis nostri; et ipse nunc nuper coram nobis comparens, cum instantia requisiverit, quod dictam gratiam et concessionem de nostra benignitate confirmare dignaremur; et habita informatione de fidelitate et optima dispositione dicti fidelis nostri, vadit pars, quod dicta littera et contenta in ea auctoritate huius consilii approbetur et ratificetur. Et propterea auctoritate huius consilii mandetur comiti nostro Pagi et successoribus suis, quod dicta littera et contenta in ea effectualiter debeant observare. De parte 83, de non 0, non sinceri 3.

Misti. Vol. 49. p. 105 tergo, u mlet. arkivu.

CCXXI. God. 1412. 29 travnja, u Mletcih.

Buduć Balsa obseo Bar, Mletčani se trude, da mu čim prije pomoć pruže.

1412. 29 aprilis. Capta. Cum, sicut habetur per litteras comitis et capitanei Scutari et ser Victoris Delfino potestatis nostri Antibari dicta civitas sit taliter undique assediata per gentes Balse Strazimiri, quod in brevi spatio, nisi provideatur, et eidem sucurratur, subiacet periculo amissionis, cum sit ad extremam necessitatem victualium. Et attenta fide et constantia nostrorum fidelium de inde, et etiam pro honore nostri dominii, sit necessarium providere; vadit pars, quod scribatur et mandetur nostro capitaneo culphi, quod prestissime mittat ad partes nostras Albanie unam de galeis nostris culphi cum infrascripto ordine et comissione, videlicet quod quam prestius se conferat ad portum nostrum Antibari pro hortamine loci nostri, et si in illis partibus ibi propinguis invenerit aliam barcham seu navigium cum frumento, illam conducat ad dictum portum, et det, dum ibi erit, operam cum omni sollicitudine cum conservatione tam hominum et galee nostre sibi comisse, quod dictum bladum conducatur ad civitatem nostram predictam Antivari pro victu et sustentacione civitatis predicte; intelligendo se taliter cum potestate nostro ipsius loci, quod pecuniam dicti bladi recipiat, et bladum presto et tute illuc valeat deferri. Informando etiam nostrum predictum potestatem pro hortamine suo et aliorum nostrorum fidelium, quod hic Venetiis dedimus ordinem, quod fiat certa brigata gentis armorum et ballistariorum, et similiter facimus soldari de inde gentes in bona quantitate. Et insuper

quod ambaxiator domini Sandali ac etiam Balse sunt hic ad nostram presentiam pro concludendo bonam pacem nobiscum, cum quibus speramus presto venire ad bonam conclusionem, ita quod sint virilis animi, sicut speramus, nam non desistemus facere de provisionibus in omni casu, ita quod se valeant defendere et sustinere ad honorem nostrum. Et cum his et aliis verbis debeat ipse supracomitus hortari ipsum potestatem et fideles nostros deinde. Et hoc facto, revertatur ad capitaneum culphi ad suam obedientiam. Ulterius mandetur rectoribus nostris Scutari, Dulcigni et Alexii, quod, quantum habent gratiam nostram caram, debeant loco nostro Antibari de bladis et quibuscumque sibi possibilibus prestissime subvenire, habito tamen respectu ad conservationem locorum nostrorum sibi comissorum, ne dictus locus ad manus dicti Balse perveniat, sed sub nostro dominio et gubernatione feliciter conservetur.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V p. 19, u mlet. arkivu.

CCXXII. God. 1412. 29 travnja, u Mletcih.

Republika moli Sandalja, da odstrani Balsu od Bara.

1412. 29 aprilis. Capta. Cum propter extremam conditionem, ad quam se reperit civitas nostra Antibari, inter alias provisiones utilissimum sit providere, et per omnem modum possibilem querendum, quod Balsa se removeat ab assedio a dicta civitate nostra, et istud presentialiter obtineri non possit, nisi per medium domini Sandali, qui, ut apparet per expositionem ambaxiatorum suorum, affectat valde, quod ipse Balsa remaneat in gratia nostra; vadit pars, quod mandetur comiti et capitaneo nostro Scutari, quod deinde cum nostris litteris apertis credulitatis mittere debeat ad presentiam ipsius domini Sandali unum ex illis nostris nobilibus, qui ibi sunt, qui sibi magis sufficiens videatur, quod refferat ipsi domino Sandali responsionem, quam dedimus ambaxiatoribus suis ad requisitiones suas nobis factas, cuius responsionis copia deinde mittatur pro sua informatione; informando eum ultimate de modis, qui servari debent, ut translatio pecunie, quam requisivit, fieri possit per illum modum et cum illis verbis, que per collegium fuerint ordinate; ultimate rogando ipsum cum illis bonis verbis, que dicto collegio videbuntur, quod, ut nos habeamus causam magis benigne ostendere versus Balsam clementiam et benignitatem nostram, et recipere ipsum in filium et amicum, placeat cum effectu mandare, quod ipse Balsa se levet de territorio nostro et a damnis et violentiis quibuscumque, nam hoc facto, respectu et contemplatione magnitudinis sue faciemus eidem de rebus, de quibus tam ipse dominus Sandali quam Balsa habebunt rationabiliter contentari. Et facto quidquid boni poterit circa hoc, revertatur Scutarum ipse noster nobilis, et de quibuscumque secutis nostrum dominium per suas litteras debeat informare.

Secreta consilii rogatorum. V. 19, u mlet. arkivu.

CCXXIII. God. 1412. 29 travnja, u Mletcih.

Poslanikom Sandalovim odgovara se i glede poklada i glede Balše; a poslaniku Balše, neka si od ovoga pribavi punomoć.

1412. 29 aprilis. Capta. Quod occasione novorum habitorum nuperrime de civitate nostra Antibari, que nostro dominio sunt displicibilia et molesta; vadit pars, quod ultra id, quod ceptum fuit pridie, de respondendo ambaxiatoribus domini Sandali ad ea, que nostro dominio exposuerunt, sicut huic consilio notum est, dicatur ambaxiatoribus predictis, quod nostra dominatio cupiens ob singularem affectionem, quam gerimus ad dominum suum, esset valde contenta, in quantum ipsis ambaxiatoribus videretur et placeret, quod vellent hic diferre, quosque haberent responsionem et libertatem necessariam a domino suo circa factum translationis pecunie, quam requisiverunt, cum simus avidi ipsi complacere secundum requisitionem suam, dummodo observentur solenitates necessarie in tali materia, de quibus ipsum dominum suum per nostrum ambaxiatorem oretenus informari fecimus, ita quod presto dictam responsionem habere poterunt, et similiter interesse praticis fiendis cum nuncio et ambaxiatore Balse, in quantum per ipsum Balsam eidem mittatur libertas et mandatum sufficiens ad condescendendum ad ea, que sint convenientia et honesta, ad que contemplatione domini sui erimus parati sincero corde. Et propterea si ipsis ambaxiatoribus placet, possunt scribere domino suo circa factum dicte libertatis et solenitatis necessarie, et ipsum etiam rogare, quod, ut habeamus causam condescendendi ad ea, que sint placida sue magnitudini et comoda ipsi Balse, faciat cum effectu, quod ipse Balsa cum exercitu et potentia sua se levet de territoriis nostris, et se abstineat a damnis et violentiis quibuscumque, ac mittat libertatem et mandatum sufficiens ambaxatori suo, quia in isto casu, ut est dictum, principaliter respectu et contemplatione dicti domini sui, complacebimus et condescendemus alacriter ad ea, que sint iusta, convenientia et honesta, ita quod ipse Balsa bene poterit contentari. Et si dicti ambaxiatores erunt contenti hic remanere, bene quidem; quando vero non, committatur eis, quod dictam nostram responsionem domino suo nostri parte debeant per ordinem intimare, ut ipse clare comprehendat, quod a parte nostra simus parati facere id, quod requirit, quod non potest nisi prodesse factis nostris.

Ambaxiatori vero Balse ultra id, quod captum est, dicatur, quod affectantes respectu et contemplatione dicti domini Sandali, et etiam ob amorem, quem gessimus ad quondam dominum Georgium Strazimir patrem dicti Balse, reducere et acceptare ipsum dominum suum ad gratiam nostram, et facere eidem de rebus, de quibus habeat multipliciter contentari, placet nobis et volumus, quod hic diferet, quousque habuerit mandatum et bailiam sufficientem ad praticandum et condescendendum ad ea, que sint debita et honesta, quia speramus propter ordines, quos apposuimus circa hoc, quod illam habebit de brevi; tamen si ipse similiter vult scribere domino suo predicto circa hoc, istud est nobis gratum. Sed pro meliori conclusione factorum ipsum requirimus et hortamur, quod velit informare dominum suum predictum et requirere, quod, ut habeamus materiam benignius ostendendi erga eum gratiam nostram,

velit se levare de territoriis nostris, et abstinere a quibuscumque violentiis atque damnis, quia faciendo sic, cognoscemus clare, quod velit stare gratie nostre, quam inveniet paratam et bene dispositam ad honores et comoda sua, dummodo a parte sua non deficiat.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V p. 20, u mletačkom arkivu.

CCXXIV. God. 1412. 29 travnja, u Mletcih.

Republika odgovara na njeke prošnje Pažana.

1412. die 29 aprilis. Capta. Cum alias fuerint ad presentiam nostram aliqui ambaxiatores fidelis communitatis nostre Pagi, et porrexerint certa capitula, per que suplicabant sublevari a certis gravaminibus eisdem impositis per Jadrenses, tempore quo ipsi Jadrenses dicte terre et insule dominabantur; et nostra dominatio, volens mature procedere super premissis, ultra informationes superinde habitas a nostro comite Pagi super capitulis predictis et uno quoque eorum, copiam ipsorum capitulorum transmiserit rectoribus nostris Jadre, volens superinde diffusius informari de eorum parere et opinione; et nunc cum responsione ipsorum nostrorum rectorum Jadre comparuerit discretus vir Antonius Margariti, civis et fidelis noster Pagi, nuntius et ambasiator dicte communitatis Pagi, petens et sollicitans instanter expeditionem suam, et sit iustum et honor nostri dominii dicto nuntio presto dare responsionem; vadit pars, quod ad dicta capitula et quodlibet eorum respondeatur in forma hic inferius annotata, et primo.

Ad primum capitulum continens, quod si quis laboraverit seu araverit terram aliquam suam vel alienam, parvam vel magnam, et eam seminaverit, laborator ultra debitam portionem domino proprietatis debendam de sua portione tantum solvere teneatur communitati quartas quatuor frumenti et quartas octo ordei. Et si contigerit habere pro sua portione tantum quartas quatuor frumenti et quartas octo ordei et non ultra, quod illa quatuor grani et octo ordei communitati solvere teneatur. Cum comes noster Pagi hoc multum ortatur, quod si aleviabuntur a tali gravedine multi se laborerio dabunt et laborari facerent, et locus ille, ubi non recolligitur blada pro mensibus duobus, fieret copiosus bladis, nostraque dominatio de multis territoriis affictus et magnum proficuum haberet, qui affictus et pro utilitate in brevi tempore forte esset maioris utilitatis, quam sit datium predictum; rectoresque etiam nostri Jadre responderint, esse pium ipsos ab angaria et gravitate predicta benigniter sublevare; respondeatur, quod ex speciali dono ab huiusmodi gravitate et onere solutionis quartarum quatuor grani et octo ordei ipsos esse volumus absolutos, ita quod deinceps illas minime solvere compellantur.

Ad secundum, quod quilibet pro fornatico datis lignis et aliis necessariis solvere tenetur vigesimum panem, de quo medietas communi spectat et alia medietas fornario, dictique rectores Jadre ac comes Pagi consuluerint, quod similiter super hoc eisdem gratiam nostram demon-

stremus; respondeatur, quod sumus contenti et nobis placet, quod a tali gravedine de cetero sint liberi et absoluti.

Ad tercium continens, quod, si quis vineam suam vel alienam laboraverit magnam vel parvam, ultra ultram debitam portionem domino proprietatis debendam laborator de sna portione tantum anno singulo modium unum vini cum dimidio solvere compellitur; et si contigerit, laborator ipse pro sua portione modium unum cum dimidio tantum vini habere, illud totum communitati solvere tenetur; et rectores nostri omnes supranominati scripserint, quod si eidem de aliis gratiose complaceremus, de hoc pro nunc presentialiter pertransire; respondeutur, quod certis licitis causis et respectibus pro nunc super hoc nobis non apparet aliter innovare, quia clare comprehendimus, quod de hoc non habet causam se gravandi.

Ad quartum et quintum continentia, quod omnes alii insulani insularum nostrarum in partibus Dalmatie animalia minuta detinentes solvunt pro pascuis pro uno quoque animali anno quolibet soldum unum, Pagenses vero a modico tempore citra pro quolibet animali anno quolibet soldos duos solvere coguntur; quodque omnes Pagenses habentes animalia minuta in modica quantitate vel magna communitati anno quolibet agnum unum solvunt, et si contigerit unum tantum habere agnum, illum communitati solvere teneatur, et si nichil haberet, nichilominus denarios viginti communitati solvere compellitur; et examinatis informationibus rectorum nostrum prefatorum, respondeatur, quod pro solutione pascui dictos soldos duos in anno pro animali quoque de cetero solvant et contribuant, sicut ad presens dant, sed a contributione agnorum et solutione pecunie, in casu quod agnos non haberent, ut superius dictum est, deinceps gratiose ipsos reddimus absolutos.

Ad sextum continens, quod omnes tenentes galinas, unusquisque anno quolibet unam gallinam solvere tenetur, et si unam solam haberet, illam solvere tenetur, et si nullam, denarios sexdecim solvere compellitur; visis litteris et informatione prefatis, respondeatur, quod a tali solutione et responsione deinceps ipsos absolvimus et liberamus. De parte 63, de non 1, non sinceri 3.

Misti. Vol. 49 p. 105, u mlet. arkivu.

CCXXV. God. 1412. 5 svibnja, u Mletcih.

Pažani neka više nedavaju svomu knezu gorivo bezplatno.

1412. die 5 maii. Cum per informationes, quas habuimus a comite et capitaneo nostris Jadre super capitulis alias presentatis pro parte nostre communitatis Pagi, ad que per istud consilium data est expeditio, prout apparuit convenire, fuerimus informati, quod ipsi Pagenses non modicam displicentiam habent, quod compellantur dare comiti nostro Pagi ligna necessaria pro suo usu, ad quod non tenentur aliqui alii subditi nostri locorum Dalmatie, et attenta bona voluntate ac fidelitate dicte communitatis, ac etiam, quod hec est res parvi valoris et non multe utilitatis dicto comiti, ac etiam quia sciunt, quod comes predictus esset contentus ligna habita solvere; et rectores nostri ne ipsi conqueri

haberent in futurum, hortaverint nostrum dominium, quod eos a tali gravedine liberemus; vadit pars, quod attentis predictis, ac etiam quod in commissione comitis nulla fit mentio, quod huiusmodi ligna a dictis nostris fidelibus habere debeat; quod dicti nostri fideles Pagentes de cetero a tali onere, contributione lignorum pro usu comitum, sint liberi et totaliter absoluti. De parte 68, de non 0, non sinceri 2.

Misti. Vol. 49 p. 108 tergo, u mlet. arkivu.

CCXXVI. God. 1412. 7 svibnja, u Šibeniku.

Njeki Šibenčani odsudjeni na smrt, što su njeke plemiće izagnali, koji su sada u grad uvedeni.

Sententie capitalis executio contra rebelles et expulsores nobilium Sibenici. Ex libris consiliorum folio XXII. In christi nomine amen. Die sabati septimo mensis madii in festo sancti Doymi sub Mo. CCCCXII. Per magnificum virum dominum Peran Petrum de Misilen regium capitaneum et vicarium generalem Sibenici et virum magnificum dominum comitem Joannem comitem Cetine et Clisii. Auctoritate serenissimi principis et nostri naturalis domini domini Sigismundi dei gratia Romanorum regis nec non Ungarie, Dalmatie et Croatie regis incliti, capti fuerunt Gregorius Draganich, Antonius Mauri, Dismanus Slavogosti, Marcus Radevich et Joannes Sfistich, tunc capitanei Sibenici, et Joannes Radevich; et fuerunt nocte sequenti ipsius diei decapitati dicti Joannes Radevich, Antonius Mauri, Dismanus Slavagosti et Marcus Radevich in turri palatii magna, et fuerunt sepulti in curia fratrum predicatorum, omnes in uno monumento, quod erat ibi in dicta curia.

Predicta die per dictos dominos Peran Petrum et comitem Joannem Cetine reducti fuerunt nobiles Sibenici, qui ante erant nobiles repulsi per populares, in pristinum statum et in eorum dignitate et officiis civitatis Sibenici, prout antea fuerunt, et fuerant per eosdem ellecti in rectores Sibenici, prout antea fuerunt, ser Stephanus Dragoevich, ser Stephanus Milatci, ser Gregorius Mexe et ser Lucas Cosicich, qui iuraverunt facere eorum officium rectorie.

Die proxima ellecti procuratores communis Sibenici per dictos dominos: ser Saracenus Coxe, ser Gaspar Mexe.

Diplomatarium Sibenicense, u dvor. knjižnici bečkoj, ruk. 13461.

CCXXVII. God. 1412. 13 svibnja, u Mletcih.

Dalje se upućuju poslanici odpravljeni k poljskomu kralju u poslu mira.

1412. die XIII maii. Capta: quod scribatur ambassiatoribus nostris in partibus Polonie existentibus in hac forma:

His diebus elapsis applicuit Venetias venerabilis magister Paulus ordinis Heremitarum orator noster rediens a serenissimo domino rege Polonie, qui aliqua tam sub litera credentie ipsius domini regis quam alia multa pro nostra informatione et advisamento nobis oretenus repor-

tavit. Et considerantes, quante importantie ac utilitatis esse possent ea, que sensit et habuit de mente et intentione prefati domini regis, et disputatione ac colloquia habita et praticata insimul super materia et continentia vestre commissionis, deliberavimus substantiam et effectum rerum nobis significatarum vobis notificare et declarare, ut, habita et scita informatione de talibus, postea in executione vobis commissorum possitis intrare, procedere et finire cum respectu debito et cum modo et forma, que sit in maius avantagium honoris et commodi nostri status. Primo enim recordatum est nobis, ut vos advisemus, quod intentionem nostri dominii non exprimatis tam cito in promissiones pecuniarias, nisi primitus videretis habiliter non posse aliud facere. Item quod fiat petitio per vos de Sibenico et Tragurio propter emptionem factam et perpetuam pacem ac evitationem scandalorum. Fiat etiam de quietatione VII mille ducatorum propter portus. Fiat etiam petitio de restitutione terrarum amissarum, quia hoc intelligitur semper facta pace, et quia territorium nostrum non esset tutum. Item fiat de confirmatione terrarum imperialium absque recognitione propter pecunias multas expensas et propter alias secutas et continue sequendas pro liberatione fidei christiane et contra Turchos in armatis galearum nostrarum, et ulterius quia erant in manibus tirannorum attentantium contra statum nostrum.

Preterea assertum est nobis, quod dominus rex Hungarie procuravit predictam pacem, ymo introduxit regem Polonie, ut esset mediator, et quod rex predictus Hungarie contentatur habere pacem nobiscum, sicut voluerimus, videlicet aut per amicabilem concordiam aut per viam litis, et quod quemlibet istorum modorum ipse dimittis et committit in pectore regis Polonie, acceptando quodlibet suum iudicium pro eo et contra eum. Et dominus rex Polonie etiam super hac parte, quod rex Hungarie omnia dimittit decisioni sue, nobis scripsit, et confirmat per eius litteras. Et propterea si requireremini a domino rege Polonie vel parte sua, ut fieret compromissum in personam suam, et quod daretur sibi libertas plena, dicimus vobis, quod hoc non est faciendum ullo modo tam libere et absolute, sed dicatis, quod in hoc nullam habetis libertatem. Et si requireret, ut mitteretur acceptum libertas, dicatis, quod hoc esset maxima temporis dilatio cum damno et sinistro partium. Et propterea tanquam amicabilis compositor potest amicabiliter ducere partes ad concordium et quietem tanquam sapientissimus et virtuosus princeps. Item assertum est nobis, dominum regem Polonie dixissé regi Hungarie, quod eius intentio ob hanc guerram nostram impeditur, que eius intentio esset guerizzare contra infideles, et nisi fiat pax nobiscum, male contra infideles posset aliquid obtineri propter potentiam nostram marittimam. Item quod dominus rex Polonie promittit tractare et facere pacem cum honore nostri dominii. Ideo quod fiant petitiones domino regi, et non tam cito promissiones pecuniarie, et quod contentabitur, ut habeamus Tragurium et Sibenicum. Et sicut per alias vos informavimus de significatis nobis per ambaxatores nostros de Roma, habuimus, quod dominus rex Hungarie contentaretur nobis dimittere terras omnes Dalmatie, facere remissionem ducatorum VII mille, restituere terras ablatas nobis et confirmare nobis terras pertinentes imperio, sicut vos informavimus etiam per duplicatas litteras nostras, omnia predicta pro summa ducatorum

CC mille, quod concordatur cum verbis regis Polonie, qui apparuit remanere contentus, quod remanentibus nobis terris Dalmatie, restituendo nobis terras amissas, et confirmatis terris imperii, omnia hec fieri possent pro promissione denariorum.

Postremo recordavit nobis magister Paulus, ut non capiatur aliqua confidentia de domino cardinali Brande, quia videtur in nullum diligere dominium nostrum; sed quod de cancellario regis Polonie, qui videtur multum dispositus ad honores et comoda nostra, potest capi optima confidentia. Hec enim ad cautelam providimus, ut est dictum, vobis distincte notificare pro advisamento et informatione vestra. Et ut pro maiori claritate et evidentia predictorum possitis exequi formam et continentiam commissionis vestre; mandando, quatenus tam nomen informatoris suprascripti quam alia tenere debeatis secretissima penes vos. De parte 83, de non 3, non sinceri 4.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V p. 23, u mlet. arkivu.

CCXXVIII. God. 1412. 5 lipnja, u Mletcih.

Riešeno započeti dogovaranje s poslanikom kralja Ladislava o savezu. Mletčani sve više oboružaju.

1412. die V. iunii. Capta. Cum per relationem nostrorum ambassiatorum, qui nuper redierunt de partibus Hungarie, comprehenditur manifeste, quod mens et intentio domini regis Hungarie non est attendere ad pacem, sed pretendere ad guerram et novitatem, et hoc demostratur etiam per multa signa et evidentias manifestas, et a parte nostra sit querenda omnis via et modus de conservando honorem nostrum, et agendum omne id, quod nobis possibile sit pro defensione status nostri ac remedium contra appetitum alienum; et sicut notum est, venerit presentialiter Venetias unus ambassiator domini regis Ladislai, qui parte regia multa obtulit agere cum nostro dominio, que possunt redundare ad utile et comodum agendorum nostrorum, et hoc leviter posset sequi propter potentiam maximam ipsius domini regis Ladislai. Et etiam pur hodie ambassiator dicti domini regis recordavit serenissimo domino duci, ut placeat nobis dare principium facto pro intrando ad praticam secum; vadit pars, quod detur libertas collegio deputato praticandi, tractandi, respondendi et ratiocinandi cum dicto ambassiatori domini regis sive dandi sibi duos vel tres de collegio pro auditoribus, qui sint cum ipso ambassiatore ad ratiocinandum, praticandum et tractandum ac audiendum omnia ea, que volet dicere ambassiator pro parte domini regis super sibi commissis in ambasiata sua, non possendo tamen aliquid concludere sine auctoritate huius consilii. De parte 123, de non 6, non sinceri 3.

Capta. Cum respectu eorum, que nobis reportarunt ambassiatores nostri de partibus Hungarie, sit facienda omnis provisio necessaria, quod gentes inimice, que descendere vellent de Hungaria, non venirent ad damna nostra super nostro territorio, nam si obstatur in isto principio primis gentibus descensuris, erit causa, ut plures gentes non audeant descendere. Et clarum est, quod quantitas gentium exercitus nostri non est potens ad faciendum talem resistentiam, nisi augeatur numerus lan-

cearum; vadit pars, quod de novo debeat conduci et solidari ad nostra stipendia usque ad numerum laucearum quingentarum et peditum mille, inter quos sint quam plures ballistarii esse poterunt, cum illis prestantiis, soldo et conditionibus, quibus conducte sunt alie gentes nostre ac sub illis conductoribus et capitibus, qui videbuntur collegio deputato. De parte 109, de non 14, non sinceri 2.

Capta. Quod nobiles viri ser Thomas Monzenigo et ser Antonius Contareno, qui fuerunt ambassiatores in Hungaria, omni vice, qua tractabitur aliquid pertinens domino regi Hungarie pro his, que occurrunt et occurrerent tam pro guerra presenti quam pro pace, que tractaretur, et dependentibus a dictis materiis, possint stare et arengare in hoc consilio, non ponendo ballotam, salvo si essent de hoc consilio. De parte omnes.

Cum respectu eorum, que nobis reportaverunt ambassiatores nostri de partibus Hungarie, sit facienda omnis provisio necessaria, quod gentes inimice, que descendere vellent de Hungaria, non venirent ad damna nostra super nostro territorio, nam si obstatur in isto principio istis primis gentibus descensuris, obstatur, quod nunquam audeant descendere gentes de Hungaria. Et videatur, quod quantitas gentium exercitus nostri non esset ita potens ad faciendum talem resistentiam, nisi augeatur maior numerus lancearum; vadit pars, quod de novo debeant conduci et solidari ad nostra stipendia usque ad numerum lancearum mille et peditum mille, in quibus sint quam plures ballistarii esse poterunt, per illum quam meliorem modum videbitur collegio deputato, cum illis prestantiis, soldo et conditionibus, quibus conduximus alias gentes nostras. Sed pro presenti debeant fieri subito lancee V centum et pedites mille. De parte 109, de non 14, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V p. 28, u mlet. arkivu.

CCXXIX. God. 1412. 5 lipnja, u Mletcih.

Pošto se ugarska vojska približavala mlet. granici, republika nalaže svomu vrhovnomu vodji, neka bude spreman, da ju odbije.

1412. die 5 iunii. Capta. Quia consideratis his, que habemus per reditum nostrorum ambassiatorum de partibus Hungarie de mente et intentione domini regis, et ulterius de voce discensus gentium ad damna nostra, bonum est quolibet bono respectu scribere magnifico domino capitaneo nostro generali, et reddere ipsum provisum, ut sit magis solicitus ad executionem nostrorum mandatorum et ad provisionem eorum, que forent opportuna etc.; vadit pars, quod scribatur eidem capitaneo nostro in hac fama, videlicet:

Noviter redierunt ambassiatores nostri, qui recesserunt die XXI. mensis lapsi de Buda et Isagabria XXVII mensis predicti de partibus Hungarie, illuc destinati occasione nobis vobis nota, sed maxime ad requisitionem nobis instantissime factam per serenissimum dominum regem Polonie, offerentem se ad interpositionem et tractatum pacis. Et ut omnia sint magnitudini vestre nota, et aperiamus vobiscum quemadmodum cum nobismet, propter excessivas petitiones et irrationabiles do-

mini regis Hungarie nulla potuit sequi conclusio, et sic relictus est tractatus cum ipso domino rege prefato, et forte quod altissimus sic disposuerit pro meliori; considerato in quanto iure sumus, quod decrevimus vestre magnificentie facere manifestum; nam licet certi simus, vestram magnificentiam esse promptam ad executionem desiderii et intentionis nostre, tamen, ut, si possibile est, ipsa vestra magnificentia cum velociori et promptiori executione vigilet et intendat ad consumptionem et populationem bladorum et vinearum ac omnium aliorum iuxta continentiam aliarum nostrarum litterarum pridie vobis missarum, et sicut de providentia et solecitudine vestra plene speramus. Relatum est insuper nobis pro dictis ambassiatoribus, qualiter in partibus superioribus incipitur fieri certa coadunatio gentium, que divulgatur, quod poterit esse circa ad numerum VI mille equitum. Et licet posuerimus spiritus nostros ad persentire volendum bene veritatem et tempus descensus sui per plures vias et nuncios ad dictas partes, ut, advisati, possimus vestram magnificentiam informare, tamen etiam magnificentiam vestram hortamur tanquam sapientissimam et in omnibus previsam, quatenus, si vestre magnificentie appareret habere aliquam viam mittendi ad persentiendum talem descensum gentium, et quando descensure sint, et per quam viam, hoc recordamur vobis pro habendo clariorem veritatem et scientiam rei, recordando vestre magnificentie antedicte, quod nos dispositi sumus viriliter et audacter conservare honorem et statum nostrum; sperantes, quod mediante gratia iesu christi, quem et beatum Marcum protectorem nostrum habebimus in nostrum auxilium, poterimus ostendere vires nostros, et iura nostra viriliter conservare. De parte 118, de non 7, non sinceri 6.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V p. 28 tergo, u mlet. arkivu.

CCXXX. God. 1412. 10 lipnja, u Mletcih.

Predlog o odgovoru na ponudi napuljskoga poslanika glede saveza proti dolazku Sigmunda u Italiju.

1412. die 10 iunii. Ser Sanctus Venerio sapiens guerre. Capta. Quia, sicut notum est, comparuit ad presentiam nostri dominii egregius vir iudex Pandellus ambassiator serenissimi domini regis Ladislai, et nostro dominio tria exposuit. Primum, quod idem serenissimus dominus rex Ladislaus offert personam suam, statum et gentes suas ad beneplacita nostri dominii pro obstando adventui regis Hungarie. Secundum, quod dictus dominus rex tenet, quod sua serenitas et nostrum dominium sunt duo luminaria dominationum Italie, et quod si sua serenitas et nostrum dominium essent insimul unite et ligate, non possent dubitare de aliquibus gentibus ultramontanis, que vellent descendere ad partes Italie. Tercium, quod videtur domino suo utile fore, quod ambaxiata sua et nostra iret per partes Italie ad dominos et comunitates ad videndum intentiones eorum, et qualiter sunt dispositi contra regem Hungarie, et qualiter velent se cum dicto rege Ladislao et nobiscum intelligere. Et cum voluntate istius consilii iverint ad praticandum cum

dicto iudice Pandello nobiles viri ser Franciscus Cornario, ser Franciscus Bernardo, et ser Zacharias Barbaro pro praticando super predictis. Qui iudex Pandellus inter alia, que dixit nobilibus nostris predictis, habuit dicere, quod a domino suo habuit in mandatis sciendi a dominatione nostra, si intentio nostra esset velle secum ad ligam venire. Et propterea, si intentio nostra est velle ad ligam venire, statim expediet unum nuncium, et mittet illam ad dominum suum pro habendo libertatem, de viis et modis, cum quibus devenire posset ad praticam lige predicte; et subiunsit, quod placeret nostro dominio super facto dicte lige aliquid de intentione velle aperire, ut posset clarius domino suo scribere. Et consideratis his, que consideranda sunt super hoc, utile et necessarium sit providere et responsionem facere dicto iudici Pandello; vadit pars, quod respondeatur ambaxiatori predicto, quod intelleximus oblationem nobis factam pro parte serenissimi domini regis Ladislai domini sui, de qua sue serenitati amicabiliter regratiamur, et illam leto animo acceptamus, tenentes firmiter, quod sicut se obtulit, ita effectualiter faciet. Et quia clare videmus, quod descensus dicti regis Hungarie est ad damnum et destructionem totius Italie, sicut sue serenitati est manifestum, et nos iuxta posse sumus dispositi descensui suo predicto obstare, ideo sua serenitas potest pro presenti etiam nobis de aliqua quantitate gentium subvenire, ut simul cum subventione sua virilius dicto regi et descensui suo obstare possimus. Et interim venietur ad praticam super facto lige inter partes praticande et ambaxiate mittende ad comunia et dominos Italie.

Super facto autem lige contrahende inter dictum dominum regem Ladislaum et nostrum dominium, super qua dicit dictus ambaxiator, quod si ad illam intrare intendimus, scribet statim dominio suo pro sciendo vias et modos de veniendo ad praticam lige predicte etc., respondeatur, quod sumus contenti venire ad ligam cum domino rege Ladislao per illos modos, qui sint rationabiles et honesti. et propterea potest. si sibi placet, scribere domino suo domino regi predicto, et providere de habendo libertatem de veniendo ad praticam lige predicte.

Super facto autem sue ambaxiate et nostre mittende ad sciendum intentiones et voluntates dominorum et comunitatum predictarum; et quando super hoc non haberet libertatem, potest intentionem nostram domino suo declarare, quia quotienscumque dictus serenissimus dominus rex suam ambaxiatam mittet, nos erimus parati simul cum sua mittere nostram occasione predicta. De parte 55, 63.

Ser Rossus Marino sapiens consilii, ser Andreas Justiniano, ser Franciscus Foscari, ser Fantinus Dandulo sapientes guerre. Cum comparuerit ad presentiam nostri dominii egregius vir iudex Pandellus ambaxiator serenissimi domini regis Ladislai, et exposuerit tria nostro dominio. Primo videlicet, quod dictus serenissimus dominus rex offerebat gentes et statum suum et personam suam, si necesse erit, ad beneplacita et servitia nostri dominii etc., multam super hoc amicabiliter faciens oblationem predictam, et necessarium sit, dicto ambaxiatori facere responsionem; vadit pars, quod dicto ambaxiatori respondeatur, quod nostra dominatio multum amicabiliter regratiatur serenissimo domino regi Ladislao de tam liberali et amicabili oblatione sua, quam oblationem ami-

cabiliter acceptamus, tenentes firmiter, quod ita effectualiter faciet, prout promittit.

Super facto autem lige contrahende inter partes, super qua est habenda bona cousideratio, et facere responsionem talem, quod possit secundum occurentia provideri ad conservationem et defensionem statuum utriusque partis et eumdem nullo modo lutanare, ita quod continue esse possit in libertate nostra intrandi ad ligam cum dicto domino rege, si videbitur hoc fore pro bono et conservatione status nostri, respondeatur, quod cognoscimus pro statu dicti domini regis et nostro facere et totius Italie, obstare descensui regis Sigismondi predicti; et sicut dicto ambaxiatori manifestum est, deputavimus ei auditores nostros pro praticando super his, que nobis exposuit, super quibus dixit dictis auditoribus non habere libertatem, et propterea declaramus sibi, quod quotienscumque habebit libertatem praticandi super his, que nobis exposuit, nos similiter a parte nostra erimus parati intrandi ad praticam et faciendi ex parte nostra ea, que sint et esse possint ad conservationem et defensionem statuum tam sue serenitatis quam nostri dominii.

Super tertia autem parte ambaxiate nostre mittende ad sciendum intentiones et voluntates dominorum et comunitatum Italie ad obstandum dicto regi Sigismondo, respondeatur, quod si dictus ambaxiator habet libertatem eundi ad sciendum voluntates et intentionem dominorum et comunitatum predictarum, sumus parati nostram ambaxiatam secum mittere; quando autem super hoc non haberet libertatem, potest scribere domino suo domino regi predicto, quia quotienscumque dominus rex Ladislaus mittet ambaxiatam suam, mittemus similiter nostram cum sua occasione predicta. De parte 34, 42.

Ser Andreas Contareno sapiens guerre. Cum pridie captum foret de dando duo vel tres auditores egregio viro iudici Pandello ambassiatori domini regis Ladislai, et de possendo raciocinari, tractare et praticare super factis sibi commissis per prefatum dominum regem, et tres nostri nobiles fuerint cum ipso ambassiatore in colloquio et pratica, ubi post multas oblationes factas pro parte domini regis declaravit, quod dominus rex predictus dominus suus tenet multum cor et mentem de hinc propter vocem descensus regis Hungarie ad partes Italie, quoniam hoc posset cedere ad maximum damnum et detrimentum agendorum suorum et totius Italie, et propterea videretur sibi, quod volente dominatione vestra disponere et ponere se ad unam voluntatem cum regia maiestate, et postmodum per ambassiatam utriusque partis provocare et inducere reliquas comunitates Italie ac dominos, foret maxima securitas status regii et nostre dominationis; et bonum sit dare famam mundo de tractatu lige, et sic sequi in effectu, si res bone succedent; vadit pars, quod responderi debeat dicto ambaxatori, regratiando primitus perfecte et optime intentioni regie maiestatis sue, que cum tot latis oblationibus suis se exhibet pronam ad comoda nostri dominii et ad desiderium tanti comunis boni, quas oblationes acceptamus, et sumus certi, erunt sic in effectu, sicut sunt optima verba sua; et certe videmus, ipsam serenitatem suam sapienter considerare et habere fructuosam opinionem, quod fiant provisiones necessarie ad defensionem honoris et status Italie. Et iam apparent clare ea, que fecimus et faciemus iuxta

possibilitatem nostram pro faciendo resistentiam potentie ipsius domini regis; et quia hoc, ut est dictum, multum tangit ad statum suum regium, maiestatis sue interest ponere suos spiritus ad hoc, sicut sapienter cognoscit et videt; pro tanto, si ipse ambassiator habet aliquid de novo, quod ipsi domino regi videretur ad remedium posse facere, essemus contenti audire; nam si sibi placet, posset interim mittere acceptum sindicatum et libertatem ad plenum, ut postea possent fieri et deveniri ad ea, que forent iusta et rationabilia pro comodo utriusque partis et bono totius Italie. Et in casu vero, quod non haberet aliud dicere nec declarare super dicto facto, et quod cognoscat, mentem domini regis esset dispositam ad hoc, sicut clare scire debet, potest subito mittere acceptum sindicatum et libertatem ad plenum, ut, dato principio ad hoc, sive habita intelligentia simul, possimus ipse dominus rex et nos mittere ambassiatas ad illas comunitates et dominos, qui et que videbuntur partibus, et qui possint esse conformes deliberationi et voluntati ipsius domini regis et nostri dominii et ad comune bonum totius Italie. De parte 3.

Dominus dux. Quia istud negotium magne importantie, et ut possit inveniri aliquis bonus modus et medium, propter quod possit deveniri ad aliquam bonam conclusionem, vadit pars, quod supersederi debeat usque unum aliud consilium, ut super istis factis mature meditari possit. De parte 11, de non 6, non sinceri 8. 14.

Secrata consilii rogatorum, Vol. V p. 29, u mlet. arkivu.

CCXXXI. God. 1412. 14 lipnja, u Mletcih.

Mletčani obaviešćuju papu i kardinale o neuspjehu posredovanja poljskoga kralja u stvari mira medju njimi i ugar.-hrv. kraljem.

1412. die 14 iunii. Capta. Quod scribatur sanctissimo domino pape in hac forma, videlicet. Novit sanctitas vestra, pater beatissime, quantam devotionem erga apostolicam sanctitatem vestram ego meaque comunitas, beatitudinis vestre devotissimi filii, continue habuerimus et habeamus, in qua tractatum pacis tractande inter serenissimum dominum regem Hungarie et nostrum dominium filialiter comisimus, quo pendente coram sanctitate vestra, ut eadem scit per oratores nostros, qui tunc ad presentiam vestre beatitudinis aderant, sanctitati vestre notificare fecimus, qualiter serenissimus dominus rex Polonie ad nos quemdam suum nuncium miserat secretum cum suis litteris regiis, et oretenus per dictum nuncium et per litteras predictas nobis notificaverat, concordiam et pacem secutam esse inter excellentiam suam et serenissimum dominum regem Hungarie, et quia cum dicto domino rege Hungarie venturus erat Budam, et libenter se interponeret ad pacem inter dominum regem Hungarie et nostrum dominium, rogaverat nos, ut vellemus aperire sibi mentem nostram, si essemus contenti, quod se ad hoc interponeret, requiri faciendo nos de missione nostre legationis. Et quod nos considerantes, dictum dominum regem Polonie non debere se ad hoc movere sine magna intentione et assensu domini regis Hungarie, terminaveramus nostros ambaxiatores ad presentiam dicti domini regis Polonie destinare, ut toti

mundo esset manifestum, pacem et concordium pro nostro dominio non deficere, quia etiam consideravimus, ambaxiatorem domini regis Hungarie Rome existentem oportere scribere in Hungaria pro obtinendo sindicatum in ampliori et meliori forma, et quod vestra sanctitas firmiter considerare poterat, nos nostrumque dominium totam spem nostram habuisse et habere in clementia vestra, tam de interpositione vestre beatitudinis in dicto tractatu pacis, in quo dignata erat intrare et esse, quam in omnibus aliis, in quibus agere haberemus. Dicti autem nostri ambaxatores, facta expositione predicta sanctitatis vestre, nobis scripserunt, quod vestra beatitudo nos instanter hortabatur, ut ea, que in partibus Hungarie sequerentur super tractatu dicte pacis, vellemus sanctitati vestre significare. Nos vero cupientes filialiter intentionem sanctitatis vestre exequi, eidem reverenter significamus, quod oratores nostri ad partem Hungarie missi propter inconvenientes peticiones factas per serenissimum dominum regem Hungarie predictum nostro dominio, super quibus a nobis non habebant libertatem, quia talibus peticionibus non assentiremus, non secuta pace nec concordio aliquo, coacti fuerunt reverti Venetias, et sic reversi sunt, propter quod intendimus cum gratia altissimi iustitiam nostram mediantibus viribus nostris defendere, et sequentes mores progenitorum nostrorum ad conservationem et defensionem nostri status viriliter attendere. Sed ut vestre sanctitati pateat nostra bona filialis intentio, terminavimus, beatitudini vestre declarare reversionem oratorum nostrorum predictorum, et nos fuisse semper et esse ad pacem dispositos, nec velle a via pacis, que sit rationabilis et conveniens, ullo modo deviare. De parte 85, de non 3, non sinceri 3.

Capta. Quod scribatur domino cardinali Veneto et domino F. cardinali Florentino in hac forma, videlicet:

Quia cupimus facta nostra cum reverendissima paternitate vestra, in qua firmam confidentiam habemus, amicabiliter participare, eidem denotamus, quod ambaxiatores nostri, qui iverunt ad presentiam domini regis Polonie pro pace tractanda per dictum regem Polonie inter serenissimum dominum regem Hungarie et nostrum dominium, nulla secuta pace vel concordio Venetias reversi sunt, quem reditum per litteras nostras denotamus summo pontifici, quarum litterarum copiam paternitati vestre presentibus mittimus introclusam pro vestra informatione. Et quia, ut superius tangimus, confidenter facta nostra vobiscum participamus tanquam cum amicis carissimis, paternitati vestre disposuimus declarare, quod si summus pontifex, qui sapienter et previse cognoscit importantiam guerre existentis inter dominum regem Hungarie et nostrum dominium, a se ipso vobis aliquam mentionem faceret de volendo iterato se interponere ad tractandam pacem et concordium inter dictum dominum regem Hungarie et nos, sanctitati sue respondere poteritis, quod nostra dominatio semper erit ad hoc bene disposita, et erit contenta de interpositione sua et de veniendo ad pacem convenientem et rationabilem pro utraque parte. Si vero dictus summus pontifex nullam super predictis paternitati vestre faceret mentionem, placeret nobis, quod per illas vias habiles et honestas, que paternitati vestre secretiori videbuntur, captato tempore condecenti, diceretis domino pape, quod dignaretur se ad hoc interponere et cuilibet partium scribere, ostendens dis-

plicentiam sumere, quod inter partes vigeat discordia et guerra; et si dispositus erit hoc facere, placeat paternitati vestre providere, quod honor nostri dominii conservetur, quia si intrabit ad tractatum pacis, semper inveniet nostrum dominium, prout continue fuit, paratum veniendi ad pacem convenientem et rationabilem ac gratam cuilibet partium. De parte 60.

Secreta consilii rogatorum V. p. 30 tergo, u mlet. arkivu.

CCXXXII. God. 1412. 18 lipnja, u Mletcih.

Zadranom u Mletcih zatočenim pruža se pomoć, pošto nemaju od šta se hraniti.

1412. die 18 iunii. Capta. Cum, sicut notum est, de mandato nostro accesserunt Venetias aliqui nobiles et cives nostri Jadrenses pro habitando hic Venetiis ad beneplacitum nostri dominii, et ipsi obedientes ad nostra mandata libenti animo steterint et stent ad omnem obedientiam nostram; sed ut est veritas et sic nobis exponi fecerunt, sunt in tanta paupertate et necessitate pecunie, quod nisi habeant subventionem aliquam, nesciunt de quo vivere possint; et sit pium et honor nostri dominii subvenire sibi et compati sue necessitati, postquam hic stant de nostra voluntate; vadit pars, quod debeant dari infrascriptis Jadrensibus ducati quinque pro quolibet in mense et ratione mensis, ut possint ducere vitam suam, intelligendo, quod debeant dari dicti denarii prefatis Jadrensibus pro illo tempore tantum, quo tenebuntur et stabunt Venetiis nomine nostri dominii. De parte 68, de non 2, non sinceri 8.

Misti. Vol. 49 p. 122 tergo, u mletačkom arkivu.

CCXXXIII. God. 1412. 18 lipnja, u Mletcih.

Daje se njekim Zadranom zatočenim u Mletcih miesečna pripomoć.

1412. 18 iunii. Provisio quinque ducatorum in mense data aliquibus Jadrensibus confinatis in Venetiis pro suo victu, quia ita pauperes, quod non possent aliter vivere.

Nomina illorum Jadrensium confinatorum, qui debent habere dictam provisionem: Miser Polo de Zorzi, ser Zorzi de Zadolini, miser Zorzi de Zorzi licentiatus in iure, ser Michiel Galetto, ser Zuane de Piero de Nassi, ser Bartolo de Slorado, ser Simon de Gallo, ser Francesco de Butin, ser Damian de Cresse de Begneo, ser Simon de Nassi, ser Nicolo de Nassi, ser Fedrigo de Soppe, ser Simon de Vauchussi, ser Geronimo de Nassi, ser Zuan de Micha de Nassi, ser Marco de Zievalelli, ser Cresse de Pomo, ser Damian de Cela de Bugna, ser Michael de Ginano, ser Simon de Pichiaro.

Misti. Vol. 49. p. 122, u mlet. arkivu.

CCXXXIV. God. 1412. 21 lipnja, u Mletcih.

Republika obaviešćuje knezove izbornike u Nemačkoj o svom nastojanju, da skloni Sigmunda na mir.

1412. die 21 iunii. Capta. Cum a persona fidedigna et devota zelatrice honoris et comodi nostri fuerimus nuper informati, quod dominus rex Hungarie informat electores imperii, quod pro nostro dominio deficit pax inter suam serenitatem et nostrum dominium, et quod obstamus descensui suo ad partes Italie, infamiando nos et ponendo nos in odium dictorum electorum, propter quod dicta persona, que hoc bene scire debet, recordat, quod in electione facta de ipso rege Hungarie ad miperium tres voces dederunt ei liberam electionem imperii, alie quatuor voces, videlicet dominus Johannes archiepiscopus Maguntinus per Germaniam archicancellarius imperii, dominus Fridericus archiepiscopus Coloniensis per Italiam archicancellarius, dominus Veruherus archiepiscopus Trevirensis per Galliam archicancellarius, dominus Ludovicus dux Bavarie comes palatinus regni etc., dederunt voces suas dicto regi Hungarie cum hac declaratione et intentione, quod ipse rex Romanorum electus debeat pacifice venire ad partes Italie pro corona; exprimendo specialiter, quod esse vellet in concordio cum nostro dominio pro bono christianitatis; quia dicti prelati et dominus dux Bavarie sunt domini partium et terrarum, in quibus est magna copia mercatorum conversantium Venetiis, et quibus cedit ad maximum damnum hec guerra. Et propterea consulit illa fidedigna persona, optimum imo necessarium esse mittere aliquam fidam personam et informatam de iuribus nostris ad informandum et declarandum dictis quatuor electoribus imperii, quod pro nostro dominio non restavit nec restat pax et concordium inter dictum dominum regem Romanorum et Hungarie et nostrum dominium, et quod semper quesivimus et procuravimus et voluimus pacem et concordium secum, dummodo eam habere possimus bonam et securam et per modum congruum et rationabile, allegando ambassiatas, quas misimus Romam et in Hungaria et responsivas factas per nos omnibus prelatis, principibus et dominis, qui nos requisiverunt ad hoc, faciendo dicto nostro nuncio commissionem sub dicto effectu cum illis verbis et rationibus, que videbunt pertinentia collegio. De parte 88, de non 6, non sinceri 4.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V p. 33, u mlet. arkivu.

CCXXXV. God. 1412. 23 lipnja, u Mletcih.

Mletčani se zahvaljuju poljskomu kralju zato, što je nastojao, da se obnovi mir medju njimi i Sigmundom.

1412. die XXIII iunii. Quod scribatur serenissimo domino regi Polonie in ista forma, videlicet: Principalis dos a deo data principibus ultra intellectivam animam esse dignoscitur ipsa clementia, qua venerantur maiores, minores letam vitam ducunt, equales stant terminis suis contenti, iustitia locum suum habet, et breviter vitantur scelera, et humane creature sopito odio ad caritatem reducantur, qua virtute cessante

nedum minima nuent, sed nullum tantum regnum aut dominium est, quod sui ponderis gravius et periculosius onus non sentiat. Quibus consideratis, et quia tum fama publica referente tum ipsa experientia approbante ipsa talis virtus presertim est insita et radicitus connexa excellenti vestro animo, visiset, lectis litteris vestris regiis inducentibus et hortantibus nos ad pacem cum serenissimo rege Romanorum et Hungarie, et concludentibus, ut daremus fidem relatibus prudentis viri Thome de Diaco, qui nos vestri parte oretenus requisivit, ut mitteremus nostros oratores ad vestram presentiam, dando nobis plenam spem dicte pacis. Confestim cum magna confidentia duos nostros oratores solemnes cum sufficienti libertate transmisimus in Hungariam non obstante, quod alii duo nostri oratores forent apud summum pontificem pro tractanda pace predicta, ubi erat etiam unus ambassiator domini regis Hungarie predicti causa predicta. Etiam per alios multos principes et prelatos requisiti fuimus, quibus omnibus respondimus, esse promptos ad pacem postpositis expensis, laboribus et periculis quibuscumque, quod quidem est signum et testimonium nostri pacifici animi patentissimi. Et insuper audivimus et scivimus per relationem ipsorum nostrorum ambaxatorum, qui nuper ad nos reversi sunt, optimam dispositionem vestre maiestatis ad interpositionem pacis, et quantum fuere benignissime visi et acceptati a vestra clementia, cui exinde referimus gratiarum uberrimas actiones.

Sed quia modi tenti in licentiando eos et in non permittendo eos libere et aperte cum quolibet conversari, uti consuetum est fieri et concedi omnibus oratoribus, et in non consentiendo, quod nobis rescriberent aliquid pro expectando nostrum mandatum, que omnia sumus certissimi displicuerunt vestre clementie, certe loquendo cum reverentia non fuerunt nec sunt signa nolendi videre expersionem sanguinis christiani, non possumus non mirari de tali tractamento, non dubitantes etiam non minus admiratam fuisse vestram serenitatem, quam certi sumus habere memorie ea, que vestra clementia precepit venerabili magistro fratri Paulo nostro oratori nobis vestra parte dicenda; dolemus etiam et displicentiam non parvam sensimus, quod serenissimus dominus rex Romanorum et Hungarie voluerit ostendere etiam clementiam suam ad pacem nobiscum, quia si noluisset, quod vestra grandis sapientia particulariter audisset et examinasset iura nostra et bonam atque pacificam intentionem nostram, vestra serenitas audisset et cognovisset mentem et dispositionem nostram esse promptam et paratam ad pacem bonam, sicut etiam sumus ad presens et semper erimus, ut non spargatur sanguis christianorum, quia vestra excellentia plene cognoscit, quod divisio christianorum est letitia et augumentum infidelium. Unum tamen affert nobis non modicum solamen, quia summo pontifici, vestre maiestati et toti mundo patet, pro nostro dominio non deficere, quin pax bona sequatur. Hec volumus devote vestre serenitati scribere, ipsam certificando, quod perseverante dicto serenissimo domino rege Romanorum et Hungarie in guerra nobiscum, quia invocavimus altissimum ad adiutorium nostri status et nostre honestatis et bone voluntatis ad pacem, speramus, quod divina sapientia nostre defensioni et obstaculo querentium nostrum exterminium providebit, quia nil aliud semper quesivimus, quam quietem et conser-

vationem dilectionis, quam experientia ostendimus erga prefatum illustrissimum dominum Romanorum et Hungarie regem, dum regno Hungarie et sue serenitati fuit opportunum, offerentes nos cum sincera mente ad quelibet vestre maiestati accepta pariter atque grata. De parte 5.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V p. 33, u mlet. arkivu.

CCXXXVI. God. 1412. 1 srpnja, u Mletcih.

Mletčani se dižu proti knezu senjskomu zato, što je navalio bio na njihove zemlje u Istri.

1412, die 1. iulii. Capta. Cum, sicut habetur per litteras capitanei nostri Raspurch et domini Lodovici de Buzacharinis capitanei ad partes Istrie, gentes comitis Segnie hostiliter et armata manu invaserunt territorium nostrum Rarpurgh, nulla nobis data nec facta noticia; vadit pars, quod scribetur et mandetur capitaneo nostro culfi, quod subito recepto presenti nostro mandato mittere debeat ad partes Quarnarii nobilem virum ser Georgium Capello supracomitum nostrum, cui committere debeat, quod omnibus navigiis, cuiuscumque conditionis et nationis existant, que ire velint ad partes Segnie, debeat prohibere et vetare, ne ad dictum locum vadant, et si aliqua navigia sine licentia nostra ire vellent, debeat talia navigia capere et intromittere, et illas Venetias destinare, nullam in bonis nec rebus faciendo novitatem. Et quia divulgatum est, in dictis partibus armatos esse aliquos barcusios ad cursum ad damna nostrorum, debeat attendere ad persecutionem eorum. Et si dictos barcusios habere poterit, et inveniet eos damnificasse nostros, debeat contra ipsos procedere tanquam contra inimicos nostros. Omnes autem subditos dicti comitis in mari tractare debeat pro inimicis, informando fideles nostros Arbi et Pagi, Chersi et Ausuri de predictis, ut sibi caveant a subditis dicti comitis Segnie. De parte 41, 43.

Ser Franciscus Foscari sapiens guerre vult, quod consideratis his, que dictus comes Segnie dixit nostris ambassiatoribus, mitti debeat ad presentiam dicti comitis unus noster nuncius cum illa commissione, que videbitur collegio. De parte 40, 38; de non 0, 0; non sinceri 3, 1.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V, p. 38, u mlet. arkivu.

CCXXXVII. God. 1412. 11 srpnja, u Mletcih.

Vieće mletačko odredjuje, neka se piše Šibenčanom, da će jim republika sve oprostiti, ako joj se svojevoljno podčine.

1412. die XI iulii. Capta in consilio sapientum. Cum unus ex nobilibus Sibenici comparuerit coram nostro dominio, et exposuerit, quod propter crudelitates factas contra certos cives Sibenici in faciendo eos decapitari, et in ponendo ad sacomanum domos aliquorum, et in mittendo in exilium multos ex dictis civibus per gentes domini regis Hungarie, maior pars communitatis predicte esset disposita se submittere nostro dominio, sed timet, ne propter perseverantiam suam ad obedientiam et fidelitatem regis Hungarie non tractarentur male a nostro do-

minio, sed timet, ne propter perseverantiam suam ad obedientiam et fidelitatem regis Hungarie non tractarentur male a nostro dominio, et in casu quo essent fidi, quod nostra dominatio vellet eos recipere ad gratiam, et eis parcere, et ipsos bene tractare, ipsi interficerent illum Bampetre, qui ibi est capitaneus, et alios, qui ibi sunt nomine regis, et dictam civitatem traderent in manibus nostri dominii; et multum faciat pro nostro dominio super hoc providere; vadit pars, quod collegium ordinatum habeat libertatem faciendi literas patentes, per quas declaretur, quod si comunitas Sibinici se submitteret in manibus nostri dominii, non obstantibus his, que secuta sunt inter gentes nostras et eos, dictos de Sibenico tractabimus et tractari faciemus benigne et generose, prout tractamus alios subditos et fideles nostros, et eos habebimus futuris temporibus gratiose recommissos; que litera dicto nobili Sibenzano dari et signari debeat, ut illas dictis de Sibenico ad hoc dispositis ostendere possit. De parte omnes alii, de non 2, non sinceri 6.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V. u mletačkom arkivu.

CCXXXVIII. God. 1412. 11 srpnja, u Mletcih.

Mletčani uvjeravaju Šibenčane, da će jih za drage imati, ako jim se predadu.

Exortatoria Sicensibus, civitatem submittendi dominio Venetorum. Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis nobilibus prudentibus viris civitatis et communitatis Sibenici presentes litteras nostras inspecturis pateat evidenter, quod ad notitiam nostram pervenit, vos et communitatem Sibenici considerantes ea, que secuta sunt inter vos et nos, et perseverantiam vestram ad obedientiam domini regis Hungarie, multum timere de nostro dominio, et si vestra communitas putaret per nos bene tractari debere, se summitteret nostro dominio. Quare confirmatione habita ad declarationem intentionis nostre erga vos, vobis denotamus, quod si communitas vestra Sibenici se submitteret nostro dominio, et ad manus nostras erit contenta pervenire, non obstantibus aliquibus, que sequuta sunt inter gentes nostras et vestras et communitatem vestram predictam, vel aliquibus aliis inter idem commissis, tractabimus et tractari faciemus omnes cives vestros et communitatem vestram predictam gratiose et benigne, prout tractamus alios subditos et fideles nostros, et illos habere futuris temporibus in gratia nostra propitiis favoribus recommissos. Datum in nostro ducali palatio die XI iulii, indictione V, MCCCCXII.

Diplomatarium Sibenicense, u dvor. knjižnici bečkoj, ruk. 13461.

CCXXXIX. God. 1412 11 srpnja, u Mletcih.

Francezki i Burgundski vladari nude Mletčanom svoje posredovanje za mir.

1412. die 11 iulii. Capta in consilio centum. Quod respondeatur reverendo patri domino Simoni abati sancti Johannis Reoviensis decretorum doctori ac egregio militi domino Philippo de Pitaviis de Aretiis

oratoribus serenissimi domini regis Francie ac illustrissimi domini ducis Burgondie prout infra, videlicet:

Ad primam partem sue ambasiate, per quam fecerunt nobis mentionem, quod illi serenissimi et illustrissimi principes tanquam principes christianissimi, et qui optant bonam pacem esse inter cunctos christianos et precipue inter serenissimum dominum Romanorum et Hungarie regem et nos, deliberaverunt eos mittere ad dictas partes et ad nostram presentiam, committendo ipsis, quod in casu quo dicto domino regi et nobis placeat interpositio dictorum principum, per medium dictorum suorum oratorum, istud facere et exequi debeant. Et propterea vellent sentire de nostra intentione, quia in casu quo hoc nobis placeat et similiter dicto domino imperatori et regi predicto, ut sperant, ipsi se interponent alacriter et libenter, et toto posse procurabunt, quod bona pax et bonum concordium sequatur etc. Quod nos cordialiter regratiamur illis serenissimis principibus et dominis suis domino regi Frantie et domino duci Burgondie, qui tanquam catholici et christianissimi principes vigilant ad pacificandas discordias, guerras et novitates existentes inter christianos et precipue inter ipsum serenissimum dominum regem Romanorum et Hungarie et nos, qui, sicut toti mundo notorium est, semper fuimus zelatores et amatores honoris et status regie domus Frantie, et esse disponimus in futurum, et cognoscimus etiam, quod ad istud singulariter inducuntur propter amorem, quem portant nostre comunitati, ex quo sumus suis serenitatibus propensius obligati; et propterea veniendo ad factum, dicimus, quod quamvis sciamus, summum pontificem esse dispositum de volendo iterato se interponere ad tractandum concordium et pacem inter dictum dominum regem et nostrum dominium, et missurum esse in brevi suos nuncios hac de causa versus Hungariam, tamen ob contemplationem dictorum principum, qui ad hoc sua benignitate dignati sunt se movere, erimus contenti de omni sua interpositione tantum, quantum esse possemus, quia tenemus indubie, quod interpositio eorum nomine predictorum dominorum suorum non poterit ad aliud quam ad bonam expeditionem et conclusionem negotii redundare. Reddentes nos certos, quod summus pontifex predictus, considerata affectione, quam habet ad complementum istius intentionis et istius pacis et contemplatione suorum dominorum, erit contentus et habebit gratam etiam suam interpositionem super tractatu dicte pacis. Verum pro favore nostrorum iurium duo de nostro collegio, qui dominio videbuntur, mitti debeant ad ipsos oratores ad declarandum et iustificandum iura nostra cum dicto domino rege Hungarie, secundum quod alias factum fuit et apparet in actis nostre curie, ut remaneant de ipsis nostris iuribus informati.

Ad secundam partem, quam ipsi oratores nobis exposuerunt, de facto videlicet VII mille ducatorum, quos requirunt sibi deberi dare per nos pro tempore preterito et futuro, cum asserant scimus ista VII mille ducata fore obligata per dominum regem Hungarie ipsi domino duci Burgondie, donec habebit C mille ducata, que sibi promissa fuerunt per dictum dominum regem pro sua redemptione, respondeatur: quod illustrissimus dominus dux Burgundie debet esse certissimus, quod si cognosceremus, quod nostra dominatio et nostra comunitas foret modo aliquo obligata ipsi domino regi de dictis VII mille ducatis, nos essemus

non minus imo plus contenti dare illos eidem domino duci quam alteri, sed sicut non semel sed sepe et sepe diximus, dici fecimus et scripsimus eidem, nos nullo modo obligati sumus nec tenemur illos dare dicto domino regi Hungarie nec alteri propter rationes et causas sepius allegatas, dictas et scriptas, que pro cautela et favore nostrorum iurium dici et declarari debeant ipsis oratoribus per illos duos de collegio, qui mittentur ad ipsos dominos oratores. Et propterea rogamus tam dictum serenissimum dominum regem Francie quam ipsum illustrem dominum ducem Burgondie, quod velint habere nos merito excusatos.

Ad terciam partem de salvisconductibus et scortis, quos et quas requirunt a nobis, respondeatur, quod ob reverentiam principum et dominorum suorum ac suarum personarum contemplationem sumus parati complacere eis, et dare sibi facere et scortas et salvosconductus per terras et loca nostra, secundum quod requirunt a nobis, ita quod, quantum erit in nobis, per nostra territoria transire poterunt secure et sine molestia alicuius. De parte 88, de non 1, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V p. 43 tergo, u mlet. arkivu.

CCXL. God. 1412. 21 srpnja, u Mletcih.

Naputak kapetanom odaslanim, da zapriečе prolaz brodovom u Senj.

1412. die 21 iulii. Ser Nicolaus Victuri, ser Franciscus Cornario, sapientes consilii. Capta in consilio centum. Nos Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus vobis nobilibus viris Branche Lauredano et Antonio Civrano supracomitis duarum galeotarum nostrarum, quod de nostro mandato cum galeis vobis commissis ire debeatis ad partes Quarnarii, et ibi per culphum Segne attendere et vigilare debeatis ad custodiendum et prohibendum, ne aliquid navigium, cuiuscumque conditionis et nationis existat, non vadat Segnam neque ad aliquas alias partes existentes intra dictum culphum; et si aliqua navigia reperietis volentia ire ad dictum locum sine nostra licentia, debeatis ipsa navigia intromittere; nullam in mercationibus seu rebus novitatem faciendo, sed dicta talia navigia non obedientia Venetias mittere debeatis. Verum non debeatis vos intromittere de navigiis Januensium, Catellanorum et illorum de Rodo, que ad dictas partes venirent, que navigia permittatis sine aliquo impedimento facere facta sua.

Volumus insuper, quod subditis dominii comitis Segnie in terra nec in mari nullam debeatis facere novitatem, salvo si de novo non damnificarent seu facerent subditis nostris aliquam novitatem vel aliud vobis daremus in mandatis. Verum navigia dicti domini comitis cum aliquibus mercationibus non permittatis de Segna recedere, nec cum mercatoribus Segnam ire.

Et quia per litteras nostras scripsimus capitaneo nostro culphi, et eidem dedimus in mandatis, ut subito mittere debeat ad partes Quarnarii nobilem virum ser Georgium Capello supracomitum nostrum culfi; ut ibi stet cum galea vobis commissa ad custodiam dicti culfi, volumus, quod cum dictus Georgius applicuerit ad partes Quarnarii, debeatis secum esse, et per concordium vel texeram unus vestrum remanat cum dicto

ser Georgio ad eius obedientiam et mandatum, et alter veniat ad partes Istrie ad custodiam terrarum et locorum nostrorum Istrie, donec aliud a nobis habueritis in mandatis.

Volumus insuper, et sic vobis committimus, quod donec eritis insimul, ambo facere debeatis capitaneriam ad zornatam.

Et ex nunc scribatur capitaneo nostro culphi, quod mittere debeat ad dictas partes Quarnarii nobilem virum ser Georgium Capello, et mittatur sibi copia presentis commissionis, et mandetur, quod ser Georgius suprascriptam commissionem factam dictis supracomitis debeat observare. De parte 60, de non 16, non sinceri 13.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V. p. 48, u mlet. arkivu.

CCXLI. God. 1412. 12 kolovoza, u Mletcih.

Knez Senjski po poslaniku uvjerava Mletčane, da napadaj u Istru obavljen bi bez njegova znanja.

1412. die 12 augusti. Capta in consilio centum. Quod respondeatur reverendo patri domino episcopo Vigiliensi oratori magnifici domini comitis Segnie ad ea, que parte domini sui nobis exposuit, videlicet: quia magnificus dominus comes sensit, dominationem vestram fuisse informatam, quod misit gentes suas ad damna et offensionem nostrorum subditorum et fidelium in partibus Istrie et similiter locorum nostrorum partium predictarum, et de hoc cum maxima displicentia gravari contra magnificentiam suam, quod talia consenserit facere etc. cum similibus verbis et expositione. Propterea misit ipsum dominum episcopum in suum ambaxiatorem ad nostram dominationem ad ostendendum innocentiam et sinceritatem suam, et quod hoc non processerit de mente et intentione sua, quia est paratus semper, ut fuit intentionis sue, vivere in bono amore, reverentia et caritate cum nostro dominio, et tractare nostrates dulciter, favorabiliter et benigne etc, et quod faciet debitam punitionem de illis, qui talia commiserunt. Vadit pars, quod respondeatur dicto ambassiatori, quod veritas est, quod per multas vias et modos fuimus informati, quod ipse gentes, misse ad partes Istrie ad damna et offensiones nostrorum subditorum et locorum nostrorum, misse fuerant per ipsum dominum comitem, de quo gravabamur immense, considerata quanta benivolentia et bona amicitia fuit continue inter nostrum dominium et nostrates ac illum magnificum dominum et suos subditos. Et per hoc non poterimus aliter facere, quam mirari et gravari et facere provisiones necessarias. Verum postquam dicit, hoc nullatenus fuisse de scientia et voluntate sua, quia nunquam consensisset talia contra dominationem nostram, imo quod omnino dispositus est providere contra tales delinquentes et perpetratores talis facinoris, quorum aliquos habet in manibus, ita quod erit pena eorum, et transibit ceteris ad exemplum etc., dicimus, quod, sicut primo nobis displicuit audire talia, sic nobis placet audire oppositum, et comprehendere suum animum et optimam voluntatem erga nostrum dominium, et quod hoc non processerit ab eo, et ulterius quod sit dispositus facere debitam punitionem; ita quod reddentes nos certos, quod sic effectualiter exequetur, sicut oretenus fecit

nobis exponi, disponimur erga suam magnificentiam similiter facere et observare; et sine dubio si sua magnificentia volet esse et perseverare in bona amicitia et benivolentia cum nostro dominio tanquam optimus civis et nobilis noster, sic dominatio nostra erit parata a parte sua facere et perseverare ac demonstrare amorem, quem gessimus magnificis progenitoribus suis et sue magnificentie antedicte, ob quam causam et multos alios respectus debet cognoscere nostram dominationem posse esse proficuam sibi et terris suis, et sumus contenti, quod nostrates possint ire, stare et trafficare in locis et terris suis, sicut continue potuerunt.

Item quia requirit dictus ambassiator, quod scribatur in favorem cuiusdam sui civis comiti nostro Pole, quem suum civem dicit habere debere certam pecunie quantitatem ab uno, qui obiit in Pola, sit in libertate dominii scribendi dicto comiti in favorem dicti subditi domini comitis aut aliter, secundum quod sibi placuerit De parte 68, de no-2, non sinceri 4.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V. p. 55 tergo, u mlet. arkivu.

CCXLII. God. 1412. 2 rujna, u Mletcih.

Njeki cresanin predložen za biskupa Osorskoga i Creskoga.

1412. die 2 septembris. Quod possit scribi summo pontifici et aliis, qui videbuntur, pro episcopatu Abseri pro uno ex hiis tribus, qui habuerit plures ballottas.

Remansit venerabilis vir frater Guido de ordine sancti Francisci, civis et habitator Chersi, electus per capitulum Chersi et Auseri.

Misti. Vol. 49. p. 133 tergo, u mlet. arkivu.

CCXLIII. God. 1412. 8 rujna, u Mletcih.

Republika moli kneza Fridrika celjskoga, neka joj izposluje mir sa kraljem Sigmundom.

1412. die 8 septembris. Ser Nicolaus Victuri, ser Rossus Marino, ser Franciscus Cornario, ser Johannes Mauro, ser Bartholomeus Nani, sapientes consilii; ser Andreas Justiniano, ser Barbonus Mauroceno, ser Franciscus Foscari, sapientes guerre. Quod isti nuncio magnifici domini comitis Cilii, qui parte domini sui obtulit, quod dictus dominus suus offert velle pignorare nostro dominio castrum Buchari, insulam Vegle et duo alia castra, que sunt in Dalmatia, que dicit velle pignorare ob necessitatem denariorum etc., respondeatur, quod dominus suus dominus comes Cilii semper fuit et est bonus frater et amicus nostri dominii, et omnia, que possumus facere pro ipso, semper faceremus tanquam pro fratre et amico nostro, sed super facto dictorum castrorum et locorum, que offert velle pignorare, dicimus, quod, sicut dominus comes predictus videt, nos pro presenti esse in guerra, et non videtur nobis pro nunc attendere ad accipiendum in pignora loca predicta; sed cum pervenerimus ad pacem, et dominus predictus velit pignorare loca predicta

poterit tunc huc mittere, et nos sibi respondebimus, prout videbimus fore conveniens et iustum.

Et quia dictus nuncius habuit dicere prudenti viro ser Francisco de Amadis, quod multum miratur, quod aliquis dominus ex circumstantibus non se interponat ad pacem inter dominum regem Hungarie et nostrum dominium, et quod per aliquos fuerat dictum dicto comiti Cilii, quod bonum esset, quod aliquis se interponeret ad pacem, ne sanguis christianorum spargeretur, et quod ad hoc non se interponebat, quia non fuerat per aliquem requisitus, nec sciebat intentionem Venetorum, et hec verba multum sint consideranda; vadit pars, quod dicatur dicto Francisco Amadi, quod per illum honestum modum, qui sibi videbitur, intrare debeat in verbis cum dicto nuncio super facto interpositionis alicuius domini ad pacem inter dictum dominum regem et nos, et quando sibi tempus congruum videbitur, dicto nuncio dicat, quod considerata bona amicitia et fraternitate, que semper fuit inter magnificum dominum suum comitem Cilii et nostrum dominium, scit, quod nostra dominatio de interpositione dicti domini comitis esset contenta. De parte 39.

Capta in consilio centum. Dominus dux vult, quod scribatur super ista parte domino comiti Cilii, quod intelleximus aliqua verba dicta per nuncium suum, quem ad presentiam nostram misit, cuidam civi nostro super facto interpositionis ad pacem inter dominum regem Hungarie et nostrum dominium. Et considerantes, quod semper fuimus cum excellentia sua coniuncti singulari fraternitate et benivolentia, dicimus, quod de omni sua interpositione ad pacem inter dominum regem Hungarie et nostrum dominium erimus magis contenti, quam de aliquo alio domino mundi, et sit, quis esse velit. De parte 50, de non 1, non sinceri 2.

Die 9 septembris. Littera scripta et missa magnifico domino Friderico comiti Cilii vigore partis ultrascripte.

Illustris et magnifice domine amice noster carissime, sincere dilectionis et caritatis augumentum. Fuit ad presentiam nostram fidelis vir Andreas Bevog, et ea, que sub vestris credentialibus litteris nobis exposuit, intelleximus ad plenum, cui responsionem fecimus, prout excellentie vestre oretenus explicabit. Sed quia dictus Andreas fidelis vester, dum loqueretur cum quodam cive nostro super factis guerre existentis inter serenissimum dominum Romanorum et Hungarie regem et nostrum dominium, dicto nostro civi habuit dicere, quod per aliquos dominos fuerat dictum excellentie vestre, quod bonum esset, ne sanguis christianorum spargeretur, quod vestra excellentia se interponeret, quibus talibus vestra excellentia respondit, quod guerra hec magnificentie vestre displicebat pro bono christianitatis, et quod de dicta interpositione vestra magnificentia per aliquem non fuerat requisita, nec sciebat intentionem nostram. Nos autem considerantes verba predicta, et quod semper fuimus cum vestra excellentia singulari benivolentia et fraternitate coniuncti, excellentie vestre dicimus, quod de omni vestra interpositione ad pacem tractandam inter serenissimum dominum Romanorum et Hungarie regem et nostrum dominium erimus magis contenti, quam de aliquo alio domino mondi, et sit, quis esse velit. Datum nono septembris, 1412.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V. p. 61, u mlet. arkivu.

CCXLVI. God. 1412 16 rujna, u Mletcih.

Papa šalje svoga poslanika preko Mletaka u Ugarsku u poslu mira.

1412. die 16 septembris. Capta in consilio centum. Cum ad nostram presentiam venerit quidam dominus Filipus de Bene ambassiator apostolicus, qui tendit ad partes Hungarie ad dominum regem pro parte domini pape, et sub litteris credentie nobis explicaverit, quod dominus papa eum mittit occasione tranquillitatis et pacis inter dominum Romanorum et Hungarie regem et nostrum dominium, et exinde ad inducendum et procurandum cum dicto domino rege, ut velit condescendere ad hoc; et quod habet insuper in speciali mandato sciendi a nostro dominio, quid velit ordinare et addere sibi in commissione, quoniam id libentissime exequetur et cum sincera mente etc.; et bonum sit sibi dare condignam responsionem, per quam appareat nostra optima dispositio et voluntas; vadit pars, quod respondeatur eidem oratori apostolico, quod alias et non tantum nunc cognovimus et per veram experientiam videmus optimam voluntatem et maximum desiderium sanctissimi domini pape, quod habet ad interponendum pacem inter serenissimum dominum regem et nostrum dominium, et in hoc totis sensibus suis et spiritibus operatus est dignissimas vices suas, ut tantum laudabile bonum deo et utilis fructus mundo consequi possit, de quo infinitas gratiarum actiones referimus beatitudini sue; et est verum, et hoc novit dominus papa, quod non defecit pro parte nostra, imo continue fuimus dispositi prona mente ad conclusionem concordii pacis et tranquillitatis, et sic apparet per effectum in missione tot nostrorum ambassiatorum et precipue propter praticam et tractatum existentem in manibus sanctitatis sue in urbe Rome, ad quam sanctitatem misimus nostros ambasiatores cum libertate plenaria; et scit sua beatitudo, quod id, pro qua destitit, fuit, quia ambassiator regius non habebat sindicatum in plena forma et sufficienti sed in speciali pro factis et differentiis solum Dalmatie, et sicut nomine regis Hungarie et non nomine Romanorum regis; subsequenter multe evidentie apparent a parte nostra, quod semper optavimus pacem iustam et rationabilem; et sicut continue hec fuit nostra intentio, sic perseveramus constanter, nam continuo reperiemur dispositi et parati ad omnia rationabilia et honesta, que sint inductiva pacis, et quamquam simus certi, sanctissimum dominum papam informatum sapientissime et ad plenum de iuribus nostris propter continuas praticas, sufficienter advisasse ipsum ambasiatorem suum et de veritate rerum, tamen etiam subiungimus, ut particularius habeat in memoria et consideratione mentis sue ea, que requiruntur pro bona conclusione pacis, videlicet quod deliberante domino rege suum ambassiatorem mittere ad sanctissimum summum pontificem, sicut etiam nostre mentis et voluntatis extitit et est mittere velle, procuretur, quod mittat illum cum sufficienti et plenissimo mandato et libertate et tam nomine Romanorum regis quam nomine regis et corone Hungarie et generaliter pro omnibus et singulis litibus, questionibus, controversis et differentiis existentibus inter partes in tali efficaci forma, quod non remaneat ob defectum sindicatus, quin bona pax et concordium sequi possit inter partes. De parte omnes alii, de non 0, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V. p. 63 tergo, u mlet. arkivu.

CCXLV. God. 1412. 24 rujna, u Mletcih.

Dozvoljeno njekim Zadranom zatočenim u Mletcih, da se za mjesec dana mogu povratiti u Zadar.

1412. die 24 septembris. Cum comparuerit ad presentiam nostri dominii quidam Simon de Galio nobilis Jadre, unus ex illis, qui missi fuerunt Venetias ad confine de nostro mandato, exponens, quod de mense presenti mortua est eius uxor, relictis filiis suis, quorum unus est etatis quindecim mensium, et alii parvi; et dimissis bonis suis omnibus sine aliquo ordine vel regula, et cum non habeat aliquem atinentem, cui possit facta sua comittere, nisi per nostrum dominium sibi succurratur, omnino remanebit consumptus; et propterea humiliter supplicavit, ut dignetur nostrum dominium eidem gratiose concedere, quod possit ire Jadram per aliquod tempus ad providendum de filiis et familia et bonis suis, ne ex toto remaneat consumptus, et pium sit eidem compati; vadit pars, quod concedatur eidem Simoni Galio considerato casu predicto, quod possit ire Jadram per unum mensem ad providendum de familia sua et filiis, quo elapso teneatur reverti Venetias; et sic scribatur rectoribus nostris Jadre De parte 72, de non 5, non sinceri 0.

Et similiter concedatur Michaeli de Galelo de Jadra, quod possit ire ad insulam Pagi ad providendum factis suis, et ibi stare per unum mensem, quo elapso debeat reverti Venetias.

Cum rectores nostri Jadre scribant per litteras suas, virum prudentem Antonium Sclavum comitem None esse infirmum, et hortantur nostrum dominium, ut velimus ei concedere, quod pro liberatione persone sue possit venire Venetias; et dictus Antonius hoc similiter per suas litteras cum maxima instantia supplicet; vadit pars, quod scribatur rectoribus nostris Jadre, quod dare debeant licentiam dicto Antonio veniendi Venetias per unum mensem, dimittendo ad custodiam None loco sui Batistam de Verona, quem dicti rectores dicunt esse fidum et ferventissimum ad honorem nostri dominii, donec per nostrum dominium aliter fuerit provisum.

Misti. Vol. 49. p. 136, u mletačkom arkivu.

CCXLVI. God. 1412. 4 listopada, u Mletcih.

Mletčani neće da stupe u savez s napuljskim kraljem u obće doli samo proti Sigmundu.

1412. die IV octobris. Ser Thomas Mocenigo procurator, ser Antonius Contareno, sapientes consilii; ser Franciscus Bernardo, ser Laurentius Bragadino, sapientes guerre. Capta in consilio centum. Cum ad nostram presentiam comparuerit egregius vir iudex Pandellus ambassiator serenissimi domini regis Ladislai, et nostro dominio prudenter et in effectu explicaverit, dominum suum dominum regem sibi misisse sindicatum in plena forma cum libertate tractandi et praticandi ligam et unionem nobiscum, faciendo spetialem mentionem de capitulis iam nobis missis parte regia per consulem nostrum, et addendo alia tria capitula de novo missa, super quibus omnibus capitulis petit, si est de benepla-

cito mentis nostre intrare in tractatum et praticam, et quid velimus ordinare super hoc; et pro nostro dominio faciat considerare multos respectus super hac re tanti ponderis et importantie, et non obligare nos ad rem, que posset esse damnosa et periculosa statui nostro; imo inspectis variis voluntatibus et appetitibus dominorum mundi, requiritur, previdere ad evitationem multorum inconvenientium, et pretendere ad propriam et veram salutem nostram; et per consequens dare responsum congruum et honestum, per quod possimus remanere nisi in bono amore secum; vadit pars, quod respondeatur dicto ambassiatori iudici Pandello in hac forma, videlicet:

Quod audivimus et intelleximus ea, que prudenter pridie nobis exposuit parte regia super facto nove expositionis et ambassiate sue ac libertatis, quam dicit habere, et sibi missam pro tractando illam et unionem in forma capitulorum notatorum et cum additione aliorum trium capitulorum et ultimum de peticione, si est de beneplacito nostro intrare ad praticam lige predicte. Ad que sincero animo respondemus et clarissime, ut facere debent veraces amici, quod semper firmi prepositi nostri fuit et est, antiquam amicitiam et sinceram benivolentiam vigentem inter regiam maiestatem suam et nostrum dominium non solum conservare sed augere de bono in melius, nam omnem felicem statum suum proprium reputamus, et per consequens fuit nostre intentionis et est devenire ad tractatum et praticam lige; sed visis capitulis nobis parte regia porrectis et continentia ipsorum, quia nostre mentis fuit et est pretendere ad ligam particularem, videlicet contra dominum novum electum Romanorum Hungarie regem, inimicum manifestum regie maiestatis et nostrum, sicut fecimus sibi dici et declarari per consulem nostrum ser Johannem Lauredano, propterea si ipse dominus ambassiator regius nobis declaret, velle attendere ex beneplacito regie maiestatis ad talem ligam particularem, in bona gratia et alacritate poterimus intrare ad praticam. Quando vero non, nos sibi declaramus cor nostrum caritative et amicabiliter, quod pro nostro dominio cognoscimus non facere ad intrandum in tractatum lige generalis per modum capitulorum predictorum. Et propterea ad beneplacitum suum ipse dominus ambassiator nobis potest prebere responsionem, ut possimus deliberationem facere in dicto facto. De parte 49.

Ser Rossus Marino sapiens consilii, ser Bertucius Pisani sapiens guerre. Volunt, quod pars suprascripta debeat differri usque diem martis proximum. De parte 41, de non 1, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V. p. 66 tergo, u mlet. arkivu.

CCXLVII. God. 1412. 13 listopada, u Mletcih.

Celjski knezovi Erman i sin mu Fridrik kao posriednici mira medju Mletčani i Sigmundom.

1412. die XIII octobris. Ser Sanctus Venerio consiliarius. Cum comparuerint ad presentiam nostri dominii duo ambaxiatores illustris domini Hermanni comitis Cilie et magnifici domini comitis Fedrici filii sui primogeniti, et exposuerint pro parte dicti domini comitis Hermanni,

quod dictus comes audivit literam, quam nostra dominatio scripsit, per quam denotabat, quod dominatio nostra magis esset contenta de interpositione sua ad pacem tractandam inter serenissimum dominum Romanorum et Hungarie regem et nostrum dominium quam aliquo alio domino mundi, ipse dominus suus propter amorem, quem habet nostro dominio, et pro bono tranquillitatis et pacis est contentus se interponere et operari ad dictam pacem et concordium tractandum. Et propterea petit, ut per nostrum dominium provideatur de viis et modis, qui videbuntur nobis pro possendo dare principium concordio et paci tractande; et subiunserunt dicti ambassiatores, quod dictus dominus suus comes prefatus libenter vellet habere penes se ad dictum concordium et pacem tractandam magnificum dominum magnum comitem palatinum Hungarie generum suum, addentes, quod vellimus eis presto respondere, quia quanto cicius tanto melius, et utile sit dictis ambassiatoribus, considerata importantia istorum negotiorum, presto respondere; vadit pars, quod respondeatur dictis ambassiatoribus, quod audivimus et plene intelleximus ambasiatam, quam nobis fecerunt sapienter ex parte illustrium dominorum suorum intimorum amicorum nostri dominii, per quam dicti domini comites se offerunt et contenti sunt velle se interponere ad pacem et concordium inter serenissimum dominum Romanorum et Hungarie et nostrum dominium, videmus et cognoscimus suam bonam et optimam voluntatem et dispositionem, quam habent erga nostrum dominium, et de ista sua oblatione et interpositione excellentie sue referimus dignas gratias. Et sicut per litteras nostras scripsimus, sic modo replicamus et confirmamus, quod sumus magis contenti de interpositione suarum excellentiarum ad tractandum pacem et concordium inter dictum dominum regem Romanorum et Hungarie quam alicuius alterius domini mundi, quia speramus, quod mediante gratia dei et magna sua sapientia et optima et bona voluntate sua pax et concordium, quod tractabitur per excellentiam suam, habebit bonam et pacificam conclusionem, quia semper fuerunt meditatores quietis et pacis. Et quia intentio sue excellentie esset habere penes se magnum comitem palatinum Hungarie, ad hoc dicimus, quod nostra dominatio semper fuit coniuncta cum dicto comite palatino singulari amicitia et benivolentia, et ob hoc sumus contenti, quod excellentia sua habeat penes se secundum suam requisitionem eumdem dominum magnum comitem ad tractandum dictum concordium et pacem, quia dictus comes palatinus Hungarie tanquam sapientissimus erit semper dispositus apud excellentiam suam invenire modos et vias pacis et quietis. Verum quia dicti ambassiatores ex parte dicti comitis Cilie dixerunt, quod vellimus providere de viis et modis, qui nobis viderentur pro possendo dare principium concordio et paci tractande, et eos requisivimus, si serenissimus Romanorum et Hungarie rex est contentus de interpositione dicti illustris domini sui comitis, et dicti ambassiatoris responderunt, dictum serenissimum dominum regem Romanorum et Hungarie de hoc nichil scire; ad hoc respondemus, quod si dictus dominus rex Romanorum et Hungarie erit contentus de interpositione dictorum dominorum comitum Cilie, erimus parati mittere ad presentiam dicti domini comitis Cilie ad partes suas Cilie vel ad alias partes, ubi se reperiet excellentia sua, nostros ambasiatores cum libertate

et sindicatu ad plenum pro possendo tractare et concludere pacem per interpositionem suam inter dictum Romanorum et Hungarie regem et nostrum dominium, nam semper excellentia sua inveniet nostrum dominium paratum et promptum ad omnia ea, que possint inducere pacem convenientem et rationabilem pro utraque parte. Et in isto casu rogamus suam excellentiam, ut sibi placeat mittere salvosconductos necessarios tam domini regis Hungarie quam aliorum in forma sufficientii et necessaria pro ambassiatoribus nostris, ita quod secure possint ire ad presentiam suam ad quascumque partes, ubi esset, stare et rederi sine novitate vel impedimento. Et pro anticipando tempus, et sciendo de viis et modis, quibus possit dari principium tractatui predicto, et dato ordine cum ipsis dominis, ac habita intentione et consilio eorum, nobis scribat, ut possimus facere illas provisiones, que nobis videbuntur utiles et necessarie. De parte 12.

Capta in consilio de centum. Ser Antonius Mauro procurator, ser Nicolaus Victuri, ser Antonius Contareno, sapientes consilii; ser Bertucius Pisano, ser Barbono Mauroceno, ser Laurentius Bragadino, ser Marcus Bragadino, sapientes guerre. Volunt, quod respondeatur dictis ambassiatoribus in hac forma:

Quod audivimus et plene intelleximus ambassiatam, quam nobis fecerunt sapienter ex parte illustrium dominorum suorum intimorum amicorum nostri dominii per quam dicti domini comites se offerunt et contenti sunt velle se interponere ad pacem et concordium inter serenissimum dominum Romanorum et Hungarie regem et nostrum dominium, videmus et cognoscimus suam bonam et optimam voluntatem et dispositionem, quam habent erga nostrum dominium, et de ista sua oblatione et interpositione excellentie sue referimus dignas grates. Et sicut per litteras nostras scripsimus, sic modo replicamus et confirmamus, quod sumus magis contenti de interpositione suarum excellentiarum ad tractandum pacem et concordium inter dictum dominum regem Romanorum et Hungarie quam alicuius alterius domini mundi, quia speramus, quod mediante gratia dei et magna sua sapientia et optima et bona voluntate sua pax et concordium, quod tractabitur per excellentiam suam, habebit bonam et pacificam conclusionem, quia semper fuerunt mediatores quietis et pacis. Et quia intentio sue excellentie esset, habere penes se magnificum magnum comitem palatinum Hungarie, ad hoc dicimus, quod nostra dominatio semper fuit coniuncta cum magno domino comite palatino singulari benivolentia et amicitia, et ob hoc sumus contenti, quod excellentia sua habeat penes se secundum suam requisitionem eundem dominum magnum comitem ad tractandum dictum concordium et pacem, quia dictus comes palatinus Hungarie tanquam sapientissimus erit semper dispositus apud excellentiam suam invenire modos et vias pacis et quietis. Verum quia dicti ambassiatores ex parte dicti comitis Cilie dixerunt, quod velimus providere de viis et modis, qui nobis viderentur pro possendo dari principium concordio et paci tractande, dicimus, quod ut possitur invenire vie et modi, quibus possit dari principium tractatui concordii et pacis tractande, et pervenire ad bonam conclusionem, terminavimus mittere ad presentiam dictorum dominorum comitum nostros solemnes ambassiatores, ut possint deo dante dictum concordium

ad pacificam conclusionem deducere, qui ibunt Justinopolin vel usque Haspurch, et ibi expectabunt salvosconductos necessarios et scortas sufficientes, ut possint cum securitate ire ad presentiam dictorum dominorum comitum, stare et redire.

Et ex nunc sit captum, quod pro eundo ad presentiam dictorum comitum serenissimi domini regis Romanorum et Hungarie, si erit necesse ista de causa, eligi debeant per scruptinium in isto consilio duo nostri ambaxatores, qui possint eligi de omni loco et officio, de indicatu petitionum, de auditoribus et advocatoribus et de officio continuo, non accipiendo nisi unum pro offitio, et reservando eis officium, si fuerit continuum, qui teneantur statim respondere vel cras ad terciam, et non possint refutare sub pena ducatorum ducentorum. Et si refutarent pro eundo extra, teneantur transire alpes vel Quarnarium, et stare ultra per duos menses, et habeant ducatos centum pro quolibet pro ista ambaxata, et possint eligi ad omnem rem, ac si essent presentes Venetiis; ducere debeant tres domicellos et tres ragatios pro quolibet, unum notarium cum uno famulo, unum mareschalcum, unum cochum, unum expensatorem, unum turcimanum et tres saumas, et possint expendere ducatos centum in die non computatis nabulis navigiorum nec agoziis equorum. De commissione autem sua ante suum recessum providebitur, prout isti consilio apparebit. De parte 70. Electi ambassiatores: Ser Thomas Mocenigo procurator, ser Antonius Contareno quondam ser Marini.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V p. 70, u mlet. arkivu.

CCXLVIII. God. 1412. 18 listopada, u Mletcih.

Senj i nadalje stisnut s mora, ali se knezu senjskomu dozvoljuju njeke polaštice.

1412. die XVIII octobris. Capta in consilio centum. Cum fuerit ad presentiam nostram ambassiator magnifici domini comitis Segne cum maxima instantia rogando nostrum dominium ex parte dicti domini comitis, quatenus nobis placeat removeri facere galeotas nostras presentialiter existentes ad custodiam culfi Quarnarii, ut omnia navigia possint ire cum mercantiis omnibus ad partes Segne, sicut primitus ibant, et cum super hoc sit habenda maxima advertentia, quia illa via presenti tempore multum facit pro factis nostris; vadit pars, quod respondeatur predicto egregio ambassiatori, quod pro nunc non possemus removeri facere galeotas nostras custodientes culfum Quarnarii, quia inde multa portantur et conducuntur ad partes Segne et postea in Hungariam, que habent redundare in maximum comodum et utilitatem inimicorum nostrorum et sinistrum agendorum nostrorum, ex quo dictus dominus comes debet habere nostrum dominium excusatum. Et ad vetandum predicta multum facit statui nostro, propterea volumus et nostre intentionis est, quod dicte galeote remaneant ad dictam custodism ad vetandum, ne navigia aliqua, cuiuscumque conditionis existant, vadant Segnam cum aliquibus mercantiis et rebus nisi navigia nostra et sua recedentia de Ve-

netiis de voluntate dominationis nostre; permittendo nichilominus omnia navigia recedentia de Segna et de locis dicti domini comitis cum suis mercantiis venire Venetias. Sed tamen volumus ad complacentiam et requisitionem dicti magnifici domini comitis Segne, quem tenemus in filium et bonum amicum nostre dominationis, sibi complacere, quod ille duodecim butte olei, que sunt arrestate in Arbo, dentur et relaxentur, ut vadant Segnam pro usu locorum dicti domini comitis, et omnes alias res, que forent necessarie pro usu suorum locorum, possit extrahi facere de Venetiis cum suis navigiis, et etiam quod possit pro usu locorum suorum extrahi facere salem Pagi, prout sibi placebit; et ultra hoc etiam dicatur dicto ambassiatori, quod pridie per suos derobatum fuit in territorio nostro Raspurch, et de predicta derobatione dictum fuit domino episcopo Vigiliensi, ut deberet dicere dicto domino comiti et tenere modum in effectum, quod dicta damna restituerentur, qui nobis facere promisit, tamen ab inde citra nulla restitutio secuta est. Propterea dicere debeat dicto domini comiti, et tenere modum, quod nostri habeant suum, sicut iustum est, quia nostre intentionis est, quod dicta damna nostris restituantur. Et ut dicta via sit bene custodita, ne per ipsam vadat aliquod subsidium et favor inimicis nostris, scribatur patronis dictarum galeotarum, quod bene advertant et custodiant, ne navigia aliqua vadant Segnam nisi navigia recedentia de Venetiis et navigia dicti domini comitis discedentia de Venetiis, permittendo nichilominus navigia recedentia de Segna et de locis dicti domini comitis cum suis mercantiis venientia recto tramite Venetias libere venire, et similiter libere ire permittant salem de Pago pro usu locorum dicti domini comitis, ut dictum est. Et scribatur etiam regimini Jadre, quatenus permittant et relaxent quamdam barcham dicti domini comitis captam per capitaneum nostrum culfi, et sic debeat dici per nostrum dominium dicto ambassiatori, quod propter complacentiam dicti domini comitis eam relaxari faciemus. De parte 69, de non 2, non sinceri 4.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V p. 71, u mlet. arkivu.

CCXLIX. God. 1412. 21 listopada, u Mletcih.

Odgovara se načelniku i občini Gjenuvejskoj u poslu mira.

1412. die 21 octobris. Capta in consilio centum. Quod respondeatur magnifico domino marchioni Montisferrati capitaneo Janue et magnifice comunitati Janue in hac forma: Per continentiam litterarum illustris fraternitatis vestre satis late comprehendimus, quamdiu egre vestra sincera affectio tulerit damnosa dissidia, que in presenti vigent inter serenissimum dominum Sigismondum regem Romanorum et Hungarie etc. et nostrum dominium, et ob remotionem eorum sic alias vestra humanitas se obtulit, ita et de novo per ambassiatores vestros ituros ad presentiam dicti serenissimi domini multum amicabiliter se offert si quid boni poterit procurare, ut cessent dissidia premissa, quas tanto letiores recepimus, quanto fraternitatem vestram ad commoda nostra de die in diem cognoscimus promptiorem, cui de tam amicabili et fraterna obla-

tione uberes gratias referimus, dispositi semper vice versa ad cuncta concernentia comodum et honorem vestrum; declarantes excellentie vestre, quod per multos dominos et comunitates, quibus huiusmodi novitates et discordia displicent, fuimus requisiti de volendo se operari, ut guerra inter dictum dominum regem et nos existens removeatur, quibus continue respondimus et sic vestre illustri fraternitati declaramus, nostrum dominium fuisse et esse dispositum cum dicto serenissimo domino rege pacifice vivere et ad pacem venire, dummodo illam habere possimus rationabilem et honestam. Et quia fraterne cum excellentia vestra comunicare intendimus, eidem notificamus, quod propter aliqua ratiocinia habita et facta inter illustrem et magnificum dominum Hermanum comitem Cilie et serenissime domine regine Romanorum et Hungarie genitorem terminavimus ad presentiam dicti domini comitis nostros solemnes oratores iam electos et in brevi recessuros destinare, ut pax et concordium sequi possit inter partes, sed nichilominus, quando ambassiatores vestri hic Venetiis erunt, si per Venetias transitum facient, si erit necessarium suas sapientias operari circa bonum pacis et concordie predicte, in eum, quod videbimus necessarium fore, eos confidenter et amicabiliter operabimus tanquam veros et bonos amicos nostros. Verum quia in conclusione vestrarum litterarum tangitis, ut pro vestris ambassiatoribus predictis nostrum liberum et amicabilem salvumconductum velimus excellentie vestre destinare, respondemus, quod talis requisitio non erat nec est necessaria, quia omnes cives, subditi et fideles vestri ad civitatem nostram Venetiarum et quaslibet alias terras et loca nostra secure et tute venire, stare et recedere possunt, prout possunt nostri cives et Veneti proprii. Sed cupientes fraterne requisitioni vestre satisfacere, dictum sulvumconductum mittimus excellentie vestre presentibus introclusum. De parte 74, de non 1, non sinceri 0.

Litera salviconductus. Michael de Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis nobilibus et sapientibus viris . . . de suo mandato potestatibus, capitaneis, provisoribus et aliis quibuscumque offitialibus et rectoribus suis nec non capitaneis et conductoribus gentium nostrarum tam equestribus quam pedestribus et quibuscumque aliis stipendiariis et provisionatis nostris presentes nostras litteras inspecturis, tenore presentium facimus manifestum, quod nos iuxta fraternam et amicabilem requisitionem nobis factam per illustrem et magnificum dominum Theodorum marchionem Montisferrati capitaneum Janue et magnificam comunitatem Janue fratrem et amicos nostros carissimos tutum, liberum et securum salvum conductum fecimus et facimus reverendo in christo patri domino Benedicto Buchanigra episcopo Vintinuliensi et egregiis et spectabilibus viris dominis Stephano Catanio et Nicolao Spinola legum doctoribus et domino Francisco Justiniano de Gabrielis ambassiatoribus dicti illustris domini marchionis capitanei et magnifice comunitatis Janue ituris ad serenissimum dominum Romanorum et Hungarie regem possendi ad civitatem nostram Venetiarum et ad quaslibet terras et loca nostro dominio supposita cum familiaribus usque ad numerum de quadraginta et totidem equis tute, libere et secure venire, stare et recedere, prout fuerit de sue beneplacito voluntatis. Et propterea fidelitati vestre et cuiuslibet vestrum scribimus et mandamus, quatenus supra-

scriptos dominos ambassiatores cum eorum pannis, valisiis, et aliis quibuscumque rebus suis per terras, passus, castra alia loca nostra vobis comissa transitum facientes eundo, deundo tractare et expedire ac tractari et expediri facere debeatis libere, secure, favorabiliter et benigne, omni impedimento, novitate et arrestatione omnino cessantibus, in quantum habetis gratiam nostram caram, et prout de fidelitate et obedientia vestra fidem habemus indubiam. Datum XXIII. octobris, indictione sexta, MCCCCXII.

Illustri et magnifico domino Theodoro marchioni Montiferrati capitaneo Janue. Literas excellentie vestre, per quas vestra illustris fraternitas amicabiliter et libenti animo se obtulit in sua specialitate vel comuniter cum magnifica comunitate Janue, vel singulariter, si aliquid possit operari pro reconciliando animos nostros cum serenissimo domino Romanorum rege etc., letanter recepimus, comprehendentes humanam et fraternam oblationem vestram in tam laudabili negotio esse dispositam suas amicabiles partes interponere, et cognoscentes illam ex fraterno caritatis ardore procedere, excellentie vestre abunde regratiamur, dispositi similiter ad omnia, que excellentie vestre conspiciant, comoda et honores. Verum quia excellentia vestra simul cum magnifica comunitate Janue nobis super hac materia scripsit, exellentie vestre et magnifice comunitati predicte responsionem fecimus, prout eadem excellentia comprehendere poterit per litteras, quas scribimus presentibus alligatas.

Secreta consilii rogatorum. V. p: 71, u mlet. arkivu.

CCL. God. 1412. 30 listopada, u Mletcih.

Naputak providurom o osvojenju Trogira.

1412. die XXX octobris. Capta in consilio C. Quod scribatur et mandetur capitaneo nostro culphi ac nobili viro ser Zacharie Trivisano militi, quod habita tenuta et possessione Sibinici, sicut speramus eos habituros, in brevi cum gratia dei, quanto prestius poterunt, debeant intrare in praticam cum illis de Tragurio per illos modos et vias, qui et que sibi utiliores videbuntur, ut terra Tragurii veniat sub iurisditione et obedientia nostra; reducentes eis ad memoriam, quod semper nostro dominio supplicarunt, quod non faceremus eos molestari neque damnificari, quia posito fine factis Sibinici, facerent id, quod illi de Sibenico, et suadentes illis cum illis verbis et rationibus, que eis utiles videbuntur, quod velint esse fideles et subditi nostri, et illam terram nostro dominio consignare, quia in hoc casu sumus dispositi, eos bene et humane tractare, tanquam caros et dilectos subditos et fideles nostros. Et quando aliter facerent, nos aliter facere non poterimus, quam providere et procedere contra eos, sicut nobis videbitur. Et facta procuratione et instantia possibili et convenienti, si erunt contenti venire sub obedientia et fidelitate nostra, sumus contenti, quod illos acceptare debeant, et eis promittere, quod bene et dulciter tractabimus eos, et quod regemus eos et terram illam cum illis modis, pactis et conditionibus, cum quibus alias habuimus et reximus terram illam. Et si hoc facere

et obtinere poterunt, valde placebit nobis. Si vero viderent, quod essent contenti nostro dominio se subiicere, et caderet differentia in pactis et conditionibus suprascriptis, sumus contenti, ut non restet conclusio tanti boni, quod eos acceptare possint cum pactis et conditionibus, cum quibus acceptavimus illos de Sibenico. Si vero starent obstinati, et nolent attendere ad praticas suprascriptas, nec nostro dominio obedientiam exhibere, informent subito nos de viis et modis, per quos posset procedi et provideri contra eos et terram illam, ut reducantur ad obedientiam nostram, quia tunc providebimus, sicut fuerit opportunum. Et si ambo predicti, videlicet capitaneus culphi et ser Zacharias Trivisano, non essent vel esse non possent simul ad faciendum predicta, quilibet eorum habeat libertatem predictam, sicut videbunt esse utilius et melius pro presta et bona executione istius nostre intentionis. De parte omnes alii, de non 3, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum V. u mlet. arkivu.

CCLI. God. 1412. 30 listopada, u Mletcih.

Uvieti, pod kojimi su Šibenčani predavali svoj grad Mletčanom.

Privilegium dominorum Venetorum in adoptione civitatis Sicensis. Nos Michael Steno dux Venetiarum etc. nec non consules sui ad hoc deputati etc. et universum consilium civitatis Venetiarum unanimes et concordes, nemine nostrorum discrepante, promittentes promissionibus iuramus super venerabile signum sancte crucis, super libro evangeliorum vobis Sibenicensibus pro vestra gloriosa fidelitate omnia et singula infrascripta plene, fideliter et firmiter attendere et adimplere perpetuis temporibus, et in nullo contrafacere vel venire ullatenus per nos et successores nostros nec per alios aliquo modo vel causa, ingenio vel colore.

Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam presentibus quam futuris presens privilegium inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum. Quum per venerabilem virum fratrem Simeonem sacre pagine bacalarium ambasciatorem et pro parte insignium fidelium et devotorum nostrorum capitanei communitatis et hominum Sibenici, qui ab illo inspirati et commoti, qui aspera potenter in plana convertit, postpositis guerrarum ignibus et odiorum rancoribus atque flammis, que inter nostrum dominium et republicam eorum aliquo tempore viguerunt, sponte sua et de communi consensu et voluntate omnium incolarum Sibenici ad nostre benignitatis gremium voluerunt habere recursum, civitatem ipsam, homines Sibenici, castra, districtum, iura, insulas et iurisdictiones eidem terre spectantes motu suo proprio et liberali in manibus nostris offerendo, et exhibendo non nulla capitula et petitiones, que porrecta fuerunt, prout sunt inferius annotata et distincta. Nos illustrium predecessorum nostrorum vestigia immitati, qui benignitatem et gratiam erga omnes ad nos se placantes humiliter demonstramus, ipsorum Sibenicensium peticionibus inclinati, ac eosdem in nostre protectionis et defensionis brachio suscipientes benignius et recommissos de solita clementia nostra, que in nostrorum fidelium com-

modis, non lassatur, ut idem benignitatem nostram amplius recognoscant, ac ipsa capitula et peticiones diligenter et mature examinata, cum auctoritate nostrorum consiliorum ad hec specialiter constituorum deliberavimus respondere, illa modificantes aliquantulum, secundum quod ad quodlibet ipsorum capitulorum pro responsione distincte et particulariter annotatur.

Capitulum I. Primo namque promittimus, vos et quemlibet vestrum tueri et defendere contra omnes vos molestare et damnificare volentes, et vos manutenere in omnibus et singulis libertatibus et preheminentiis, quas habuerunt et habent a domino Ludovico bone memorie rege Ungarie ac Sigismundo rege suo successore et ab aliis regibus Ungarie, et in nullo tangere vel minuere, sed in totum et per totum attendere et adimplere perpetuis temporibus, ipsosque regere et gubernare per illum modum et formam, per quem et quam idem rex Ludovicus consuevit vos regere et gubernare secundum ipsorum statuta et reformationes et consuetudines et non aliter, non imponendo vobis vel alicui vestrum aliquam iniuriam, vaniam, offensiones, gravamina et onera aliquo modo vel causa. Ad hoc primum capitulum respondeatur, quod promittimus illam communitatem et habitatores et subditos Sibenici tueri et defendere ac manutere contra volentes ipsos molestare et damnificare, et quod serventur in omnibus et singulis libertatibus, preminentiis et conditionibus, in quibus erant ultima vice, quando tenebamus et possidebamus illam terram, et ipsam regere et gubernare per modum et formam et cum illis statutis et consuetudinibus, quibus regebamus illam tempore nostri dominii suprascripti, nec non cum reformationibus circa auctione et reformatione comitatus et territorii et confinium a parte terre de novo aquisitorum per eos.

Capitulum II. Item quod sint de novo facte et create de consillo in consilio civitatis Sibenici viginti domus de illis, quibus placuerit illis, qui sunt vel erant illo tempore ellecti a populo civitatis Sibenici sive capitaneo, statim quando intrabunt civitatem, et quod omni anno in festo S. Michaelis archangeli elligatur una domus a populo per consilium generale Sibenicensium, et ut fiant de consilio antedicto; et illa domus, que elligetur per partem maiorem generalis consilii Sibenicensis, obtineat plene. Ad hoc secundum capitulum respondeatur, quod placet nobis ut iacet.

Capitulum III. Item quod pro fidelitate dictorum Sibenicensium volumus, quod semper perpetuis temporibus omni anno alevietur et defalchetur Venetiis de datio vini Sibenici et eius districtus apportati Venetiis per cives et habitatores Sibenicenses unum ducatum pro qualibet amphora, ita et taliter, quod semper omni anno vinum Sibenicense solvat pro dacio minus unum ducatum pro amphora quam vinum Tragurii solveret, et quod Venetiis ullo modo ulloque tempore imponatur aliquod maius datium seu onus super aliqua mercimonia per Sibenicum empta vel vendita, nisi tantum, quantum modo seu ad presens solvunt. Ad hoc tertium capitulum respondetur, quod, ut cognoscant et sentiant gratiam et benignitatem nostri dominii et dulcedinem nostram propter guerram et damna recepta in hac guerra, sumus contenti complacere sibi difalcationem unius ducati de datio, quod solebat solvi pro amphora per illos

de Sibenico de vino nato in districtu Sibenici, quod conducetur per Sibenicenses, debendo accipere contra litteram a rectore nostro de quantitate vini, et quod sit natum in territorio Sibenici.

Capitulum IV. Item quod non possint alium mittere pro comite Sibenici nisi nobilem de Venetiis, et quod non debeat magis habere pro salario a commune Sibenici nisi ducatos septingentos annuatim pro salario a commune Sibenici; qui comes insimul cum iudicibus Sibenicensium debeat iustitiam amministrare secundum statuta, reformationes et consuetudines Sibenicensium, et aliter non. Ad hoc quartum capitulum respondetur, quod placet nobis, ut habeant nobilem nostrum pro eorum contentamento et beneplacito cum salario, quod specificant, et quod rector sit cum illa commissione sive facta iustitie administrande, quemadmodum fuit ultima vice, quando illa terra fuit sub nostro regimine, videlicet quod in criminalibus delictis exorentibus spectat solum ad rectorem, et in levibus delictis, in quibus incurrit pena pecuniaria vel carceris, et similiter in civilibus spectet ad rectorem et ad tres iudices elligendos, secundum quod deliberatum fuerit per maiorem partem ipsorum rectoris et trium iudicum, que intelligatur esse illa, in qua erit rector noster.

Capitulum V. Item quod non possint imponere aliquod datium, collectam seu gabellam, nec aliquod aliud gravamen in civitate Sibenici et eius districtu in genere nec in specie, nisi et prout ea, que ad presens sunt. Ad hoc quintum capitulum respondetur, quod placet nobis, ut iacet.

Capitulum VI. Item quod ducale dominium teneatur ponere ad eorum expensas tantam potentiam, quod statim recipiatur castrum fabricatum in Sibenico, et nos iuvabimus et auxiliabimur quantum poterimus per dominum Petrum Mislgien, et capto vel recepto, statim sine aliqua mora ipsum facere destruere in totum, et nec ibi nec alibi in aliquo loco in dicta civitate et eius districtu quod non possint nec debeant aliquo modo vel causa, ingenio et colore de novo castrum vel aliquam fortilitiam facere vel edificare ulloque tempore in eternum. Ad hoc sextum capitulum respondetur, quod placet nobis.

Capitulum VII. Item quod promittant, quod nunquam seu ullo tempore ipsi dimittent nos alicui domino vel persone, nisi quod soli dominentur nobis, quia nunquam velemus habere aliud dominium nisi vestrum; et si aliquo modo vel casu accideret, quod ducale dominium se cum rege concordaret vel cum alio aliquo, ut nos deberent eis dimittere, quod illo tunc dictum ducale dominium teneatur et debeat facere pacta pro nobis, et non imputetur nobis de hoc quicquam, et quod ille vel illi, cui vel quibus ipsi nos concesserint seu dederint, ut ex pacto nos debeant conservare in libertatibus supranominatis in primo capitulo, et quod illo tunc ducale dominium teneatur dare illas duas turres, quas ad presens tenent in portu Sibenici, ad manus et commune Sibenicense, vel eas totaliter et in totum destruere a fundamento. Et eveniente casu predicto, si fuerit aliquis de Sibenico, cui non placeret illa permutatio dominii, et vellet transire Venetiis stare, quod ille talis sit et habeatur pro cive veneto. Ad hoc septimum capitulum respondetur, quod placet nobis, ut in ipso continetur.

Capitulum VIII. Item si quo modo aliquando comes Cetine vel sui homines aut servitores facerent aut committerent aliquod damnum seu iniuriam Sibenico, vel in eius districtu, quod ducale dominium statim teneatur recipere illam totam pecuniam et proprietatem cum lucro, quas habet idem comes Cetine Venetiis in deposito seu in camera ad lucrum, et eas debeat dare communitati Sibenicensi, et commune Sibenici debeat eam dividere pro rata illis damna passis. Ad hoc octavum capitulum respondetur, quod placet nobis, ut in ipso continetur.

Capitulum IX. Item quod Scardona sit et esse debeat perpetualiter sub dominio Sibenici, et quod omnia illa bona, que fuerunt subiecta castro Scardone, sint communis Sibenici, non obstante si usque nunc fuerunt vel sunt alicui data vel concessa seu obligata per aliquem dominum, specialiter per ducale dominium aliquo modo seu causa. et quod illa donatio, cessio vel obligatio seu promissio de eo facta cniuscunque persone et per quemcunque modum cassetur, et non valeat, nec teneat ita et taliter, quod dicta bona libere, perpetualiter remaneant Sibenici, et flumen cum omnibus molendinis sit et esse debeat et semper intelligatur Sibenicensium esse; et quod per ducale dominium perpetuo non possit esse fabricatum aliquod castrum seu fortilitium Scardone et in eius districtu aliquo modo seu causa in perpetuum. Ad istud nonum capitulum respondetur, quod placet nobis, non intelligendo de bonis specialium personarum. Quare volumus, quod cives deinde, quorum sunt bona in ipso loco et alibi, possint gaudere de bonis suis.

Capitulum X. Item quod saline de Ottozaz in Morigne libere sint, et remaneant communitati Sibenici sine aliqua contradictione alicuius persone, quas tenet Stipcius. Ad hoc decimum capitulum respondetur, quod placet nobis, sed volumus, quod per ipsam communitatem, ante quam obtineatis illas, fiat processus contra illam domum de Otozaz, et de deliberatione sua remanebimus contenti, et illam faciemus observari.

Capitulum XI. Item quod omnia damna quomodocunque et qualitercunque facta et illata per Sibenicenses cuicunque persone cuiuscunque conditionis existat, remittantnr eisdem, et de illis nulla fiat mentio. Et si aliquis aliquid de hoc iu iuditio peteret, quod sibi non respondeatur, nec valeat aut teneat ipsorum petitio. Ad hoc undecimum capitulum respondeatur, placet nobis, quod sic fiat, et observetur e converso.

Capitulum XII. Item quod commune Sibenici teneat et gaudeat omnia bona, que tenuit, signanter insulas omnes, quas tenuerunt tempore bone memorie regis Ludovici, et hoc perpetuis temporibus, et hoc quod omnes cives Sibenici libere teneant, gaudeant et possideant omnes villas et villanos et possessiones, quos et quas tenuerunt in Lucha et alibi locorum tempore pacis, et quod a nullo possint in aliquo molestari seu inquietari. Ad hoc duodecimum capitulum respondeatur, quod placet nobis, ut possideant bona sua, et insuper insulas, quas possidebant tunc, cum incepit guerra de Dalmatia, et quando illam obtinuimus.

Capitulum XIII. Item quod ducale dominium solumodo habere debeat trentesimum cum gabella salis, et per illum modum et formam, per quem et per quam ipsum et ipsam habuit et tenuit bone memorie rex Ludovicus, et non aliter. Et quod non possint vendere per terram sal pro maiori pretio, nisi quo venditur per alias terras Dalmatie. Et

quod pro tracta salis extrahendi per mare non possint magis accipere de ducatis decem pro centenario. Et quod dictum trentesimum et gabella primo et ante omnia debeant extrahi et dari vel solvi ducata triamillia auri pro debito communis Sibenici, et de dicta pecunia primo debeat solutio fieri illis, quibus commune reperietur obligatum tempore istius guerre pro rata, et postea aliis. Ad hoc tertium decimum capitulum respondetur, quod placuit nobis, sed quod de dicta trigesima non debeant diffalcari ipsa tria millia ducata nec alia aliqua pecunia, sed libere veniant in nostrum commune.

Capitulum XIV. Item si quo tempore reperiretur aliqua scriptura, instrumentum vel privilegium alicuius regis, et signanter Vladislavi Apulie, in qua seu quo appareat ducali dominio seu alicui alteri aliqua donatio, promissio, venditio et obligatio seu impegnatio facta per quemcunque modum de Sibenico vel eius districtu seu contra aliquam libertatem Sibenicensium, quod non valeat nec teneat, imo totaliter per presentes sint casse, irrite et vane et nullius efficacie, momenti seu status, et quod nullo modo, ingenio vel causa dictum ducale dominium seu aliquis alter ullo tempore in eternum possint et voleant dicere, quod civitas Sibenici pervenit sub eorum dominio per alium modum, nisi ex bona, propria et spontanea voluntate, tanquam nobiles et liberi homines se declinaverunt et dederunt cum pactis dicti cives Sibenici sub ducali dominio. Ad hoc quartumdecimum capitulum respondetur, quod nullo modo possemus hoc facere pro favore et comodo iurium nostrorum et conservatione ipsorum et adhuc pro votiva executione nostre intentionis cum domino rege Sigismundo, quod redundat etiam ad maius commodum boni propositi et desiderii illius communitatis, sed bene continebitur in proemio privilegii sui, in quo erunt notata suprascripta capitula, qualiter obtinuimus illam terram de voluntate et proprio consensu illius communitatis et civium, qui se liberaliter contulerunt nostro dominio.

Capitulum XV. Item quod omnes illi de progenie vel prole illorum de Dragoevich tam masculi quam femine, et specialiter ser Stipcius cum filiis et nepotibus, et filii omnes Nise cum eorum filiis, et Thomas et Michael fratres cum eorum filiis, et omnes alii de dicta prole propter eorum infidelitatem et nequitiam, et quia ipsi et eorum antecessores fuerunt semper et sunt infideles patrie et civitati sue, quod perpetualiter sint banniti sub pena capitali a Sibenico et eius districtu et ab omnibus terris et locis ducali dominio subditis et subiectis. Et quod omnia bona mobilia et immobilia ipsorum statim vendantur, et pecunia de venditione facta distribuatur et detur per cives Sibenici pro rata damna passis in ista guerra, quia ipsorum causa totum damnum est factum. Ad hoc decimum quintum capitulum respondetur eis, ut fit in decimo capitulo, videlicet quod placet nobis, dummodo fiat processus per illam communitatem, antequam habeamus illam contra nominatos in hoc capitulo, et de deliberatione, quam faciet, remanebimus contenti, et illam faciemus observari; sed quod bannum non extendat se nisi de terra Sibenici et districtu eius.

Capitulum XVI. Item si quo modo vel causa sit vel repereretur in futurum, quod ducale dominium vel cives extrinseci alicui persone vel communitati seu dominio aliquid promiserint seu obligaverint aliquid de

bonis communis seu persone specialis de Sibenico vel qui habitant in Sibenico et eius districtu, quod illa promissio non valeat nec teneat ullo modo, sed cassetur in totum; et quod commune et speciales persone quelibet libere gaudeant et possideant id, quod fuit et est suum. Ad hoc decimum sextum capitulum respondetur, quod placet nobis.

Capitulum XVII. Item quod suprascripta capitula seu suprascriptas petitiones postulamus et supplicamus ac petimus a serenissimo ducali dominio et a toto consilio Venetiarum de maxima gratia speciali. Ad istud decimum septimum capitulum respondetur, quod placet nobis.

Capitulum XVIII. Item quod quilibet civis de civitate Sibenici sit et esse debeat de cetero ac tractetur pro cive Venetiarum. Ad hoc decimum octavum capitulum respondetur, quod placet nobis, et sint cives nostri de intus.

Que quidem decem et octo capitula cum responsionibus superius personaliter annotatis, pro ut iacent, cum ipsorum nostrorum consiliorum auctoritate promittimus per nos et successores nostros et commune Venetiarum ipsis fidelibus nostris Sibenicensibus cunctis temporibus observari, et ipsa et eorum quodlibet firma et rata habere et tenere, universis et singulis nostris rectoribus et officialibus quibuscunque presentibus et futuris stricte precipiendo, quatenus ipsa capitula cum dictis responsionibus, quantum ad eos spectarent, debeant observare et facere inviolabiliter observari. In quorum fidem et testimonium evidens presens privilegium fieri mandamus, et nostra pendente bulla plumbea muniri.

Datum Venetiis in nostro ducali palatio anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo duodecimo, mensis octobris die trigesima, indictione sexta.

Auscultata per me Hieronymum Lano notarium curie maioris cum auctoritatibus ex libro sexto rogatorum secretorum ac cartie LXXIV.

Diplomatarium Sibenicense, u dvor. knjižnici bečkoj, ruk. 13461. Secreta consilii rogatorum V, u mlet. arkivu.

CCLII. God. 1412. 31 listopada, u Mletcih.

Providur u Zadru neka podje primiti predaju grada Šibenika.

1412. die ultimo octobris. In consilio C. Quia est necessarium nunc, quod gratia dei habebimus dominium terre Sibenici, providere principaliter, videlicet de uno nobile, qui vadat ad accipiendum tenutam illius terre pro hortatione civium tantum presto, quantum fieri potest, quia omnis mora posset esse nociva, et quod videant et cognoscant, quod diligimus ipsam terram, et insuper quod detur talis regula et ordo necessarius in isto principio, quod omnes vivant sub debita gubernatione; vadit pars, quod scribi et mandari debeat auctoritate huius consilii nobili viro ser Zacharie Trivisano militi, quatenus considerato, quantum persona sua proderit ad eundum ad ipsam terram in hoc principio, deliberavimus, quod sit cum nobile viro ser Leonardo Mocenigo capitaneo nostro culphi ad accipiendum tenutam et possessionem ipsius, et datis ordinibus necessariis, debeat remanere provisor ad providendum necessaria et opportuna, et esse debeat solum per duos menses cum salario

ducatorum centum in mense et cum familia sua, quam habet in Jadra, sed ad minus non tenendo minus sex famulis. Et subito habita tenuta ipsius terre, debeat nobis notificare, nam isto interim providebimus de alio rectore nostro. Et ex nunc captum sit, quod collegium habeat plenam libertatem providendi de custodia, tutella et securitate illius terre, et de mittendo de hinc et de partibus Jadre illas brigatas, que videbuntur melius collegio suprascripto.

(Quae pars fuit capta cum ista tantum diversitate, quod idem provisor habeat solumodo de salario in mense ducatos sexaginta auri.)

De parte 52, non 2, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum. Vol. V, u mlet. arkivu.

Index personarum et locorum.

Starine. Izdaje jugoslavenska akademija znanosti i umjetnosti. Knjiga I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. U Zagrebu 1869. 1870. 1871. 1872. 1873. 1874. 1875. 1876. 1877. 1878. Ciena I. knjizi 1 for. 25 novč. a. v., VII. i X. 2 for. a. v., a ostalim po 1 for. 50 novč. a. v.

Izprave o uroti bana Petra Zrinskoga i kneza Fr. Frankopana. Skupio dr. Fr. Rački. U Zagrebu 1873. Ciena 3 for.

Vetera monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia. Edidit A. Theiner. Tomus I. Romae 1863. Ciena 8 for. a. v. Tomus II. Zagrabiae 1875. Ciena 10 for. a. v.

Pisani zakoni na slovenskom jugu. Bibliografski nacrt dr. V. Bogišića. U Zagrebu 1872. Ciena 1 for. 25 novč. a. v.

Zbornik sadašnjih pravnih običaja u južnih Slovena. Knjiga I. **Gragja u odgovorima iz različnih krajeva slovenskoga juga.** Osnovao, skupio, uredio V. Bogišić. U Zagrebu 1874. Ciena 6 for. a. v.

Rěčnik lěčničkoga nazivlja. Sastavio dr. Ivan Dežman. U Zagrebu 1868. Ciena 1 for. 50 novč. a. v.

Flora croatica. Auctoribus Dr. Jos. Schlosser et Lud. Farkaš-Vukotinović. Sumptibus et auspiciis Academiae scientiarum et artium Slavorum meridionalium. Zagrabiae 1869. Ciena 6 fl. a. v.

Fauna kornjašah trojedne kraljevine. Od dra. Josipa Krasoslava Schlossera Klekovskoga. Na sviet izdala jugoslavenska akademija znanosti i umjetnosti. Svezak I. II. U Zagrebu 1877. 1878. Ciena svakoj knjizi 3 for.

Dvie službe rimskoga obreda za svetkovinu sv. Ćirila i Metuda izdao Ivan Berčić. U Zagrebu 1870. Ciena 1 for. a. v.

Historija dubrovačke drame. Napisao prof. Armin Pavić. U Zagrebu 1871. Ciena 1 for. 25 novč. a. v.

Historija književnosti naroda hrvatskoga i srbskoga. Napisao V. Jagić. Pomoćju jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti. Knjiga I. Staro doba. U Zagrebu 1867. Ciena 1 for. 20 novč. a. v.

Opis jugoslavenskih novaca od prof. Sime Ljubića. Podporom jugoslavenske akademije. Zagreb 1875. Ciena 10 i 15 for.

Bilinar. Flora excursoria. Sastavili dr. J. C. Schlosser i Ljud. Vukotinović. Zagreb 1876.

Narodne pjesme o boju na Kosovu god. 1389. Sastavio u cjelinu Armin Pavić. U Zagrebu 1877. Ciena 1 for.

Korijeni s riječima od njih postalijem u hrvatskom ili srpskom jeziku. Napisao Gj. Daničić. U Zagrebu 1877. Cijena 4 for. a. v.

Ljetopis jugoslavenske akademije. I (1867—77). U Zagrebu 1877 Ciena 60 novč.

Povjestni spomenici južnih Slavenah. Izdaje Ivan Kukuljević Sakcinski. Knjiga I. U Zagrebu 1863. Ciena 3 for. a. v.

Rječnik iz književnih starina srpskih. Napisao Gj. Daničić. U 3 knjige. Ciena cielomu 6 for. a. v.

Nikoljsko jevangjelje. Na svijet izdao Gj. Daničić. Ciena 1 for. 30 novč. a. v.

Život sv. Save i Simeuna. Od Domentijana. Na sviet izdao Gj. Daničić. Ciena 1 for. 30 novč. a. v.

Životi kraljeva i arhiepiskopa srpskih. Od Danila. Na svijet izdao Gj. Daničić. Ciena 1 for. 30 novč. a. v.

Poslovice. Na svijet izdao Gj. Daničić. U Zagrebu 1871. Ciena 1 for.

MONUMENTA

SPECTANTIA

HISTORIAM SLAVORUM MERIDIONALIUM

VOLUMEN X.

MONUMENTA RAGUSINA.

LIBRI REFORMATIONUM.

TOMUS I.

ANN. 1306—1347.

ZAGRABIAE 1879.

SUMPTIBUS ACADEMIAE SCIENTIARUM ET ARTIUM

EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE

MONUMENTA

SPECTANTIA

HISTORIAM SLAVORUM MERIDIONALIUM

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM ET ARTIUM SLAVORUM MERIDIONALIUM

VOLUMEN DECIMUM

ZAGRABIAE 1879.

EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.

MONUMENTA RAGUSINA.

LIBRI REFORMATIONUM.

TOMUS I.

ANN. 1306—1347.

ZAGRABIAE 1879.

SUMPTIBUS ACADEMIAE SCIENTIARUM ET ARTIUM.

In edendis monumentis historicis illud sibi academia nostra consilium proposuit, ut diversarum regionum, quas Slavi meridionales inhabitant, documenta successive typis mandentur, quo sic et ipsa, utpote e diversis tabulariis hausta, sese mutuo compleant, et res gestae tum singularum partium tum communis patriae ampliorem lucem capiant.

Monumenta, quae hucadusque edita sunt, maxima parte tabulariis Venetis in acceptis habentur; et licet omnes Slavorum meridionalium oras concernant, plurimum tamen Dalmatiam respiciunt.

Consilium itaque illud academia alacriter prosequendo adhuc anno 1874 die 30 Aprilis communi sententia statuit, ut reipublicae quondam ragusinae acta, quae ibidem in tabulario penes c. r. praetoris officium nunc asservantur, in lucem eo quidem ordine proferantur, ut primum libri, comprehendentes „consiliorum“ reipublicae decisa, quae „reformationes“ vocant, praelo divulgentur. Haec quippe acta ad illustrandam historiam veterem non modo Ragusii verum etiam omnium Haemi peninsulae regionum, ac inprimis Bosniae et Serbiae, plurimum conferent.

Jam vero „reformationum libri“ ab anno 1306 usque ad finem reipublicae i. e. usque ad a. 1807, nonnullis solummodo lacunis exceptis, incolumes ad nostram usque aetatem pervenerunt, ita quidem quod usque ad annum 1378 „reformationes“ omnium trium reipublicae consiliorum, minoris videlicet, rogatorum et maioris, promiscue ordine chronologico in uno eodemque volumine contineantur; ab illo vero anno maioris consilii reformationes in altera eiusdem voluminis parte, in cuius prima decisa minoris et rogatorum consilii adhuc promiscue conscripta sunt, seorsim adnotatae reperiantur. A mense Septembri anni 1388 etiam minoris et rogatorum consiliorum decisis distincta spatia, sed adhucdum in eodem volumine, assignata sunt, donec tandem anno 1415 invaluit, ut unumquodque trium consiliorum suas res gestas in proprios libros inferet.

Horum voluminum, in quibus supremae in ragusina republica potestatis congressus spatio quinque saeculorum conscripti adinveniuntur, partem constituentem efficiunt libri illi, qui litteras et mandata, consilii iussu edita, continent Libri hi, quatenus orientem respiciunt (lettere e commissioni di Levante), die 22 Julii anni 1359 exordium summunt, atque usque ad annum 1802 voluminibus centum et octo absolvuntur; quatenus vero

ad occidentales Europae provincias (lettere e commisioni di Ponente) referuntur, anno primum 1566 incipiunt, atque centum triginta quinque volumina complectendo aeque usque ad annum 1802 prosequuntur.

Quum nec tam facile sed nec consultum foret, ut omnia haec acta, quae in pluribus voluminum centuriis conscripta reperiuntur, typis vulgentur: decisum est, ut reformationum libri usque ad annum 1359 per extensum publicentur; ab illo vero anno, quo actorum moles crescit atque una series litterarum ad Orientem directarum exorditur, quo item nova Ragusii cum Hungariae et Chroatiae corona relatio mutua pacto stabilita est, maioris tantum momenti acta integra caetera abbreviata describantur, praefatas quoque litteras suo loco subiungendo.

Ad scopum istum obtinendum provocati sunt nonulli ex Ragusinis amicis, ut labori huic, arduo quidem sed et honorifico, manus adiutrices admoverent; unaque socius noster Joannes Tkalčić anno 1875 Ragusium exmissus est primos reformationum libros, quo ad usque poterit, descripturus. Quod quidem opus ipse diligenter perfecit, primos quatuor libros integre, quintum vero fere totum, nimirum usque ad 16. Julii anni 1347 describendo. Huiusce anni residuum descripsit socius noster professor Ragusinus Petrus Budmani. Ex hisce libris primus tantum in vetusto apographo conservatur, caeteri autem exhibent authenticas tabulas, mox post singulos congressus confectas.

Hi igitur quinque reformationum libri antiquissimi, qui consiliorum ragusinae reipublicae congressus, annis 1306, 1312—1315, 1317, 1322—1324, 1343—1347 habitos, comprehendunt, hocce primo volumine in lucem publicam proferuntur.

Jam quod editionem ipsam, quam praelaudatus Joannes Tkalčić curavit, attinet, nil fere observandum venit, quum textus, qualis in codicibus reperitur, fideliter sit exhibitus, nihilque aliud mutatum nisi quod abbreviata in ipso verba hicce integra reddita sint. Illud solummodo silentio praeteriri non potest, quod ad servandum ordinem chronologicum sequiores, ad marginem codicis factae, adnotationes ad notas infra textum, verumtamen loco suo, relegatae sint.

I. Anno 1306.

Liber reformationum omnium consiliorum fac(torum) olim (per predecessores communis) Ragusine, per honorabilem virum dominum Bellecium Falle(tro) comitem ragusinum (per) minus et maius consilium. Confirmata et autenticata fuerunt consilia infrascripta sub anno domini millesimo trecentesimo sexto, indictione quarta, die X. (mensis) martii, (et clamata) fuerunt publice, voce preconia, in locis consvetis per Matheum preconem (communis).

In parvo consilio, congregato sonitu campane, ut moris est, captum fuit et firmatum, quod aliqua persona non debeat extrahere de Ragusio, cepas, alea, caseum vel (alia victua)lia per mare, sine licencia domini comitis; nec eciam oleum non possit per (mare de) Ragusio extrahere; et quicumque contrafecerit, solvat qualibet vice communi p(er)p(erum) I et perda(t omnia) victualia; et accusator habeat terciam partem victualium si legitime probare potuerit.

Item ordinatum fuit, quod quicumque vendiderit oleum ad minutum, non possit luc(rari) ultra follaros sex pro libra sub pena unius p̃p̃, quando valebit libra olei a tribus grossis supra. (Item quod nemo) possit extrahere oleum per mare, perdat oleum, si inventus foret quod extraheret.

In parvo consilio ordinatum et firmatum fuit, quod aliqua persona non audeat vendere pis(ces) cum caudis incisis, de duobus (sic) noctibus, nisi usque ad meridiem illo die, quo portat eos ad piscariam; et de piscibus que remanserint post meridiem, nullus possit ven(dere) nec salvare; et qui contrafecerit perdat pisces, quos venderet vel salvaret.

Item ordinatum fuit, quod aliqua persona non debeat incannavare paleas siccas, seu fenum in capanna de lig(namine) sub pena yp(er)p(erorum) quinque.

(In parvo) consilio, congregato sonitu campane, captum fuit et firmatum, quod aliqua persona, non audeat emere scandulas neque ligna ad focum, ad incannavandum occasione (eadem) revendendi; et qui contrafecerit, solvat qualibet vice communi p̃p̃ I et perdat dictas scandulas et ligna.

Item in dicto consilio ordinatum fuit, quod quicumque emerit picem ad revendendum, teneat dare de dicta pice communi tantam, quantam commune voluerit pro lignis communis; pro capitali tantum, quantum constiterit.

Item ordinatum fuit, quod iusticiarii teneantur inquirere, si venditores salis vendunt cum mensuris iustis, si menant manum per mensuras qualibet die qua vendunt, ita, quod nichil remaneat de sale in mensuris,

et si invenerint aliquem contrafacientem sub pena yp̄p̄orum quinque pro quolibet et qualibet vice et accusator habeat medietatem banni.

In parvo consilio congregato ordinatum et firmatum fuit, quod aliqua persona que vadit per terram non debeat occidere porcos extra Ragusium, set debeat ipsos vivos portare Ragusium; si autem aliqua persona iverit per mare, non debeat occidere porcos a punta Stagni usque ad culfum Catari; et quicumque fecerit contra predicta, perdat porcos et solvat communi qualibet vice p̄p̄ I.

Item ordinatum fuit, quod aliquis homo non debeat tenere picem ad vendendum in aliqua domo, nisi in volta, sub pena yp̄p̄orum v pro quolibet.

Item ordinatum et firmatum fuit, quod omnes, qui faciunt vel vendunt candelas de cera, debeant taliter vendere vel facere, quod libra non valeat nisi denarios grossos III, et qui contrafecerit perdat candelas et solvat qualibet vice communi pro bannis grossos VI.

In parvo consilio congregato, ordinatum et firmatum fuit, quod aliqua persona non debeat vendere lardum salitum ultra follaros XII pro libra, et lardum cum carne ultra follaros x pro libra; et qui contra fecerit perdat lardum et carnes et solvat qualibet vice communi p̄p̄ I.

Item ordinatum fuit, quod quicumque sforzaverit molendinum et acceperit ordinem suum alicui, solvat qualibet vice communi pro bando p̄p̄ I, et accusator habeat medietatem banni.

Item ordinatum fuit, quod molendinarii teneantur solvere f(ollaros) XII pro qualibet libra farine, que deficiet, aut dare ipsam farinam; et omnibus quibus farina defecerit, ipsi teneantur accipere dictos follaros, aut farinam, nec eam possint alicui dimittere.

Item firmatum fuit, quod nulla persona debeat de cetero trahere de Ragusio aliquam blavam nisi bullatam cum bulla communis; et qui contrafecerit perdat totam blavam et solvat communi pro bando p̄p̄ I.

Item in parvo consilio ordinatum fuit et firmatum, quod omnes persone, que facient domos de scoris in platea communis ad vendendum oleum vel caseum[1]) solvat quolibet mense communi grossos IV[2]) pro qualibet.

Item in parvo consilio ordinatum fuit, quod nulla persona audeat emere buzellacos nec aliquem panem occasione revendendi sub pena perdendi id quod vendiderit, et solvat (communi) pro bando p̄p̄ II; et justiciarii teneantur inquirere omnia supradicta, et habeant medietatem bandi.

Item in parvo consilio, congregato sonitu campane, ut moris est, ordinatum et firmatum fuit, quod aliqua persona non debeat portare extra Ragusium per mare carnes siccas, neque caseum, neque recoctam sine licencia domini comitis, sub pena perdendi totum id quod portaverit; et solvat pro bando qualibet vice p̄p̄ v, et accusator habeat medietatem, et teneatur in credenza.

In consilio rogatorum ordinatum et firmatum fuit, quod ponderetur frumentum quod mittitur ad macinandum ad molendina per mare,

---

[1]) Additum „vel alias res".
[2]) Alia manu correctum VI.

et farina quando reducitur; et super eligantur duo officiales et habeant a patronis bladi follarum I pro stario, et nullus audeat portare frumentum per mare ad molendina nisi prius ponderetur, sub pena unius perperi.

In parvo consilio ordinatum et firmatum fuit, quod omnes molendinarii debeant tenere unam barcam secundum consvetudinem[1]).

In parvo consilio ordinatum et firmatum fuit, quod omnes becharii debeant occidere et occidi facere bestias super pontem factum iusta pontem maris, et aducere in bechariam bestiam excorticatam sine ulla imundicia, et ventres bestiarum facere evacuari, ante quam ducant in bechariam; et ipsos ventres non iactare in terram ante bechariam; set facient alibi eicere sub pena grossorum sex pro quolibet contra faciente; et quicumque accusaverit, habeat medietatem bandi.

Item ordinatum fuit, quod nullus audeat vendere pisces in piscaria, nisi illi qui capiunt pisces, sub pena unius p̃p̃.

In parvo consilio ordinatum fuit, quod nullus debeat excorticare vel excorticari facere aliquam bestiam in aliqua domo, nisi in becharia, sub pena yp̃p̃orum v illius cuius est bestia et illius, qui eam scorticaverit, et in domo illius cuius excorticata fuerit; et accusator habeat medietatem bandi.

In maiori consilio congregato, ordinatum et firmatum fuit, quod quelibet persona habens gayfum de lignamine in civitate Ragusina, ipsum deiactare debeat usque ad dies VIII sub pena et bando yp̃p̃orum XXV. Et nemo de cetero debeat in civitate Ragusina facere gayfum de lignamine sub pena yp̃p̃orum XXV. Et quilibet qui accusaverit contrafacientem, habeat medietatem dicte pene, si per eius accusam reperietur veritas. Possit tamen quilibet habere gayfum de petris et solarium de petris, et copertum dé cuppis vel de planchis.

In parvo consilio congregato captum fuit et firmatum, quod quicumque vendiderit carnes plus de eo quod ordinatum est in statuto iusticiariorum, solvat qualibet vice p̃p̃ v pro bando.

Item in parvo consilio congregato ordinatum et firmatum fuit, quod nullus audeat emere aliquam bestiam vivam occasione dividendi ipsam cum aliquo sub pena unius p̃p̃, qualibet vice.

Item in parvo consilio ordinatum fuit et firmatum, quod aliquis homo non possit vendere aliquam blauam in aliquo loco nisi in fundico; et quicumque contrafecerit, perdat totam blauam, quam vendiderit extra fundicum; et solvat pro bando qualibet vice p̃p̃ XXV, et quicumque accusaverit, habeat medietatem bandi.

Item ordinatum fuit et clamatum fuit in locis solitis, quod nulla persona audeat vendere agrestam natam in ortis, nisi quod vendat in dictis ortis, sub pena yp̃p̃orum v et nemo audeat emere nisi in ortis sub pena de uno perpero, et accusator habeat medietatem[2]).

---

[1]) Additur alia manu: „sub pena v yp̃p̃ pro quolibet“.

[2]) Alia manu correctum modo sequenti: „Item ordinatum et clamatum fuit in locis solitis, quod nulla persona audeat vendere agrestam neque uvas in platea sub pena yp̃p̃orum v pro quolibet et qualibet vice; et accusator habeat medietatem“.

In parvo consilio congregato, ut moris est, ordinatum et firmatum fuit, quod aliquod lignum, seu aliquis homo de Ragusio cum suis denariis vel cum denariis alienis tam cum entega quam sine entega quocumque modo non debeat portare ad aliquem locum intra culfum frumentum vel aliam blauam nisi Ragusium vel Venecias; et qui contrafecerit, solvat quilibet patronus vel superpositus sive nauclerius, ubi patronus et superpositus non est, et quilibet mercator, qualibet vice communi pro bando p̃p̃ centum, et quilibet marenarius p̃p̃ x.

In parvo consilio ordinatum fuit, quod aliqua persona non debeat portare aliquam rem cum curru supra salizatum, sub pena unius perperi [1]).

Item ordinatum fuit, quod nullus audeat ludere in ecclesia sante Marie maioris, vel vendere melones neque fructus sub pena unius p̃p̃.

Item ordinatum fuit, quod quelibet fornaria non debeat coquere panem nisi cum suis lignis sub pena yp̃p̃orum v pro qualibet vice.

In consilio rogatorum captum fuit et firmatum, quod nulla persona debeat revendere aliquas res Sclauorum silicet cedam, caseum, lac, erbas, gallinas, res minutas que venduntur ad mercatum sub pena unius p̃p̃.

Item ordinatum et firmatum fuit, quod si aliqua fornaria noluerit coquere panem alicuius hominis sub pena yp̃p̃orum v [2]), et in perpetuum non sit fornaria. Et si aliquis amitteret panem ad furnum [3]), quod fornaria debeat solvere dictum panem.

In parvo consilio ordinatum fuit, quod nullus possit extra Ragusium portare caseum, nisi pro sua commestione et sua mensa, sine licencia domini comitis sub pena perdendi totum caseum, vel quantum valuerit.

In parvo consilio congregato, ordinatum et firmatum fuit, quod omnes illi qui vendunt calzinam, debeant mensurare in civitate vel ad portus maris; et si emptor fecerit laborerium extra civitatem, teneatur ille, qui vendet, mensurare eam ad locum illum; et qui contrafecerit perdat totam calcem que fuerit vendita.

In consilio rogatorum, (congregato) sonitu campane ut moris est, captum fuit et firmatum, quod amodo in antea quelibet persona tam Raguseus, quam foresterius, qui voluerint conducere seu conduci facere frumentum seu aliud bladum de quacumque parte in Ragusium, habeant licenciam extrahendi de Ragusio extra per tèrram [4]), quartum tocius frumenti seu bladi, et vendendi Sclauibus seu aliis personis, qui voluerint emere de dicto quarto. Clamatum fuit publice in locis consvetis per Matheum preconem communis de mandato domini comitis.

In maiori consilio captum fuit et firmatum, quod moneta falsa consumetur per officiales, qui per tempora fuerint; super hec habeant potestatem inquirendi, sicut eis melius et utilius videbitur expedire; et omnem monetam, quam invenerint esse falsam, possint auferre ilis, aput

---

[1]) In msc. deletum.

[2]) Alia manu sic correctum: .... „hominis, solvat communi pro pena yp̃p̃orum v".

[3]) Additum: „vel vastaverit panem".

[4]) Additum: „et non per mare".

quos invenerint eam; que pecunia sic inventa perdatur, cuius medietas sit communis et alia medietas officialium, qui invenerint eam. Et quelibet eciam alia persona possit cuilibet auferre monetam falsam, et habeat medietatem; et quelibet moneta falsa statim incidatur per illos, qui invenerint illam falsam; et preconizatum fuit in locis solitis [1]).

Item ordinatum fuit et firmatum in dicto consilio, quod omnes illi, qui recesserunt de Ragusio tempore guerre ragusitane, et qui banditi fuerunt ipsa de causa, adhunc habeantur pro banditis; et si quis de ipsis reversus fuisset ad habitandum in civitate vel districtu Ragusitano, quod expellatur; et nullus aliquem eorum audeat receptare, sub pena yp̄p̄orum xxv pro qualibet vice; et quilibet possit contrafacientes accusare, et habeat medietatem condempnationis, hec adito, nemine de consilio discrepante, quod dominus comes cum parvo consilio habeat plenum arbitrium et potestatem super istis bannitis et contra eos inquirendi, procedendi et providendi et contra receptatores eorum et dantes eis consilium, auxilium et favorem, prout eis videbitur expedire; et quod, quid factum fuerit per eos, firmum habeatur.

Item ordinatum fuerit et firmatum, quod nulla persona de Ragusio vel districtu audeat, possit, debeat nec presumat dare ad laborandum aliquam vineam seu aliquod laborerium ad faciendum alicui, qui fuerit vel sit bannitus communis Ragusane, occasione quod recesserunt de Ragusio tempore guerre, sub pena yp̄p̄ xxv pro quolibet; qui contrafecerit in aliquo predictorum et quilibet possit contrafacientes accusare, et habeat medietatem condempnationis, salvis semper penis inpositis per informacionem consilii maioris; et hec significentur comitibus insularum et districtus Ragusini per litteras, quod ista observent et faciant observari.

In maiori consilio ordinatum et firmatum fuit, quod amodo in antea nulla persona audeat nec presumat extrahere blauam de Ragusio, causa portandi extra per mare; et quicumque fuisset inventus facientem contra predicta, perdat frumentum quod portaverit et barcam (vel) aliud lignum, cum quo portaverit dictam blauam sive brusatam in platea, et accusator habeat medietatem bandi [2]).

In maiori consilio captum fuit et firmatum, quod omnes vie de Brenno, Vergato, Zoncheto, Lelem de Molina et de Chiuaze debeant actari taliter, quod bene ambulari et equitari possit; ita tamen, quod ille persone que habebunt vineas in dictis locis, debeant solvere quartam unius grossi pro quolibet soldo vinee, et omnes villani illius contrate debeant servire duobus diebus in dicto laborerio; et si dicte vie actari non possent per dictam pecuniam, quod commune Ragusii debeat complere dictum laborerium et debeat solvere p̄p̄ xxx.

In maiori consilio congregato captum fuit et firmatum, quod amodo in antea nulla nouiza, que vadit ad maritum, non audeat nec se debeat ligare nec portare coronam secundum antiquam consvetudinem sub pena yp̄p̄ x pro qualibet contrafaciente; et hec clamatum fuit publice per Matheum preconem in locis solitis, precepto domini comitis.

---

1) In msc. haec et pracedens constitutio deleta.

2) In msc. deletum.

Item captum fuit et firmatum et clamatum fuit in locis solitis, quod nullus Raguseus mercator non debeat mittere seu mitti facere nullas bestias vivas in Apuliam vel in aliquo loco, nec alias carnes sub pena gross. VI pro qualibet bestia, salvo pro sua commestione; et quicumque accusaverit, habeat medietatem. Et etiam quod nullus Raguseus de capo de Comaro usque Maloncum non debeat ferre bestias, nisi Ragusium, sub dicta pena, salvo pro sua commestione.

In maiori consilio ordinatum fuit et firmatum, quod amodo in antea in maleficiis non sumatur nisi unum sacramentum tantum in questionibus et in iudicio, quia multi cecidebant in sacramentis, quod anime eorum erat preiudicium.

In consilio rogatorum captum fuit et firmatum et per ipsum consilium data fuit libertas minori consilio, quod dominus comes cum ipso minori consilio debeat providere, tractare de destructione et consumatione Blademiri, filii de Petrez; et in predicto facto possint expendere ad eorum voluntatem et extrahere homines de bando, excepto de morte hominis [1]).

In minori consilio captum fuit et firmatum, quod omnibus illis personis, quibus erit datum sal communis ad vendendum de comerclo, ipsi vendere debeant; et si aliis personis venderent, cadunt in pena yp̄p̄orum x.

In minori consilio captum fuit et firmatum, quod nulla persona audeat facere claritam sub pena yp̄p̄orum x pro quolibet contrafaciente; et quicumque accusaverit, habeat medietatem bandi; et hoc clamatum fuit in locis solitis [2]).

In maiori consilio congregato captum fuit et firmatum; quod omnes illi de Brumas debeant salvi et securi venire Ragusium tali condicione, quod quicumque voluerit aliquid supra ipsos postulare coram domino comite et inventi et preparare racionem, quod teneantur respondere et satisfacere de omnibus super quibus fuerint sentenciati per dictum dominum comitem et suos judices secundum consvetudinem Ragusii [3]).

In maiori consilio captum fuit et firmatum, quod dominus abbas lacromonensis cum suis fratribus debeat eligere unum advocatum, et presentare debet eum domino comiti, et dominus comes debet eum confirmare. Predictus dominus abbas cum suis fratribus debet eligere tres procuratores dicto monasterio, et dominus comes procuratoribus ipsis, qui electi fuerint, juramentum dabit, quod ipsi fideliter procurabunt facta et negotia dicti monasterii; et de illis tribus, qui electi fuerint, debet remanere unus de illis tribus quolibet anno.

In maiori consilio captum fuerit et firmatum, quod efficiatur unus corratore ad litus maris de petra et calcina, et quod ecclesia sante

---

1) In msc. deletum.

2) Ad marginem adnotatur: MCCCXI INDICTIONE VIIII DIE VI MARCII per dominum comitem et suum minus consilium presens reformatio fuit declarata, quod intelligatur, quod aliquis modo aliquo vel ingenio non possit facere claritam ad vendendum“.

3) In msc. deletum.

Marie debeat solvere medietatem pretii, quod constiterit, et quarta pars commune Ragusinum et alia quarta pars omnes patronatus illius loci circumstantis; et per dominum comitem et suum consilium debeant eligi tres boni homines, qui debeant videre dictos patronatus, et ipsos iactare et ponere ad solvendum per rationem, quod eis videbitur. Electi fuerunt ad faciendum dictum opus Laurentius Loducie, Symon de Rectis, Laurencius de Chun.

Item captum fuit et firmatum, quod omnes homines insularum Ragusinarum habere debeat unusquisque spatam, scutum, bizinellum et fundam, sub pena unius p̃p̃i pro unoquoque.

Item captum fuit et firmatum, quod omnes iusticiraii, et qui modo sunt, debeant stare ad pesandum carnes in becharia, unus vel duo illorum ad minus; et debeant solvi facere pretium carnium emptarum in continenti; et debeant habere follarium unum pro unaquaque bestia minuta, et follarios IV de bove, et follarios II pro porco unoquoque.

In minori consilio captum fuit et firmatum, quod nullus raguseus nec qui pro Raguseo se distingit, audeat nec presumat capere aliquem Sclauum, nec ipsum ponere in carceribus in aliquo loco sub pena yp̃p̃ c. et accusator habeat medietatem bandi, et tenebitur de credentia, si per eius accusationem scietur veritas.

Item captum fuit et firmatum in minori consilio, quod omnes aptagi, qui dantur in magna curia quam in parva, scribantur in quaterno per canzellarium et per scribanum parve curie; et quod statim quando aptagi scribuntur, dentur cammerariis communis, et ipsi similiter scribant in suo quaterno vel scribi faciant, et omni mense et etiam quanto fuerit oportunum dicti cammerarii cum socio domini comitis debeant esse simul ad excuciendum ipsos aptagos; et quod ipse socius domini comitis non possit excutere aliquam pecuniam de communi, ne(c) solvere nisi cum cammerariis simul [1]).

Item captum fuit et firmatum, quod semper, quando aliqua sententia datur in maiori curia, cammerarii teneantur accipere per sacramentum bonum pignus de judicio, de quarto ascendit sentencia, et ipsum judicium excutere; et si non excuteret, teneatur solvere de suo proprio.

Item captum fuit et firmatum quod amodo in antea nulla pecunia alicuius persone, que data fuerit in cammerlengaria communis seu in canzellaria communis in custodiam, cuiuscumque conditionis sit, non debeant removeri de locis predictis modo aliquo vel ingenio, nec aliqua occasione huius mundi, nec expensari per comites, qui fuerint per terra, nec per suum consilium minus et maius in aliquo servicio communis, nec in aliquo alio servicio alicuius specialis persone; set solumodo illa pecunia salvari debeat et custodiri ad utilitatem illorum et nomine, quorum fuerit posita in commandam, et eis dari sicut et quando dictam pecuniam postulabunt [2]).

Item captum fuit et firmatum, quod omnes mensuratores salis tam communis quam commercli solvantur de suo salario de pecunia communis; et quod mensuratores teneantur per sacramentum bene et legaliter

[1]) In msc. deletum.
[2]) In msc. deletum.

mensurare dictum salem; et in omni mensura tam magna quam parva semper, quando mensurabunt, debent menare manus circa mensuras, et non commiterre aliquam fraudem sive malitiam mensurando dictam salem; et qualibet vice qua fuerint inventi facere contra dictum consilium, tam mensurator quam ille qui vendet salem solvat p̄p̄ v pro unoquoque; et accusator habeat medietatem et tenebitur de credentia, si per eius accusationem veritas cognoscetur.

Item captum fuit et firmatum, quod nullus callegarius nec aliqua alia persona audeat infra murum civitatis Ragusine colare seu colari facere sonziam, neque sepum, neque conzare aliquod . . . . nisi de foris portas civitatis prope pontem in loco consueto sub pena yp̄p̄erum xxv pro vice unaquaque; et accusator habeat medietatem, si per eius accusationem veritas cognoscetur, salvo quod possit habere calzinacium in civitate, et non possint facere aliquod conziamentum de pellibus suis, quod pertineat ad periculum ignis sub pena predicta.

Item captum fuit et firmatum, quod quicumque emerit spariverium alicuius tam in civitate quam extra per civitatem, debeat illud restituere illi, cuius fuerit dictus spariverius aut presentare ipsum domino comiti illo die vel secundo die quo invenerint illum, et habebit affaturam secundum consvetudinem; et quicumque non presentaverint illum, ut dictum est, debeat ipsum restituere sine affatura; et solvat qualibet vice pro bando p̄p̄ II.

Item captum fuit et firmatum, quod si per dominum comitem et consilium mutuabitur aliquid alicui tam in sarciis quam arboribus, antenuis, lanzonibus, quatrellis et omnibus aliis rebus de arsana communis, quod ille, cui mutuabitur, debeat restituere communi novas res et non illas easdem, que mutuabunt ei, set alias novas; et de hoc debeat dare bonum pignus de auro vel argento, quod valeat plus quam ille res, que mutuabunt ei, et alio modo nichil debeant mutuari de arsanatu communis.

Item ordinatum fuit, quod aliquis homo non debeat secare in civitate Ragusina aliquod lignamen de seca de argatis; et qui contrafecerit, solvat quilibet yp̄p̄ v pro qualibet vice, salvo quod quilibet possit facere secari in domo sua vel alio suo loco, per quem non transeant homines.

Item ordinatum fuit et firmatum, quod omnes mercatores et pueri, qui vadunt in Urgatum, debeant dare partem omnibus pueris de mercationibus, quas emerit secundum consvetudinem, et aliquis de ipsis mercatoribus vel pueris non debeat ut (vadat) ultra Lessinam, Plozam ad mercatum; et quicumque iverit ultra dictum locum, solvat quilibet yp̄p̄ v communi pro bando qualibet vice.

Item ordinatum fuit et firmatum, quod quicumque portaverit pisces ad bechariam recentes, possit illos vendere tota die illa, quo portabit illos, usque ad sero; et si remanserint pisces illo die, non possint illos plus vendere nec salvare. Et qui contrafecerit, perdat illos pisces quos venderet vel salvaret. Item aliqua persona non debeat vendere pisces pro aliquo piscatore, sed illi, qui capiunt pisces, debeant illos vendere; et qui contrafecerit, solvat qualibet vice communi p̄p̄ I.

Item aliqua persona non debeat vendere pro aliquibus Sclauis rucas nec lacrucas neque erbas nec cedam, nec aliquos fructus, nec eciam

cozas vel musculos nec aliquid aliud in domo neque in aliquo loco; set ipsi Sclaui debeant vendere dictas res in platea communis. Et qui contrafecerit, solvat qualibet vice communi pro bando yp̄p̄ unum.

Item captum fuit et firmatum, quod si aliqua persona inveniet aliquas res in Ragusio, que sint alterius persone, debeat illas presentare domino comiti eodem die quo veniet Ragusium; et quicumque non presentaverit eas, ut predictum est, debeat ipsas restituere et solvere penam tamquam de furto.

Item ordinatum fuit, quod aliqui laboratores et sappatores, qui laborant vel sapant ad precium, non possint laborare nec sappare in alia vinea vel terra tam in sua quam extranea, nisi in illa vinea, in qua positi vel missi fuerint ad laborandum, et debeant de mane tempestive in continenti cum dies est intrare eciam laborerium et stare usque ad sero ita quod compleant totam zernatam. Et quicumque fecerit contra predicta, solvat communi pro bando qualibet vice denarios sex pro quolibet. Item quicumque laborator acceperit follaros unum vel plures ab aliqua persona pro eundo ad laborandum, si ipse non iverit in laborerium ipsius, a quo acceperit follaros, solvat qualibet vice communi pro bando denarios grossos vi pro qualibet; et restituat patrono, qui dederit ei dictos follaros.

Item captum fuit et firmatum, quod quelibet persona debeat actare et mundare vias, que sunt aput vineam suam tantum, quantum capit vinea cuiuslibet, ita quod vie sint ample et convenientes et (sic) transeundum; et quicumque non observaverit predicta, solvat pro bando yp̄p̄. unum et comites astaree teneantur hec inquirere et facere, quod predicta compleantur.

Item captum fuit et firmatum, quod leprosi omnes debeant stare in consteria supra ecclesiam sancti Michaelis de Cresta, et in alio loco nullus leprosus debeat stare; et eciam dicti leprosi non debeant venire in civitatem nec ad vias, quibus itur ad domum fratrum minorum et Predicatorum nec ad pontem, neque ad mare; et si dicti leprosi inventi fuerint in aliquo loco, nisi supra ecclesiam predictam sancti Michaelis, debeant expelli de toto districtu Ragusino.

Item ordinatum fuit et firmatum, quod aliqua persona non possit de cetero vendere frumentum nec aliquam blauam alicuius ad pretium, nisi det communi plezariam de centum yperperis; et quicumque contrafecerit solvat qualibet vice communi p̄p̄ x.

II. Anno 1312.

Liber de consiliis et reformationibus tempore domini Bartholomei Gradonici comitis Ragusini in suo secundo regimine sub MCCCXII, indictione VIIII. die XX mensis julii.

Die xxx. julii. In minori consilio ad sonum campane ut moris est congregato electi fuerunt capitanei calegarii Palma de Chisegna, Thoma de Dersa.

Item in eodem consilio factus fuit salinarius filius Marini de Gleda, plez pro eo Johannes de Zelipa.

Item in eodem consilio factus fuit salinarius filius Zauigne, plez pro eo Marculus de Tediusio et Pasqua Zaruba.

Item in eodem consilio factus fuit salinarius Petrus de Zaunico, plez pro eo Laurencius de Bubagna.

Die ultimo julii. Per dominum comitem et consiliaros minoris consilii Frayne de Tediusio factus fuit scribanus in ligno Petri de Flore.

Kal. augusti. mcccxii indictione decima. Die tercio augusti. In consilio rogatorum, ad sonum campane ut moris est congregato, posite fuerunt due partes, una de recolligendo p̃p̃ ii mille in communi pro frumento, per modum quem eis videbitur; alia pars fuit de non recolligendo dictos denarios. Et capta fuit pars de non recolligendo.

Die xii augusti. In minori consilio ad sonum campane ut moris est (congregato,) facti fuerunt tutores filiarum Dimitri de Radosta: Mildracus Boberii, Dimitri Marangan.

Kal. setembris mcccxii, indictione decima. Die secunda setembris. Per dominum comitem et suos consiliarios Nicolaus de Friulo factus fuit civis ragusinus. Qui iuravit fidelitatem domino duci Venetorum et domini comiti et communi Ragusine.

Eadem die. Dictus Nicolaus factus fuit scribanus in ligno Crauisclaui.

Die iiii setembris. In minori consilio ad sonum campane ut moris est congregato captum fuit et firmatum, quod ponantur stari lxxx de ordeo in (item?) stari cccl de frumento communis et dividatur in personis iiii/c. dando star iii ad plus, et copellas ii ad minus, ad rationem de grossis xviii pro stare. Terminus ad solvendum ad dies xx mensis octubris proxime venturi.

Die xvi septembris. In minori consilio ad sonum campane ut moris est congregato captum fuit et firmatum, quod dividantur stari ccc inter milium et ordeum ad racionem de grossis x pro stare in insulis. Et per burgum stari cl. Et per lastarcam stari cl ad predictam racionem.

Electi fuerunt ad dividendum in insulis: Junius de Scozilica, Martiniusius de Martiniusiis.

Electi fuerunt ad dividendum in lastarcam: Thoma de Dersa, Marculus de Scarito.

Item in eodem minori consilio captum fuit et firmatum, quod remittantur Nichiforo de Rauina illi p̃p̃i viii pro quibus camerarii habent na....um eius de argento, pro labore suo, quod fuit super blauam. Et quod Marinus de Zerena et Junius de Lucari, qui fuerunt socii eius nichil habent pro dicto facto, quia longo tempore tenuerunt denarios communis.

Die xvii setembris. In maiori consilio ad sonum campane, ut moris, cengregato, captum fuit et firmatum, quod magister Rizudus de

Salerno, medicus in fisica, sit ad salarium communis ragusine usque ad unum annum proximum, et habere debeat a communi pro isto salario libr. VIIII minus p̃p̃ v computato in eis affictu domus, et ipse teneatur fideliter curare et medicare omnes personas de Ragusio et districtu, que faciunt angarias communis, et que pro Raguseis distinguntur, cuiuscumque condicionis et status sint, dominum comitem et dominum arhiepiscopum qui erit, et cum tota sua familia et salanatas comitis et eorum familias sine aliquo precio et soluta. Et quod modo aliquo vel ingenio per se vel per alium pro eo non possit habere vel recipere partem vel utilitatem aliquam cum alio speciario in pena sacramenti et perdendi salarium.

In eodem maiori consilio captum fuit et firmatum, quod fiat . . . . . de p̃p̃ mille in personis LXXX pro solvenda regalia regis Vrosii. Electi fuerunt ad imponendum dictum . . . . . Nicola de Sorco, Nicola de Gundula, Dobrozius de Zorzi, Nicola de Menz.

Die XXV setembris. In minori consilio ad sonum campane, ut moris est congregato, facti fuerunt tutores heredis Nale de Baiaza: Marinus de Buizala, Nicola filius Laurencii de Menz.

MCCCXII, indictione X die XXVIII setembris. Per minus consilium captum fuit et firmatum, quod omnes illi, qui sunt de maiori consilio, quantumcunque vadant, sint extra districtum Ragusii et extra confinia, quod pro isto anno sint de ipso consilio, quandocumque revertantur [1]).

Anno domini millesimo trecentesimo duodecimo, die XXVIIII. mensis setembris. Judices, consiliarii et officiales facti tempore domini Barthucii Gradonici comitis ragusini, in primo anno sui secundi regiminis:

Iudices curie maioris: Nicola de Sorco, Petrus de Prodanello, Vrsacius de Bodaza, Nicola de Gundula (die XXVI aprilis Matheus de Petre), Petrus de Pabora (die III junii Pancratius de Saraca).

Consiliarii minoris consilii: Nicola de Babalt, Mathias de Felice (die XXVIII augusti Junius de Gambe), Priasne de Rauina (die tercio junii Marinus Mathie de Menz), Margaritus de Crusi (die ultimo junii Marinus de Zerena). Marcus de Lucari, Matheus de Zorzi.

Vicarius: Volzi de Bubalo.

Advocati maioris curie: Joannes Deodati, Joannes de Zelipa, Symon de . . . ., Luce de Bona.

Advocati comitis: Marinus de Petregna, Marinus de Vitagna (die XXVI madii Michael de Menz), Nicoliza de Martinusio (die tercio julii Joannes de Zelipa).

Iudices minoris curie: Junius de Scozilica (die tercio julii Jacobus de Sumaga), Sclaui de Rasti, Matheus de Binzola.

Advocati minoris curie: Marinus de Gamo, Marinus de Menz.

Iusticiarii; Petrus Cuzeta (die XXVIII januarii Pasqua de Sorco), Marcos de Schimosiza, Pasqua Zaruba, Rosinus de Saraca, Junius Bararinus,

---

[1]) Sequitur in msc. post 29 septembris.

Thoma de Dersa (die xiiii novembris). (Die tercio junii Prodanus de Bedaza).

Camararii comitis: Gabriel de Gleda, Nicola de Bussa (die v marcii Eline Marini de Goze), Marinus de Volzi.

Fundogerii: Petrus de Nicuz, Palma de Chisegna, Martinusius — (Andrea de Catena).

Procuratores sancte Marie: Blasius de Caloga (die xii octubris), Georgius de Zorzi (die xii decembris Tefla de Tefle), Junus de Gambe.

Passatores curatoriorum in civitate: Andreas de Catena, Jacobus de Sumaga, Pancrati de Saraca.

Super pascuis: Thoma de Dersa, Petrus de Cranca, Marinus de Mastana (die xxiiii novembris).

Passatores extra civitatem: Tefla de Tefla, Andreas de Bonda, Matheus de Dersa, Vitalis de Potriga (die xii decembris).

Doanerii: Symon Vacant (die xii octubris Marculus de Tediusio), Gregorius de Monachi, (die xx januarii Damianus de Gundula), Nicola de Goze, Junius de Uolcay.

Scribanus doane: Marinus, filius Michaelis, de Procula.

Cercatores armorum in lignis: Nicola de Menz (die xv madii Nicoliza de Martinussio), Junius de Gundula (die ultimo junii Pasqua de Menz), Andreas Palme de Sora (die tercio Julii).

Ad stateram frumenti: Prodanus de Bodaza, Marinus de Vilano.

Scribanus ad bechariam: Petrus de Zauernico.

Procuratores de Lacroma: Marculus de Tediusio, Marinus de Zerena.

Advocatus de Lacroma: Nicoliza de Martinusio.

Calendis Aprilis, doaner: Elyas de Sorca, Marinus Mathie de Menz, (die xxvi aprilis Marinus de Zerena), Andreas de Pabora (die xxvi aprilis Junius de Menz), Blasius de Bodaza (die xxvi junii Junius de Gundula), Laurenzo de Bodaza (die viii junii), Nale filius Junii de Ravina, scribanus doane kalendis Aprilis.

Consilium rogatorum: Nicola de Sorco, Nicola de Babalio, Vrsacius de Zerena, Tripe de Zorzi, Tefla de Tefla, Symon de Recuy, Marinus de Petregna, Nichiforus de Rauina, Laurencius de Bubagna, Elyas de Sorco, Petrus de Prodanello, Vrsacius de Bodaza, Johannes Deodati, Pacrati de Bunssa, Matheus de Dersa, Mathias de Felix, Blasius de Cubaga, Gregorius de Monachi, Pancrati de Saraca, Junius de Scozilica, Marculus de Tedeusio, Marcus de Lucari, Priasne de Ravina, Matheus de Zorzi, Nicola de Gundula, Petrus de Pabora, Luce de Bona, Johannes de Zelipa, Margaritus de Crusi, Vitalis de Petrega, Petrus de Balisela, Nicoliza de Martinusio, Georgius de Zorzi, Symon Vacant, Marinus de Zerena, Blasius de Bodaza, Gabriel de Gleda, Junius de Gambe, Vita de Sorco, Junius de Dersa, Junius de Uolcay, Nicola de Benessa, Marinus de Binzola, Andreas de Volzi, Junius de Gundula. Dobre, filius Elye de Sorco, Menz de Mathia de Menz, Symon de Rasti, Gervasius de Scilo, Laurencius de Menz, gallus, Matheus de Petregna, Marinus Mathie de Menz, Andreas de Pakora, Petrus de Zeria, Michel de Menz, Symon de Boncssa, Nicola de Gundula, Tadeus de Budaza, Junius de Menz, Junius de Peturerio, Nichiforus Vrsacius de Budaza, Marinus de Cusi, Marcelus de Tediusio, Dobrozius de Zorzi.

Consilium maius: Nicola de Sorco, Tefla de Tefla, Dimitrius de Saraca, Vrsatius de Zerena, Nicola de Babalio, Marinus de Geme, Symon de Recux, Petrus de Prodanello, Andreas de Catena, Tripe de Zorzi, Joahinus de Odati (Deodati?), Petrus de Pecurerio, Clemens de Goze, Pasqua Saruba, Marinus de Petregna, Margaritus de Crusi, Junius de Scozilica, Prodanus de Bodaza, Laurencius de Bodaza, Nichiforus de Ramina, Marcus de Schunasiza, Petrus de Menz, Palma de Chisegna, Petrus de Mauressa, Marinus de Menz, Palma de Bisti, Vrsacius de Badaza, Elyas de Sorco, Matheus de Dersa, Petrus de Zeria, Stephanus de Binzola, Marinus de Mascana, Symon Vacant, Marinus de Tripe de Juda, Elyas de Bonda, Solimi de Rasti, Marinus de Vilano, Jacobus de Sumagna, Blasius de . . . ., Martinus de (Martinussio), Marcus de Lucario, Menz de Lamprez de Menz, Marinus de Scillo, Pancratius de Benssa, Valli de Gozzo, Rossinus de Saraca, Marculus de Tediusio, Marinus de Pecurerio, Margarito de Poza, Nale de Sercuto, Pacrati de Saraca, Laurentius de Bubagra, Marinus de Cherpa, Vitalis de Petregra, Matheus de Binzola, Laurencius de Menz gallus, Petrus de Batal, Mathias de Buzignolo, Mathias de Felice, Geruasius de Scilo, Marinus de Merguncho, Junius de Dabro, Nicola de Scilo, Valli de Gundula, Vrsacius Prodani de Bodaza, Nichiforus de Schimasiza, Felix de Felix, Matheus de Petregra, Johannes de Zelipa, Marinus de Vitagna, Luce de Bona, Matheus de Zorzi, Paulus de Gundula, Nicola de Gundula, Marinus de Symon de Binzola, Marinus de Zorena, Andreas de Pabora, Petrus de Pabora, Marinus de Mathia de Menze, Dobrosclaus de Binzola, Marinus de Gundula, Priasne de Rauina, Blasius de Caboga, Marin de Goze, Georgius de Zorzi, Matheus Manzina, Vita de Zorzi, Nicoliza de Martinussio, Marinus de Grubexa, Marcus de Babalio, Junius de Menze, Andreas de Uolzi, Martulo de Scarito, Martinussius de Martinussio, Junius de Zeria, Blasius de Laurenzo de Bodaza, Junius de Gambo, Vita de Sorco, Junius de Lucario, Margarito de Bizagallo, Junius de Volcax, Nicola de Benessa, Marinus de Nicola de Valzi, Nicola de Pero de Zorci, Gabriel de Gleda, Pasqualis de Pecurerio, Rossinus de Pero de Gruscla, Paulus de Nicola de Martinussio, Dobrozi de Zorzi, Junus de Tripe de Zorzi, Michel de Menz, Marcus de Nicola de Menz, Andreas de Pero de Gaiscla, Nicola de Menz, Nichiforus Vrsatii de Bodaza, Lampre de Marino de Menz, Luce de Vitagna, Pero de Margarito de Poza, Todorus de Crusi, Volzi de Nicola de Volzi, Matheus de Jacobo de Zorzi, Junius de Zamagno, Germanus de Pizunco, Laurentius de Chuno, Johannes de Caboga, Todorus de Laurenzo de Bodaza, Dobre filius Elie de Sorco, Nale Vrsacii de Zerena, Nicola de Petregna, Mathe de Jacobo de Crusi, Joahinus de Zorzi, Blasius de Scaciliza, Petrus Marini de Gangulo, Nicoliza de Nicola de Martinussio, Nicola de Tripe de Zorzi, Marinus de Junius de Sorco, Andreas de Paulo de Sorco, Nicola de Mathia de Menze, Dimitrius de Symon de Recux, Unuzize de Mathia de Buzigallo, Clime de Marino de Goze, Pasqua de Marino de Goze, Petrus de Grubexa, Petrus de Nicola de Babalio, Nicola de Goze, Clime de Dersa, Andreas de Nicola de Sorco, Jacobus de Nicola de Sorco, Todorus de Marino de Petregna, Micho de Marino de Mascana, Micha de Marino de Dersa, Clime de Gleda, Thoma de Dersa, Pero de Cranca, Luca Gambe, Sergius de Zeria, Andreas de Sclauo, Pasqua Sauni

de Poza, Marinus de Getaldo, Marinus de Tediusio, Valli de Dersa, Nicola de Matheo de Bodaza, Marinus de Fusco de Binzola, Pasqua de Fusco de Binzola, Clime de Vita de Babalio, Rossinus de Vita de Babalio, Michel de Binzola, Goie de Petregna, Giue de Matheo de Corzi, Bone de Marino de Gundola, Martinussius de Mathia de Menz, Nicho de Marco de Lucario, Lampre de Pero de Menz, Andrea de Nicola de Zigo, Lampre de Nicola de Sorco, Marinus de Sauino de Bodaza, Vita Vrsatius de Bodaza, Guie de Valli de Gozze, Proculus de Menz, Felix de Pasqua de Grede, Felix de Mathie, Marinus de Scociliza, Junius de Dobrosclauo de Calich, Nicola de Pero de Zeria, Gauinus Andree de Bonda, Dame filius Margariti de Buzigalo, Dime de Domagna de Menz, Syme de Pancratio de Benssa, Gervasius de Junio de Bona, Andreas de Gervasio de Felix [1]).

Die ultimo setembris. In consilio rogatorum captum fuit et firmatum, quod mittatur unus ambaxator in Antibarum ad requirendum comitem, commune et homines Antibari quod faciant rationem de suis civibus, hominibus et civibus Ragusinis, qui debent habere debita super hominibus de Antibaro; quia per plures litteras fuerunt requisiti ex parte domini comitis et sui consilii minoris, quod facerent rationem hominibus de Ragusio de suis civibus, qui tenentur hominibus de Ragusio et nullam rationem facere voluerunt.

Per dominum comitem et suum minus consilium electus fuit ambaxator Priasne de Ranina, qui iuravit dictam ambaxariam.

Eadem die. In minori consilio ad sonum campane ut moris est congregato, Marinus de Tripe factus fuit comes insularum, et incipit terminus eius ad medium mensem setembris proxime venturum. Et debet stare mensibus sex.

---

[1]) Dein sequitur: Mcccxiii die penultimo setembris. In minori consilio ad sonum campane ut moris est congregato, firmatum fuit consilium maius et omnes illi, qui sunt extra Ragusium qui sunt scripti, sint de consilio predicto quandocumque veniant usque ad unum annum et si infra annum aliquis de consilio ibit extra Ragusium ad quaslibet partes, quandocumque veniant Ragusium infra annum sint de consilio magno.

Mcccxii indictione x die xxviii setembris. Per minus consilium captum fuit et firmatum, quod omnes illi, qui sunt de maiori consilio, quantumcunque vadant, sint extra districtum Ragusii et extra confinia, quod pro isto anno sint de ipso consilio quandocumque revertantur.

Mcccxiii indictione xi die xxviii setembris. In minori consilio ad sonum campane, ut moris est, congregato captum fuit et firmatum, quod omnes illi, qui fuerunt de maiori consilio pro preterito anno, sive sint in Ragusio sive extra Ragusium quandocumque et quocienscumque vadant et revertantur Ragusium, sint de consilio maiori pro isto presenti anno ab hodie usque ad festum sancti Michaelis de mense setembris proxime venturo.

Banitum fuit per Petrum preconem communis in locis solitis.

Kal. octubris mcccxii indictione decima. Die iiii octubris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod procuratores sancte Marie maioris, qui sunt et qui erunt per tempora, non possint incipere aliquod laborerium pro dicta ecclesia vel facere fieri, quod ascendant a ҧҧ l supra, nisi de licencia domini comitis et sui minoris consilii.

Item quod rota, que facta fuit ad ponendum in dicta ecclesia, non ponatur, sed vendatur cui plus dederit; et ille, qui debebat dictam rotam ponere in ecclesia sancte Marie, teneatur cum eisdem conditoribus eam laborare et ponere illi, qui eam emet.

Die vii octubris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, filius Marini de Mauressa, factus fuit salinarius. Petrus de Pabora plez pro eo. Item filius Petri Rubei factus fuit salinarius. Plez pro eo Petruz de Prodauello. Plezi et proprii pagatores et quilibet eorum in solidum [1]). Item Palma de Bisci factus fuit salinarius. Plez pro eo Vrsacius de Badaza.

Die x octubris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod abbas vel procurator de Lacroma modo aliquo vel ingenio, pro precio vel de gracia, possint ponere vinum nec battas (sic) alicuius persone, nec permittitur, ut ponatur in canupa de Lacroma in pena de ҧҧ x procurator, si contrafecerit.

Die x octubris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, facti fuerunt tutores filie Marini Dalegrete preconis comitis condam, Sclaui Kecheri, Dobrana soror dicti Marini.

Die xiiii octubris. In minori consilio, ad sonum campane ut moris est, congregato, Marinus de Nicola Zuperio factus fuit scribanus in ligno Petri de Laguna.

Die xxvii octubris. In consilio rogatorum, ad sonum campane ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, ut galea Georgii de Gostiua, que modo debet ire Venetias, melius possit ire in conservam cum galeis de Venetiis, que venire debent de Zepro et de Romania, et ut propter hec habeat sufficientes homines ad navigandum, quod eligantur duo boni homines, qui sint ad recipiendum homines sufficientes ad vogandum (sic) pro dicta galea. Et per minus consilium electi fuerunt: Symon de Recux; Tefla de Tefla.

Die xxviii octubris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod reficiatur carta Perchinii Zenobie uxoris Tolisclaui Zuparii. Et si alia carta dicti Perchinii, quod sit nulius valoris. Que carta abreviata reperitur in uno quaterno scripto manu Azonis, tunc cancelarii comitis ragusini, posito et adiuncto in libris abreviaturarum presbiteri Junii, sub mcclxxxvi indictione xiiii die xxvii octubris.

---

[1]) Inde ab „Item filius . . . solidum" in msc. deletum.

Die xxviii octubris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Geruasius de Cherpa factus fuit scribanus in ligno Marini de Tediusio.

Eodem die. In eodem minori consilio Paue de Cathena factus fuit scribanus in galea de Gastigna, vocata „sancta Fusca".

Kal. novembris mcccxii. indictione decima. Die iiii novembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod quilibet becharius teneatur vendere illius persone, que primo petit capud bestie, cordam, mazam, et figatum in pena de p̃p̃ ii pro quolibet et pro qualibet vice. Bannitum fuit per Petrum preconem.

Die xi novembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato Merunzuca medicus confirmatus fuit ad salarium comitis per unum annum pro p̃p̃ xxx cum conditionibus consvetis.

Die xii mensis novembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod quelibet persona, que vult facere panem ad vendendum, possit facere, dando communi pro quolibet stario grossos iii. Et nulla persona debeat (vendere) panem sine bulla communis in pena de p̃p̃ ii pro quolibet et pro qualibet vice, et perdendi panem; et accusator habeat medietatem banni, si per eius acusam veritas poterit inveniri. Et Petrus Rubeus est supra bullam panis. Bannitum fuit in locis solitis per Petrum preconem.

Item in eodem minori consilio captum fuit, quod preconizetur publice in locis solitis, quod si aliqua persona habet de armis communis, que fuerunt in barcis armatis pro ducenda galea januensi cum blaua ragusina, ea debeat infra tres dies presentare domino comiti in pena de p̃p̃ x; et accusator habeat medietatem banni. Bannitum fuit per Petrum preconem.

Die xii mensis novembris. In minori consilio ad sonum campanarum, ut moris est congregato, Junius Baraninus factus fuit comes Malfi, Vmble et Grauoxie, ad unum annum; et habet de salario a communi p̃p̃ xv; et incipit terminus eius die xv mensis presentis novembris.

Die xv novembris. Per dominum comitem et suos consiliarios Vita de Basilio factus fuit scribanus in ligno Martini de Curzula.

Die xxi novemmbris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, facti fuerunt tutores filiorum Margariti de Tupsa: Zare Cotoranus, Gregorius de Gaixa.

Item in eodem minori consilio captum fuit et firmatum, quod scribantur littere mercatoribus de Rudnico, quod illi, qui se non extrahunt de unione, que per eos facta fuit pro turma, que fuit descenuta (sic) per doanarium de Rudnico, solvant pecuniam, quam ipsi dicunt per suas litteras se debere solvere per totum istum mensem, salva racione

eorum, quam propter hoc haberent contra Petrum de Zeria, Syme de Schmosiza, Geruasium de Buzigallo et Marcum de Nicola de Zuperi, qui se extrahunt de dicta unione et dicunt, quod nichil solvere debent de dicta auarea. Item quod scribantur littere dictis Petro de Zeria, Syme, Geruasio et Nicole, quod, ex quo se dicunt nichil debere solvere de dicta auarea, quod infra II menses postquam receperint ipsas litteras ponant vel poni faciant in camera in Ragusio bona pignora in denariis vel in argento vel in zera de tanto, quantum cetera pars eorum ad solvendum de dicta auarea, in pena dupli. Item, quod si cum mercatoribus predictis non poterint concordare de dicta auarea, quod dominus comes cum sua curia cognoscet inter eos de iure. Item quod nullus Raguseus audeat accusare vel denunciare aliquem raguseum vel eius res alicui dominacioni vel persone de Sclauania in pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxv mensis novembris. In consilio rogatorum, ad sonum campanarum, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod aliqua persona de Ragusio per se vel per alium, cum carta vel sine carta, cum scriptura quaterni, vel per testes sive sine, modo aliquo vel ingenio de cetero non debeat contrahere vel facere aliquod debitum vel credenciam alicui persone de Antibaro in pena de p̃p̃ c pro quolibet et qualibet vice, et perdendi tantum, quantum esset illud debitum sive credencia; et quicumque accusaverit, habeat medietatem banni, si per eius acusam veritas poterit reperiri et teneatur in credencia. Et hoc est, quia homines et commune Antibari pluribus vicibus per litteras per ambaxatorem a communi ragusino fuerunt requisiti, quod faciant racionem hominibus de Ragusio de civibus Antibari, qui sunt in debitis obligati civibus ragusinis; et numquam voluerunt facere racionem. Et istud consilium durare debeat, donec homines de Antibaro satisfecerint hominibus de Ragusio in debitis eorum. Et plus et minus ad voluntatem consilium (sic) rogatorum. Bannitum fuit per Petrum preconem communis.

Item, quod dyaconus Andreas de Benissa et cancellarius communis non debeant scribere aliquod instrumentum vel scripturam de aliquo debito vel credencia, quod vel quam contraheret vel faceret aliqua persona de Antibaro cum aliquo Raguseo vel foresterio. Et quod de aliquo debito vel credencia factis de cetero cum aliquo de Antibaro dominus comes cum sua curia non possit audire questionem aliquam, nec facere racionem alicui persone.

Item, quod omnes persone de Raguseo que cum carta vel scriptura vel quolibet alio modo debent recipere aliquod debitum vel credenciam ab aliqua persona de Antibaro, debeat ipsum debitum facere scribi in cancellaria infra VIII dies, firmando per sacramentum, quantum quis voluerit de suo debito; et qui infra ipsum terminum non fecerit scribi, non tenebitur sibi aliquod ius de ipso debito. Bannitum fuit per Petrum preconem.

Kal. decembris mcccxii indictione x. Die primo decembris. Per dominum comitem et suum minus consilium incantata fuit domus de Lazera per plures dies per civitatem, et quia non inveniebatur, qui plus vellet dare, in publica contione ad sonum campane, ut moris est, in plathea congregata, data fuit et deliberata per duos annos proximos Marino de

Zerena, Mencio de Mathia de Menz, Vito de Palma de Sorco, et Sauino nepoti Vrsacii de Zerena pro p̃p̃ ccc quolibet anno. Et debent solvere ad festum beati Michaelis de setembri p̃p̃ ccc pro anno. Et receperunt infrascriptas res in dicta domo: in primis caldere i, item metroza xi, item caze ii, item metroza magna ii, item torni fornici ii, item mascellum i, item galete iii, item assa maza i, item scarpellum i, item cultelli iii.

Die xiiii decembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Marinus Marangenus de Lacernate fuit confirmatus ad salarium communis usque ad unum annum proxime venturum pro p̃p̃ xxx cum illis conditionibus, cum quibus fuit in preterito anno.

Die xxii decembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod dentur pro elemosina p̃p̃ x fratribus Predicatoribus, et totidem fratribus minoribus pro elemosina.

Die xxiii decembris. Per dominum comitem et suos consiliarios Matheus de Quala factus fuit scribanus in ligno Junii de Gambe.

Die xxiiii decembris. In maiori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod prolongentur terminus usque ad carnisprivium proxime venturum illis, qui debebant facere portari suam quantitem et partem suam frumenti ad festum nativitatis domini proximum, de illa impositam vi mille star frumenti, que facta fuit tempore consulum.

Die xxvi decembris. Per dominum comitem et suum minus consilium captum fuit et firmatum, quod mittatur una barca ad expediendam mercationem Georgii de Gostiua per Auaream usque ad exercitum Jadre, ad investigandum et sciendum nova de ipsa galea.

Die xxviii decembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato Stephanus de Lucaro factus fuit scribanus in ligno Crauisclaui.

Die xxviii decembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato Pasqua filius Laurencii de Berisina, factus fuit scribanus in navi Felicis, vocata „sanctus Blasius".

Die xxx decembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Nicola, filius Johannis Deodati factus fuit scribanus in ligno Johannis de Zorzi.

III. Anno 1313.

Kal. januarii mcccxiii, indictione xi. Die primo januarii. De mandato domini comitis et sui consilii pluribus diebus per precones communis incantata fuit per civitatem gabella sancte Marie. Et quia non

inveniebatur, qui plus vellet dare in publica contione, ad sonum campane more solito in plathea congregata, fuit data et deliberata Gaisclauo, filio Marini de Petregna pro p̄p̄ DCCXXX usque ad unum annum solvendo in terminis consvetis. Et de dictis denariis debent scomputari p̄p̄ VI dicto Gaisclauo pro II porcis. Vellisclaua uxor condam Nicole de Crusi, Marinus de Petregna, ambo simul et quilibet eorum in partem et in totum super se et omnia sua bona sunt plezi et proprii pagatores pro dicto Gaisclauo, et ipse Gaisclaus similiter cum eis, ut predictum est, quilibet in partem et in totum et omnes simul et in solidum sicut placuerit domino comiti [1]).

Die XII junii. Per dominum comitem et suum minus consilium, consentiente dicto Gaisclauo sive Marino de Petregna, patre suo, pro eo dicta gabella translatata fuit in Luce de Bona, pro illo precio et cum illis condicionibus cum quibus eam habet dictus Gaisclauus. Petrus de Prodanello, plez et proprius pagator pro dicto Luce, pro dicta gabella ambo simul et quilibet eorum in partem et in totum sicut placuerit domino comiti se tenere pro solutoribus dicte gabelle.

Die ultimo junii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit, quod dicti VI p̄p̄, pro II porcis śconputentur Marino de Petregna, salva racione cuiuslibet pecunie.

Die VI januarii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Petrus filius Johannis de Dabro condam, factus fuit scribanus in ligno Uitalize de Martinissio.

Die VII januarii. In maiori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, lecte fuerunt infrascripte littere domini ducis, et infrascriptus tenor unius peticionis porrecte in Venetias domino duci per Laurencium de Bubagna. Et in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum, quod dicte peticioni non est assenciendum pro bono civitatis et insule de Lagosta, et quod respondeatur domino duci secundum tenorem litterarum inferius notatarum.

Tenor litterarum domini ducis: Johannes Superantius, dei gracia Venetiarum, Dalmacie atque Chroacie duci (sic), dominus quarte partis et dimidie tocius imperii romani, nobili et sapienti viro Bartholomeo Gradonico, de suo mandato comiti ragusino, et communi et universitati salutem et dilectionis affectum. Supplicavit nobis per suam peticionem discretus vir Laurentius de Ragusio, quod eidem dare dignaremur insulam de Lagosta, quia pro ipsa insula emere vult tot imprestita, que reddant comitibus ragusinis libr. XII gross. annuatim, sicut reddit libr. VIII gross. et per ipsam peticionem, quam vobis mittimus presentibus interclusam, videre poteritis ordinate. Et ideo vobis scribimus, et per nos et per nostrum consilium vobis precipiendo mandamus, quatenus visa et examinata dicta peticione pro bono communis et universitatis dicte terre conditionem et statum et quicquid vobis videbitur superinde nobis per vestras litteras denotetis. Datum in nostro ducali palacio die XXIII novembris, XI indictione.

---

[1]) In msc. deletum.

Tenor peticionis: Magnifico et potenti domino domino duci et vestro consilio. Ego Laurencius de Bubagna de Ragusio vester fidelis servitor peto, quod licet insula de Lagosta reddat annuatim comitibus in Ragusio libr. VIII gross. volo emere Venetiis tot et tanta imprestita, que reddant annuatim libr. XII gross. comitibus ragusinis pro dicta insula, et semper dictam insulam volo tenere et levare ad honorem vestre dominacionis, et habere redditum, sicut habent comites de Ragusio de dicta insula et crescere homines, qui sunt in ea. Unde supplico vestre dominacioni, quatenus vobis placeat petere et requirere dominos comites, qui steterunt tempore elapso Ragusii, de isto facto.

Tenor litterarum responsinarum (sic) domino duci pro communi ragusina super facto dicte insule et litterarum domini ducis et peticionis Laurencii predicti: Illustri et magnifico domino suo, domino Johanni Suprantio, dei gracia Venetiarum, Dalmacie atque Chroacie duci, domino quarte partis et dimidie tocius imperii Romani, Bertucius Gradonicus, de vestro mandato comes ragusinus, judices et consiliarii, consilium et commune civitatis eiusdem, subditi et fideles vestri cum recommendatione se ipsum. Litteras reverende dominacionis vestre nuper debita reverencia recepimus continentes, quod super una peticione vobis porrecta per Laurencium de Bubagna de Ragusio, fidelem vestrum, in dictis vestris litteris inclusa, examinatione facta pro bono communis et universitatis dicte terre conditionem et statum in hac parte vobis nostris litteris declarare curaremus. Quo circa mandata vestra cupientes exequi, ut convenit, reverenter magnificencie vestre duximus respondendum, quod sicut per scripturam communis ragusine, iam longo tempore factam, patet, homines de Lagosta se insulam ipsam voluntarie dederunt communi ragusine sub tali conditione et pacto, quod commune ragusinum iuravit eis manutenere omnes suas antiquas consvetudines, quas ipsi homines de Lagusta habeant inter se. Et secundum ipsum pactum commune ragusinum voluntarie ipsam insulam dedit comiti ragusino, qui per tempora fuerit, et ita scriptum reperitur de verbo ad verbum. Et licet comites nostri receperunt introitus dicte insule, et eis miserint vicecomites auctoritate sua, commune ragusinum in eorum necessitatibus utuntur hominibus de Lagusta. Et si quo tempore homines de Lagusta recursum habuerunt ad vos, hec fuit per modum istum: nam in commissione comitis nostri continetur quod habere debet dritum (sic) et raciones comitatus et regalias civitatis. Et quia regalie de Lagosta in multis erant inhoneste et minus bone, et specialiter, quod omnes condempnaciones de Lagosta pro medietate erant nostri comitis et vicecomitis, quem mittebat, et ob hanc causam multa inconveniencia fiebant, et eciam quia femine, que adulterium commisissent, efficiebantur sclaue comitis, homines de Lagosta recurrerunt ad comitem nostrum ragusinum. Et ideo quia commissiones comitum nostrorum non possunt minui vel immutari sine auctoritate uestra et nostri maioris consilii, comes eos misit ad dominationem vestram; unde cum vestri reverentia dicimus, quod comites nostri recognoscunt dictam insulam a commune et civitate nostra ragusina, et insula ipsa spectat ad civitatem ipsam ragusinam. Ceterum istud novimus, quod dominacio vestra non consvevit auferre vel minuere iurisdictionem alicuius et maxime fidelium vestrorum, qui perseverant in fidelitate magnificencie

vestre. Ad tenorem vero peticionis, si est utile dicte terre vel non, sic duximus presentibus respondendum, quod dominatio vestra numquam consideravit nec considerabit tantum ad utilitatem rectorum vestrorum, quantum considerat ad bonum statum vestrorum fidelium, certe iam fuit tempus quod aptagi valuerunt in Ragusio alicui comiti secundum quod daret libr. XL gross. et quia dominationi vestre visum fuit, quod in hiis plerumque illicita fieret, ne ulterius ultra, quam licitum esset, fieret, in ea parte voluistis, quod in duobus annis comites nostri habere deberent solum libr. XVI gross. pro ipsis aptagi. Et de memorata insula aliquando habuerunt nostri comites pro parte sua, quando fuit in primo statu, libr. XXX gross. Et considerato pro meliori dicte insule captum fuit, quod comes ragusinus haberet libr. VIII gross. et pro falconibus sol. XV gross. et pro vicecomite, quem mittit illuc, sol. L gross. in anno. Et hoc totum ascendit in summa libr. XI et sol. V gross. in anno; et omnes alie regalie, consvetudines et condempnaciones remanent in homines et commune insule supradicte. Et si pro sol. XV gross. qui magni proferuntur vel eciam pro pluri debent vendi iurisdictio et insula illa, et homines illi in servitutem poni uni tyranpno, non dicimus pro tanto quod possibile est, quod intencio dicti Laurencii est bona; sed si ipse vel aliquis alius, ad quem insula illa devenire posset, haberet intentionem malam et multum de malo posset facere in illa sua segnoria. Certe homines de Lagosta vix audent loqui contra illos, quos habent vicecomites pro duobus annis; et multo magis loqui audebunt contra unum nobilem, qui esset eorum dominus generalis, quoniam cogitarent, quod posset eis deterrius facere, pro certo non auderent conqueri, si eis auferet uxores a latere et denarios de bursa. Unde examinatione et deliberacione habita diligenti ex premissis rationibus et pluribus aliis rebus, que in totum describi non possunt, nobis non videtur pro bono terre et dicte insule peticioni predicte assenciendum, neque hoc aliqualiter faciendum, nec eciam auribus audiendum. Ex quo dominacioni vestre humiliter supplicamus, quatenus nostras nobis consvetudines, ut confidimus, observantes, alicui speciali persone in hac parte dignemini audienciam non prebere. Ego autem comes vester predictus iudico quia pro tempore, quo habeo esse hic esse, mihi utilitas acresceret; sed, teste deo, non considero istud in vestri magnificenciam et honorem.

DIE VII JANUARII. In predicto maiori consilio, captum fuit et firmatum, quod eligantur tres nobiles viri de Ragusio ambaxatores, qui vadant Jadram ad tractandum pacem inter dominum ducem Venetiarum et rectorem Jadre. Et si necesse fuerit pro ipso tractatu ire Venetias, vel ad alias partes, quod ire possint. Et habeant libertatem expendendi supra commune ragusinum illut, quod eis necessarium videbitur occasione predicta. Et habere debeat quilibet eorum pro salario ultra expensas sol. XX grossos; et quicumque electus fuerit ad dictam ambaxatam, qui vadit per platheam, non possit se excusare, sed ire teneatur. Et si dictam ambaxatam refutaverit et ire noluerit, solvat pro banno communi p̃p̃ V centum.

Et per consiliarios electi fuerunt in dicta ambaxata: Benedictus de Gundula, Tripo de Zoriza, Marculus de Tediusio; et iuraverunt et ire debent infra XV dies proximos.

Et captum fuit, quod quilibet eorum habeat duos pueros, et quod detur eis unus coquus et unus expenditor.

Captum fuit, quod arivetur lignum Petri de Logrina pro dictis ambaxatoribus per commune.

Item, quod Calenda, filius Nicole Greco, sit expenditor dictorum ambaxatorum, et habeat pro suo salario quolibet die gross. III.

Die VIIII januarii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod si quis aliquis doanarius extra Ragusium steterit VIII diebus continuis, quod ipse sit extra officium doane et alius doanerius loco eius eligatur.

Die XVI januarii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Gregorius de Mazola factus fuit scribanus in galea Mathie de Buzigallo.

Die XX januarii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Paulus de Grubexa factus fuit scribanus in ligno Laurencii de Grubexa.

Die XXII januarii. Per dominum comitem et suos consiliarios captum fuit et ordinatum, quod omnes barce, que modo vadunt ad Drinum et in Romaniam, debeant ire simul in conservam usque Dulcinum et plus ultra si irent cum suo dextro. Et Martinusius de Martinussio sit eorum capitaneus. Et deinde ulterius alie barce, que vadunt in Romaniam, debeant ire simul in conserva usque in Romaniam, in pena de p̃p̃ C pro qualibet omnium predictarum barcarum.

Et Paue de Cathena factus fuit capitaneus barcarum, que vadunt in Romaniam.

Die XXIII januarii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Lampre de Bonda, factus fuit scribanus in ligno Marini de Zilio.

Die XXVIII januarii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Meductus maritus Dobre factus fuit raguseus, qui juravit fidelitatem domino duci Venetiarum et domino comiti et communi ragusine.

Kal. februarii MCCCXIII indictione XI. Die XV februarii. In minori consilio, ut moris est congregato, Matheus de Quala, factus fuit scribanus in ligno Andree de Pabora.

Die XVIII februarii. In minori consilio, ut moris est congregato, Laurencius de Risa, factus fuit scribanus in navi Vallii de Goze, vocata „sanctus Johannes“.

Kal. marcii MCCCXIII indictione XI. Die III marcii. In minori consilio, ut moris est congregato, Blasius filius Marci Pitati, factus fuit scribanus in ligno Junii de Gambe.

Die v marcii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Blasius de Scozilica factus fuit scribanus in ligno Marini de Tediusio.

Die xi marcii. In minori consilio, ut moris est congregato, Serzius de Zeria factus fuit scribanus in ligno Pauli de Grubexa.

Die xi marcii. In minori consilio ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod mittatur unus ambaxator ad comitem de Canali super facto robalie, quam fecit Stephanus de Canali in homines et res hominum de Breno. Et habeat equos et pueros a communi et p̃p̃ v. Item, quod scribantur littere regi Vrosio et filio eius super predictis. Electus fuit Margaritus de Crusi et iuravit.

Die v marcii. In minori consilio, ad sonum campanarum, ut moris est, congregato Nicola de Gundula fuit confessus et contentus, se habuise et recepisse cum voluntate et assensu domini comitis et sui minoris consilii p̃p̃ ccl, qui sunt Dimitrii, filii Marini de Mascana, quos ipse Dimitrius habuit in partem de Perchuna Sclaue condam matris sue. Et ipse Nicola obtulit se ad tenendum dictos denarios cum lucrandum cum eis sal....s in terra usque ad unum annum et ad dandum x pro centenario de lucro [1]).

Die xii marcii. In consilio rogatorum, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod aliquis raguseus nec aliqua persona de Ragusio vel districtu de cetero non audeat vel presumat ire cum mercatoribus vel mittere mercatores in Narentum undecumque in pena p̃p̃ c et perdendi mercationes vel valorem ipsarum. Et quod mercatores de Ragusio et Ragusei, qui sunt in Narento, debeant expedire mercationes suas et recedere de Narento usque per totum mensem madii proxime venturum in pena et banno de p̃p̃ c pro quolibet et perdendi mercationes. Bannitum fuit per Petrum preconem communis in locis solitis [2]).

Item, quod scribantur preceptorie Stephano de Binzola, qui est in Narento, ut ipse ex parte domini comitis et communis ragusine faciat preceptum omnibus et singulis mercatoribus de Ragusio et omnibus et singulis Raguseis, qui de cetero venirent in Narentum cum mercatoribus de aliqua parte, quod ipsi debeant reverti et recedere inde cum eorum mercatoribus in pena de p̃p̃ c pro quolibet et perdendi mercationes vel valorem ipsarum.

Et si aliquis fuerit, qui faciat contra ipsum preceptum sibi factum

---

[1]) Deletum in msc. atque in margine adnotatum: Mcccxiiii die xiii februarii Dictus Dimitrius (accepit) a dicto Nicola p̃p̃ xiii de prode.

Mcccxiiii indictione xii die vi marcii, assignavit omnes dictos denarios et prode et capitale domino comiti et minori consilio Michus de Mascana, eas recepissemus, reformationem factam . . . .

[2]) In margime: „Die xxv marcii fuit revocatum.

per dominum Stephanum, quod ipse Stephanus teneatur ipsum denunciare domino comiti.

Et predicta omnia firmata fuerunt et ordinata, ut superius dictum est, quia comes Zanne vult facere inconsvetas novitates mercatoribus de Ragusio in Narento, auferendo eis decimum de oleo et aliis mercationibus contra consvetudinem. Et predictus ordo duret donec dictus comes Zane desistat a predictis novitatibus.

Die xvii marcii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod lignum Marini de Tediusio, quod debet ire modo Venetias, et lignum illorum de Gundula, quod debet modo ire in Anconam, vadant simul in conservam in isto viagio usque ad sanctum archangelum. Et si tunc ibi acceperint partem ad eundum intus, quod vadant simul usque ad Primichum; si non acceperint partem ad eundum deforis, vadant simul usque ad Liziri.

Et (si) ad sanctum archangelum acceperint partem, unus ad eundum extra, alius ad eundum intus, vadant postea sicut eis melius videbitur. Et predicta debeant servare in pena de p̃p̃ cc pro quolibet dictorum lignorum.

Capitaneus dictorum lignorum Petrus de Grubexa.

Die xxiiii marcii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, facti fuerunt doanerii incipiendo ad kal. aprilis proximas: Elyas de Sorco, Marinus Mathe de Menz, Andrea de Pabora, Blasius de Bodaza.

Die ultimo marcii factus fuit scribanus doane Nale, filius Junii, de Rauina.

Die xxviii marcii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod scribantur littere preceptorie Mauresse Camasi, Marino de Chines et Goste de Gostissa, quod ipsi faciant auarcam de yp̃p̃ c cum aliis mercatoribus de Ragusio, qui sunt in Rudenico et eam exigant.

Et hec fuit pro p̃p̃ c quos Michael de Menz solvit Pritico pro concordio facto inter dominum regem Stephanum et dictos mercatores, occasione turme, que detenta fuit per doanerum de Rudenico. Et quod ipsi solvant partem suam dicte auarce, et quod faciant preceptum dictis mercatoribus, quod infra unum mensem a receptione litterarum solvant dictam auarcam in pena medietatis de eo, quod cuilibet contingeret de parte. Et si quis contrafaceret, quod rescribant domino comiti.

Item quod scribantur alie littere preceptorie mercatoribus de Raguseo qui sunt in Rudenico, quod infra dictum terminum solvant dictam auarcam in simili pena.

Item in eodem minori consilio captum fuit et firmatum, quod dentur Symoni Rasci p̃p̃ x, et Michaeli de Menz p̃p̃ xx pro expensis, quas fecerunt eundo, stando et redeundo ad regem Stephanum in servicium mercatorum, qui sunt in Rudenico pro concordia tractando inter dictum regem et ipsos mercatores, occasione turme, quam detinuerunt doanerii de Rudenico.

Die ultima marcii. In minori consilio, ad sonum campanarum, ut moris est, congregato, ubi fuerunt persone centum et sex de consilio, posite fuerunt due partes: una fuit de confirmando magistrum Albertinum de Cremona in officio cancellarie communis Ragusine, a kal. madii proximis ad unum annum cum consveto salario, sicut fuit preteritis temporibus et cum illis conditionibus consvetis. Et altera pars fuit de non. Et per personas nonaginta septem de ipso consilio capta et firmata fuit prima pars.

In minori consilio, ad sonum campane ut moris est congregato, ex auctoritate eis a maiori consilio congregato, firmatum fuit et ordinatum, quod quilibet fuerit cancellarius communis solucionem recipiat de scripturis, ultra salarium per modum infrascriptum: In primis pro qualibet sententia gross. i. Item pro qualibet littera gross. i. Item pro qualibet vendicione preconis gross. i. Item pro scriptura debiti fol. vi. Item pro quolibet scribano ligni gross. i. Item pro aptagi fol. vi. Item pro scripturis pactorum fol. vi. Item pro lamentationibus dampnorum fol. vi. Item pro quolibet teste fol. iiii. Item pro iudicio fol. ii. Item pro citacione fol. ii. Item pro quolibet iudice refutato fol. i. Item pro aliis comunalibus scripturis quas faciunt homines inter se fol. vi. Item pro cancellatione scripturarum nichil. Item ad querendum scripturas in libris communis, — nichil. Item ad querendum scripturas in catastis notariorum usque ad xx annos — nichil; et a xx annis supra pro quolibet anno gross. i.

Kal. aprilis mcccxiii, indictione xi. Die vii aprilis. Per dominum comitem et suos consiliarios Damianus de Buzigallo factus fuit scribanus in barcusio Milgosti longi vocato; „sancta Fusca".

Die xvi aprilis. In minori consilio, ut moris est, ad sonum campane congregato, Junius de Zamagno factus fuit comes insularum. Et eodem die incipit terminus eius, et debet stare usque ad medium mensem octubris, proxime venturum.

Item in eodem minori consilio Marinus de Merguncho factus fuit scribanus in galea Georgii de Gostiua, vocata „sancta Fusca".

Die xviii aprilis. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Matheus de Quala factus fuit scribanus in ligno Marini de Grubexa.

Item in eodem minori consilio Lampre filius Nicole de Bonda factus fuit scribanus in ligno Junii de Gambe.

Die xviiii aprilis. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Gergo de Casaliza factus fuit scribanus in ligno Marini de Zilio.

Item in eodem minori consilio fuerunt electi super laboreriis communis Dobrozius de Zorzi, Michael de Menz.

Die xxiii aprilis. Per dominum comitem et suos consiliarios Vale, filius Pasque Zaruba, factus fuit scribanus in ligno Martini de Curzula.

DIE XXV APRILIS. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, factus fuit Nicola de Gundula capitaneus in galea Georgii de Gostiua eundo Venetias redeundo Ragusinum in presenti viagio. Et firmatum fuit, quod patronus comitus et mercatores obediant ipsi capetaneo in pena de p̃p̃ cc et nauclerus in pena de p̃p̃ c et marinarii in pena de p̃p̃ xxv pro quolibet.

Item in eodem minori consilio captum fuit, quo dentur magistro Bartholomeo medico p̃p̃ xx pro uno mense proxime venturo. Et ipse debeat esse Ragusii per ipsum mensem et fideliter medicari omnes personas de Ragusio et districtu et omnes ragusanos, dominum comitem et suam familiam, dominum archiepiscopum et suam familiam, omnes religiosos et religiosas de Ragusio et omnes salariatos communis et suas familias, sine precio et solucione aliqua. Et omnibus supradictis teneatur ipse magister Bartholomeus facere et dare suis expensis propriis omnes emplastros, unguenta, aquas et omnes medicinas ad artem zerugie pertinentes. Et si magister Albertinus medicus, qui se concordavit cum Marino de Gundula in Venetiis venire ad salarium communis ragusine, recusaverit de voluntate sua venire ad ipsum salarium, dictus magister Bartholomeus promisit et se obligavit stare ad salarium communis ad unum annum pro libr. VIIII gross. cum omnibus supradictis condicionibus.

DIE TERCIO JUNII. Dictus magister Bartholomeus, confirmatus est ad salarium communis usque ad unum annum proximum pro libr. VIIII gross. cum supradictis conditionibus. Et incipit terminus eius die tercio mensis junii. Et hoc est, quia commune ragusinum sive Nicola de Gundula cui per commune commissum fuit et dictus magister Albertinus fuerunt in concordio de non venire ad dictum salarium.

DIE XII JUNII. Per dominum comitem et minus consilium data fuit licencia dicto magistro Bartholomeo eundi in Apuleam et redeundi ita, quod de tempore quo steterit extra Ragusium in illo viagio, eundo, stando et redeundo non habeat salarium.

Ivit de mercurii xx mensis junii in sero, die VIII mensis julii ante nonam rediit Ragusium.

DIE XXVI APRILIS. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod omnes illi, qui de cetero eligentur salinarii, debent quolibet die tenere stationem apertam a mane usque ad horam prandii et post prandium usque ad horam vespertinam, et tantum plus, quantum necesse fuerit in pena de gross. VI. pro qualibet vice.

Item quod aliquis salinarius non possit ire extra Ragusium de tanto, quanto durabit sal, quod vendere debet, in pena de gross. VI pro qualibet vice. Et quilibet teneatur quolibet sero dare camarario communis omnes denarios, quos receperit illa die.

Item quod quilibet de consilio, qui eligitur, aliquem salinarium debeat esse plez et proprius pagator pro eo. Et si elector ille non poterit concordare cum electo de securitate eiusdem eligentis, quod consilium minus eligat alium.

Item (in) eodem consilio, filius Marci de Babalio factus fuit salinarius. Matheus de Petregna, plez pro eo.

Item in eodem consilio filius Elie de Leuda, factus fuit salinarius. Dominus comes plez pro eo.

Item in eodem consilio filius Jacobi de Sumagra, factus fuit salinarius. Margaritus de Crusi, plez pro eo. Plez Stoianus.

Item in eodem consilio electus fuit supra salem ad dividendum usque ad festum sancti Michaelis, Marinus de Vilano.

Die xxviii aprilis. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Damianus de Pauali factus fuit scribanus in ligno Bratosclaui Brumasii.

Kal. madii, mcccxiii indictione xi. Die iii madii. Per dominum comitem et suos consiliarios Junius, filius Dobrosclaui de Calich factus fuit scribanus in ligno Pauli de Grubexa.

Die xi madii. Per dominum comitem et suos consiliarios Blasius de Scozilica factus fuit scribanus in ligno Fraine de Tediusio.

Die xvi madii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod de quolibet testimonio, de quo dominus archiepiscopus petierit vel peti fecerit copiam coram domino comite et sua curia secundum consvetudinem civitatis, habere possit copiam in eo, quod ad ipsum dominum archiepiscopum et ecclesiam spectat, cum licencia domini comitis et sue curie.

Die xx madii. Per dominum comitem et suos consiliarios Stephanus de Lucaro factus fuit scribanus in ligno Nicole Scozi.

Die xxvi madii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, filius Dobrosclaui de Calich factus fuit salinarius. Plez pro eo Matheus de Petregna. Vitalis de Petregna, plez pro filio Dobrosclaui [1]).

Item in eodem minori consilio filius Valli de Gundula factus fuit salinarius. Pleze pro eo Margaritus de Crusi. Plez Nicola de Gundula[2]).

Die xxviiii madii. In consilio rogatorum, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod aliqua persona de Ragusio et districtu non debeat vendere, donare, obligare ad naulum, vel alio modo vel ingenio dare lignum aliquod, quod possit poni ad rationes alicui persone foresterie, sine licentia domini comitis et sui minoris consilii, in pena de p̃p̃ cc et perdendi valorem ligni.

Item in eodem consilio rogatorum captum fuit et firmatum, quod mittatur unus ambaxator Dyrachium, ad petendum et requirendum res, quas derobaverunt Dyrachini et eorum ligna in barca Marini de

---

[1]) Deletum in msc.

[2]) Isti salinarii facti sunt cum illis conditionibus cum quibus facti sunt salinarii communis.

Risa et alias robaciones factas hominibus de Ragusio per homines de Dyrachio. Et habeat a communi p̄p̄ xii et angarias.

Electus fuit Priasne de Rauina, qui iuravit fideliter se facturum dictam ambaxatam. Et debet esse sindicus et procurator communis ad protestandum, si Durazeni non restituerint res dicte robalie.

Eadem die. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Zore de Palmota factus fuit scribanus in ligno Petri de Pabora.

Item in dicto consilio rogatorum captum fuit et firmatum, quod armentur lignum communis et una condura, et mittantur Dyrachium et a la Ualona ad levandum mercatores de Ragusio cum eorum mercationibus, qui vellent venire Ragusium, ad dandum conservam lignis de Ragusio, que erunt in partibus illis usque Ragusium. Et quod dicta lig(n)a et capitaneus et homines, qui fuerint in eis, eundo, stando et redeundo non offendant aliquam personam.

Johannes de Zelipa factus fuit capitaneus, et habet grossos vi quolibet die.

Kal. junii mcccxiii. Indictione xi Die secundo junii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Marinus de Cherpa factus fuit consul mercatorum et hominum de Ragusio, qui sunt et mercantur in Mazona et in partibus illis. Ita quod illud, quod fecisset pro consulatu, antequam receperit mandatum consulatus, nullius valoris est.

Die viiii junii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Thomas de Dersa factus fuit comes de Breno, et incipit terminus eius ad festum sancti Petri proximum. Et debet stare unum annum, et debet infra xv dies proximos habere unum sufficientem equum et tenere ipsum per totum annum.

Die xii junii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Junius Rapallinus factus fuit super bollam panis in loco Petri rubei, et habet grossos vi in mense pro salario.

Die xx junii. In minori consilio, ad sonum campanarum, ut moris est, congregato, Constantinus filius Georgii de Gostiua factus fuit scribanus in ligno Marini de Tediusio.

Die xxiii junii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Margaritus de Crusi factus fuit ambaxator ad eundum Dyrachium et habet xii gross. et angarias a communi.

Die xxiiii junii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato Cibro, filius Rosini de Saraca factus fuit scribanus in ligno Nicole de Gundula, quod ducit Cranisclauus de dom Zerne.

Die penultimo junii. In minori consilio, ut moris est, congregato, Petrus filius Marini dela Potrega factus fuit scribanus in ligno Martini de Curzula.

Die ultimo junii. In consilio rogatorum, ad sonum campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, quod armetur galea Georgii de Gostiua et lignum communis ad persecutionem cursariorum, qui apparuerunt intra culfum. Et eligantur homines cc de civitate, et c de Lasteria, qui habeant quolibet die gross. i a communi.

Electi fuerunt ad eligendum dictos homines: Laurencius de Bubagra, Nicola de Gundula, Michael de Menz.

Symon de Benessa factus fuit capitaneus dictorum lignorum.

Kal. julii mcccxiii indictione xi. Die tercio julii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato Petrus de Franca factus fuit super salem et habet gross. xii in mense.

Item in minori consilio facti fuerunt super inpromtum de ÞÞ m ad accipiendum terciam partem doane et dividendum illis de dicto impromptu pro rata, Joachinus de Zorzi, Andreas Palme de Sorco.

Die xii julii. In maiori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod arma communis vel aliquod corredum et arnesium communis, exceptis vasis minoribus et maioribus et palanchis et arganis, non possint prestari alicui persone de Ragusio vel alicui foresterio sine licencia maioris consilii. Et idem intelligatur de galleis et lignis communis [1]).

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum, quod mittatur in Apuleam ad accipiendum in termino salmas de frumento. Et ad accipiendum et mittendum dictum frumentum facti fuerunt sindici et procuratores communis, ambo simul et quilibet eorum in solidum: Petrus de Zauernico, Palma Gambe.

Die xvi julii. In minori consilio, ut moris est, congregato Matheus filius Nicole Zupero factus fuit scribanus in ligno Junii de Ganbe.

Die xvii julii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Pasqua Zaruba, fuit electus super salem.

Die xvii julii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod lignum Marci de Lucario, Marini de Grubexa, et Tripe de Zorzi et Nicole de Gundula vadant in conservam usque Venetias, et die jovis recedant de Ragusio in pena ÞÞ c pro quolibet. Et si lignum illorum de Pabora tunc fuerit paratum, quod vadat cum dictis lignis in conserva.

Capitaneus dictorum lignorum Laurencius de Bubagna.

Die xvi julii. De mandato domini comitis et sui minoris consilii dacium pescarie incantatum fuit pluribus diebus per civitatem. Et quia non inveniebatur, qui plus vellet dare in publica concione ad

[1]) In margine: Mcccxiv die primo mensis junii. In minori consilio captum fuit, quod dominus comes cum minori consilio possit de arnesiis et lignis communis procurare in portu et districtu ragusino.

sonum campane, ut moris est, et in plathea congregata, datum fuit et deliberatum usque ad unum annum Palle, filio Sclaui de Rasci, et Sumagne, filio Jacobi de Sumagna, pro p̃p̃ CCLX; et debent solvere in fine quorumlibet trium mensium pro rata.

Sclaui de Rasci, Jacobus de Sumagra sunt plezi et proprii pagatores pro dictis filiis suis ad solvendum dictum dacium, ut supradictum est.

Die XVIIII julii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, filius Vite de Bansella factus fuit salinarius in sale superiori. Plez pro eo Marinus de Menz.

Item in eodem minori consilio filius Symonis Vacant factus fuit salinarius in sale inferiori. Pancratius de Saraca, plez pro eo.

Eadem die. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod quelibet condura et barcusius et quodlibet aliud lignum, quod fuerit de portata de XX miliaribus et inde superius, debeat habere de cetero in quolibet viagio, quod faciet ad quaslibet partes, patronus cuiuslibet ligni, coraze V, farnitas et balistas IIII, et pro quolibet marinario scutum, spatam, et arma de testa in pena de gross. XII pro qualibet corazia et de gross. VI pro balista et qualibet predicta arma.

In margine: Bannitum fuit per Petrum preconem in locis solitis.

Die XXV julii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, electi fuerunt ad margarisium: Sclaui de Rasti, Marinus de Vitagra [1]). Item in eodem minori consilio captum fuit et firmatum, quod lignum Pauli de Grubexa, lignum Tripe de Zorzi et lignum Nale de Sorento et Marini de Zerena vadant in conservam usque Venetias in pena de p̃p̃ C pro quolibet ligno.

Capitaneus Marinus de Merguuco.

Die XXVIIII julii. In minore consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato facti fuerunt capitanei calegarii: Andreas de Benda, Marinus de Vitagra, Petrus de Cranca [2]), Rosinus de Saraca.

In eodem minori consilio Dominzo, Dompni Vrsacii de Gleda, factus fuit scribanus in ligno Pauli de Grubexa et Naleschi de Sorento.

Item in eodem minori consilio Deodatus, filius Joachini, factus fuit scribanus in ligno Marini de Tediusio.

Die XXVIIII julii. In maiori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod magister Rizardus medicus, sit ad salarium communis pro libr. VIIII minus sol. V usque ad unum annum, cum illis condicionibus cum quibus fnit in anno preterito. Et incipit terminus eius die XVII mensis setembris, proxime venturi.

Item in dicto maiori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato captum fuit et firmatum, quod Stephanus de Binzola sit notarius communis in Sclauanesco ad voluntatem domini comitis et maioris

[1]) Alterum nomen in msc. deletum.
[2]) Haec duo nomina in msc. deleta.

consilii cum illo salario et illis conditionibus, cum quibus fuerunt alii, qui fuerunt in dicto officio. Et debeat esse in Ragusa ad recipiendum et jurandum dictum officium per totum mensem Augusti proxime venturum.

Kal. augusti mcccxiii indictione xi. Die viii augusti. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, filius Joachini Deodati factus fuit salinarius in sale inferiori. Plez pro eo Matheus de de Petregra.

Item in eodem consilio filius Johannis de Dabro factus fuit salinarius in sale inferiori. Plez pro eo Marcus de Lucario [1].

Item in eodem consilio filius Damiani de Buzignoli factus fuit salinarius in sale superiori. Plez pro eo dominus comes [2].

Item in eodem consilio Marinus de Spaualdo factus fuit salinarius in sale superiori. Plez pro eo Mathias de Felix [3].

Die xiii augusti. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato captum fuit et firmatum, quod aliqua persona de cetero non debeat accipere ad affictum aliquam porcionem alicuius ecclesie vel monasterii, nec per aliquod instrumentum vel scripturam ad affectum ducere nisi primo per minus consilium mittantur duo boni homines, et extiment dictam porcionem et affitacionem, si pro iusto precio affitetur vel non.

Item in dicto consilio captum fuit et firmatum, quod de cetero aliqua persona non debeat incaripare paleas vel fenum in aliqua domo, nisi subvoltat, in pena de p̃p̃ v et perdendi paleas vel fenum. In margine: Bannitum fuit per Milze preconem.

Die xvi augusti. In consilio rogatorum, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod fiat impromptum den. m pro emenda blaua. Et dicti denarii aliqua racione vel causa, modo aliquo vel ingenio non possint expendi nisi in blaua. Et dictum impromptum fieri debet in c personis. Et ad eligendum dictas c personas, electi fuerunt: Marinus de Petregna, Symon de Recux, Luce de Bona, Johannes de Zelipa, Michael de Menz.

Die xvii augusti. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, data fuit licencia Michaeli de Menz et aliis, qui habent partem in galea Mathie de Buzignolo, quod possint vendere ipsam galeam.

Die xxv augusti. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato captum fuit et firmatum, quod dividandur stari cccc de frumento dando ad plus star iii et ad minus star i ad racio-

---

1) Adnotatum: „Nicoliza de Martinusio est plez dicto Marco".

2) Adnotatum: „Nicolaus de Benssa plez domino comiti pro dicto Damiano, et Marinus de Spaualdo debet eum vendere.

3) Adnotatum: „Nicolaus de Benssa plez pro dicto Marino".

nem de grossis xvii, et ad solvendum usque ad medium mensem octubris proximum. Et ad dividendum dictum frumentum electi fuerunt: Elyas de Sorco, Nicola Mathie de Menz.

Item in eodem minori consilio electi fuerunt: Vrsacius de Zerena, Nicola de Gundula, Michael de Menz, ad scribendum omnes personas, que volunt accipere denarios communis ad portandum frumentum Ragusium infra certum terminum, et reddendum denarios infra certum terminum.

Die xxviiii augusti. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato Vole filius Pasque Puzinich, factus fuit scribanus in ligno Nicole Scozi.

Kal. setembris mcccxiii indictione xi. In minori consilio, ut moris est, congregato, filius Junii de Zamagno, factus fuit salinarius in sale inferiori. Petrus de Prodanello plez pro eo. Et Vrsatius de Bodaza est plez dicto Petro.

Item Prodanus de Bodaza factus fuit salinarius in sale inferiori; plez pro eo Vrsacius de Bodaza.

Die secundo setembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod mittatur unus bonus et sufficiens homo in Romaniam ad emendum frumentum pro communi, ita quod non possit facere aliquas mercationes suas vel alienas, nisi factum communis. Et debeat habere p̃p̃ xx in mense pro suo salario. Electus fuit Junius de Dersa, qui juravit fideliter se facturum. Et debet recedere die xxii mensis presentis.

Item in eodem consilio captum fuit, quod si aliqua persona, que tenet ad affictum aliquam portionem de Lacroma, diceret, se solvisse affictum de tempore preterito, quod procurator dicti monasterii habeant credenciam, nisi ille, qui dicerit se solvisse, probaret legittime se solvisse, et tunc in isto casu non teneatur solvere. Et si probaverit se solvisse alicui procuratori, et ipse procurator non scripsit in quaternis racionum, quod ille procurator solvat de suo tantum, quantum probabitur ei solutum esse.

Die xviiii setembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato Geruasius de Cherpa factus fuit scribanus in ligno Nicole de Zerzi.

Item in eodem consilio facti fuerunt super impromptum ad dividendum inter illos qui prestaverunt: Andreas de Palma de Sorco [1]; Nicola de Mathea de Menz; Vita de Sorco.

Die xxvii setembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod thesaurarii sancte Marie maioris intromittant bona Marculi de Jacze condam, donec testamentum eius confirmetur vel provideatur de ipso testamento.

---

[1]) Hoc nomen in msc. deletum.

Anno domini millesimo trecentesimo tercio decimo, indictione undecima, die xxviii setembris, officiales electi tempore domini Barthucii Gradonici comitis ragusini, in secundo anno sui secundi regiminis.

Judices maioris curie: Tefla de Tefla, Symonus de Recux, Marculus de Tediusio, Volcius de Babalio, Junius de Volcay, (die secundo decembris: Laurencius de Chauno; die ultimo marcii: Laurentius de Bubagna; die xviii aprilis: Menz de Mathia de Menz[1]).

Consiliarii minoris consilii: Vrsacius de Zerena, Symon de Benessa, Elyas de Sorco, (die xxi jul. Blasius de Cabeza), Petrus de Balisclauo, (die xxix novembris Marinus de Crusi, die v madii Paulus de Gundula), Andreas de Pabora, Michael de Menz, (die xviii aprilis, Junius de Tripe de Zorci, die xxv junii, Paulus de Gundula).

Vicarius: Luce de Bona.

Advocati maioris curie: Vrsacius de Bodaza, Matheus de Petregna, (Nicola de Babal), Margaritus de Crusi, Priasne de Rauine, Marinus de Petregna.

Advocati communis: Nicola de Babal, (Pancrati de Saraca), Vitalis de Petregna, Martinussius de Martinussio, (Laurencius de Bubagna, Marcus de Lucario).

Judices maioris curie: Pasqua Saruba, Palma de Chisegna, Nicoliza de Martinussio.

Advocati minoris curie: Joachinus Deodati, Marinus de Mascana.

Doanerii: Nicola de Sorco, Junius de Pecurerio, Marinus Symonis de Binzola, Nicolaus de Benessa, (die xii decembris: Clune Marini de Goze, die xxviii januarii Petrus de Zudinico).

(Die prima marcii doanerii: Mathias de Felix, Andreas de Volci, Marinus de Volci, Pasqua de Menz[2]).

Scribanus: Marnize, filius Michaelis de Procula.

Camerarii communis: Gabriel de Gleda, Dobre de Binzola, Junius de Gambe. (Theodorus de Bodaza, die xv augusti: Marinus de Zerena, die xx marcii: Andreas de Palma de Sorco, die xviii aprilis: Petrus de Zauernico, Nale de Zerena[3]).

Justiciarii: Andreas de Catena, Sclaui de Rasci, Petrus de Pecurerio, Blasius de Menz, Petrus de Valli de Zauernico.

Fundegarii: Marinus de Zuzula, (die viii novembris: Marinus de Vitagna), Junius de Scozilica, Matheus de Binzola.

Procuratores sancte Marie: Nichiforus de Rauina, Georgius de Zorzi, Nicola de Mathia de Menz (die xvii aprilis: Marinus de Binzola).

Passatores terratoriorum in civitate: Rosinus de Sarraca, Marinus de Ghamo, Marinus de Vilano.

Super pascuis: Jacobus de Sumagna, Marinus de Vitagna, (die xxi novembris: Marinus de Lampre de Menz).

---

[1]) In margine.
[2]) In margine.
[3]) In margine.

Passatores extra civitatem: Marinus de Petregna, Petrus de Prodanello, Petrus de Menz.

Zercatores armorum in lignis: Andreas de Volzi, Marcus Nicole de Menz, (Marinus de Volzi).

Super stateram: Palma Cul, Petrus de Cranca, (Dobrosclaus de Calich).

Scribanus becharie: Filius Pauli de Binzola.

Scribanus doane, factus per minus consilium: Jacobus filius Marini de Crusi, filii Jacobi de Crusi.

Supra bullam panis: Pasqua de Sorco.

Procuratores de Lacroma electi per abbatem et confirmati per dominum comitem: Petrus de Prodanelo, Marinus Mathie de Menz, (Blasius de Bodaza).

Consilium rogatorum: Tefla de Tefla, Nicola de Sorco, Nicola de Babalio, Symon de Bunsa, Symon de Recux, Vrsacius de Zerena, Petrus de Prodanello, Marculus de Tediusio, Vrsacius de Bodaza, Elyas de Sorco, Marcus de Lucario, Pancratius de Saraca, Matheus de Petregna, Vita de Babalio, Nichiforus de Ramina, Marcus de Schunosiza, Geruasius de Stilo, Junius de Scozilica, Blasius de Caboga, Petrus de Balisclauo, Volzius de Babalio, Matheus de Zorzi, Marinus de Mathia de Menz, Marinus de Zeroia, Andreas de Pabora, Junius de Volcay, Georgius de Zorzi, Michael de Menz, Junius de Gambe, Marinus de Petregna, Priasne de Rauina, Nicola de Gundula, Johannes de Zelipa, Margaritus de Crusi, Nicola de Benessa, Marinus de Nicola de Volzi, Junius de Gundula, Andreas de Volzi, Martinussius de Martinussio, Paulus de Grubexa, Pasqua de Laurenzo de Menz, Dabre filius Elye de Sorco, Nicola de Mathia de Menz, Vita de Sorco, Marcus de Nicola de Menz, Clime de Goze, Laurencius de Bubagna, Marinus de Crusi, Junius de Lucario, Pero de Zeria, Laurencius de Chuuun, Andreas del Muto, Andreas de Palma de Sorco, Mathias de Felix, Junius de Volcax, Pero de Zauernico, Nale de Vrsacii de Zerena, Menz Mathia de Menz, Todorus de Crusi.

Die xxviiii mensis setembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod omnes illi, qui fuerunt de consilio maiori pro preterito anno, sive sint in Ragusio sive extra Ragusium, quandocumque et quocienscumque vadant et revertantur Ragusium, sint de consilio maiori pro isto presenti anno ab hodie usque ad festum s. Michaelis de mense septembri proxime venturo. Bannitum fuit per Petrum preconem communis in locis solitis [1]).

Dominus comes recessit de consilio maiori et dixit, quod consulerent sicut vellent, sed de facto arboratici non commitebat se . . . et consilio eorum, sed si de hoc erit questio inter commune et comitem, quod dominus dux, qui est noster dominus, terminet hanc questionem.

Die ultimo setembris. In maiori consilio ad sonum campane, ut moris est, congregato, visis et lectis statutis de arboratico et intellecto puncto commissionis domiti comitis, visum fuit ipsi maiori consilio, quod aliquis comes non debet habere arboraticum illorum forestariorum, qui non sunt nominati in dicto statuto de arboratico.

---

[1]) Id ipsum scriptum reperitur in msc. post. 29 sept. 1312. v. pag. 14.

Kal. octubris mcccxiii indictione xi. Die primo octubris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod scribantur litere Marco de la Sclaua et Marco filio Radeni, (qui) . . . fuerunt citati per literas domini comitis et sue curie, quod infra certum terminum per se vel sufficientem procuratorem deberent comparere ad respondendum Geruasio de Scilo de certis debitis per cartas notatis. Et quia non venerunt ad terminum eis datum nec miserunt, dominus comes cum sua curia eos sententiavit pro debitoribus eidem Geruasio per aptagos. Et quia alii apparent, quibus ipsi Marcus et Marcus sunt debitores, precipiendo scribatur dicto quod debeat intromittere et accipere omnes res dictorum Marcorum et mittere Ragusium ipsas res in manus segnorie. Et si per se non posset accipere dictas res, quod ipse consul possit requirere auxilium dominationis Sclauonie ad dictas res accipiendas. Et cum dicte res erunt Ragusii dominus comes facit de eis secundum quod requirit ordo iuris et statuta civitatis.

Die iiii octubris In minori consilio, ad sonum campane more solito congregato, factus fuit salinarius filius Elye de Rasci, plez pro eo Tefla de Tefla, in sale inferiori [1]).

Item in eodem consilio factus fuit salinarius Pasqua filius Petri de Menz in sale inferiori. Plez pro eo Elyas de Sorco.

Item in eodem consilio factus fuit super saccos salis Palma de Bisci.

Die v octubris. In consilio rogatorum, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod ambaxaria mittatur Jadram ad requirendum satisfactionem dampnorum datorum hominibus Ragusinis per homines Jadre tempore guerre inter commune Venetiarum et commune Jadre.

Die vii octubris. In maiori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod eligantur duo ambaxatores in suprascripta ambaxata ad requirendum satisfactionem dampnorum datorum hominibus raguseis per homines Jadre tempore guerre, que fuit inter commune Venetiarum et commune Jadre. Et quilibet illorum ambaxatorum habeat a communi p̃p̃ xxv et angarias et barcam. Et quod quicumque fuerit electus in dictam ambaxariam teneatur ire in pena de p̃p̃ c nisi se excusaret per aliquod de impedimentis, que continentur in statuto de ambaxatoribus.

Eadem die. Petrus preco communis de mandato domini comitis publice clamavit in locis solitis, quod quelibet persona, que tempore dicte guerre recepit et habuit dampnum per homines Jadre, et qui volunt, quod dicta ambaxata vadat ad requirendum dicta dampna secundum consvetudinem civitatis, faciant se scribi ad cancellariam usque ad diem martis proxime venturum, et ab illo die in antea non audirentur.

Die xi octubris. In consilio rogatorum, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod inducietur et

[1]) In msc deletum.

supersedeatur ad mittendum suprascriptam ambaxatam, que debet ire Jadram, pro requirendis dampnis datis per Jaretinos hominibus Ragusii, tempore guerre.

Die viiii octubris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Prodanus de Bodaza factus fuit comes insularum. Et incipit terminus eius die xvi presentis mensis octubris.

Die xvi octubris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod lignum Tripe de Zorzi, et lignum Marini de Grubexa, qui debent modo ire Venetias, debeant ire in conservam usque Venetias; et debeant movere de portu Ragusii ad faciendum viam suam die dominico proximo, in pena de p̃p̃ L pro quolibet in singulis capitulis. Et si aliquod aliud lignum de Ragusio tunc fuerit paratum ad eundum Venetias, quod vadat in dicta conserva in simili pena.

Item in eodem minori consilio Marinus, filius Radosclaui, factus fuit scribanus in ligno Milgosti longi.

Die xx octubris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Marinus de Grubexa factus fuit capitaneus supradicte conserve, sub tali conditione, quod cum suo ligno semper usque in Venetias in isto viagio debeat tenere conservam alteri ligno predicto et eum non relinquere. Et si esset tale tempus, quod dictum barcusium non posset navigare, quod ipse Marinus non debeat navigare nec ipsum relinquere, sed semper intrudere suo posse ad salvamentum et bonum dicti barcusii, sub pena supradicta.

Kal. novembris mcccxiii indictione xi. Die tercio novembris. In maiori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, magister Merinzacha medicus confirmatus fuit ad salarium communis ad unum annum cum conditionibus consvetis pro p̃p̃ xxx, et incipit terminus eius die xi presentis mensis novembris.

Item in eodem maiori consilio Marinus marangan, qui stat in arcenate fuit confirmatus ad salarium communis usque ad unum annum cum conditionibus consvetis pro p̃p̃ xxx, et incipit terminus eius ad diem xiiii mensis decembris proxime venturum.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum, quod dominus comes cum suo minori consilio habeat libertatem expendendi a c p̃p̃ inferius in pane et vino et rebus comestibilibus in adventu Vladisclaui, filii regis Stephani, in Ragusium.

Die quarta novembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Germanus de Pizinico factus fuit comes Malfi, Vmble et Grauosii, et incipit terminus eius die xii, presentis mensis novembris.

Item in eodem minori consilio electi fuerunt super frumentum communis, quod venit et veniet de Romania ad vendendum: Marinus de Zerena, Nicola de Gundula.

Item in eodem minori consilio captum fuit, quod reficiatur una carta facta per dompnum Junium sub MCCLXXXXI, indictione quarta, die primo mensis octobris, que continet, quod Johannes de Obrado debet dare Michaeli de Gardusa p̄p̄ CL et gross. II [1]).

Die x novembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Gregorius de Monachi factus fuit consul mercatorum et hominum de Ragusio.

Eadem die. In maiori consilio, ad sonum campane ut moris est, congregato, captum fuit, quod possint prestari Michaeli de Menz quatuor rote de manganis et duo molina ad extrahendum barcasium suum, quod rupit apud insulas.

Die xi novembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, data fuit auctoritas domino comiti et minori consilio ad expendendum usque ad c p̄p̄ in rebus comestibilibus in adventu filii regis Vrosii.

Die xvi novembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, filius Marci Scopinii factus fuit salinarius in sale superiori. Plez pro eo Symon de Recux. Marinus de Spaualdo vendet istum salem. Et Nicola de Bunssa est plez, et proprius pagator Symoni de Recux.

Item in eodem minori consilio Marinus de Rabro factus fuit salinarius in sale superiori. Plez pro eo Andreas de Pabora, Laurencius de Bubagna plez dicto Andree, et Marinus de Rabro dimittit ipsum salem ad vendendum Marino de Spaualdo et ei dat totam suam potestatem et utilitatem de salis.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum, quod scribatur Junio de Dersa, quod non debeat plus accipere frumentum ab aliqua persona in credencia et quod debeat investire omnes denarios, quos habet in continenti in grossum in cava bona. Et quod debeat caregare corredam Tripe de Zorzi, que mittetur pro dicto frumento et expedire se ita, quod veniat cum dicta correda Ragusium.

Die xi novembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, captum fuit et firmatum, quod aliqua tabernaria, que vendit vinum, donec vinum durabit, non debeat filare in scragno, nec prope scragnum, in pena de grossis IIII pro qualibet et qualibet vice, et acusator habeat medietatem, si per eius acusam veritas poterit reperiri.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum quod omnes patroni molinarum et molinarii simul debeant infra dies xv proximos, habere duas barcas pro malnis in pena de p̄p̄ v pro quolibet, vel quod non audeant plus stare ad molina.

Eadem die. In dicto minori consilio Gregorius, filius Dragosclaui Berzigne de Jadra, factus fuit raguseus et civis Ragusii. Qui

[1]) In margine: „ad petitionem Marini de Zerena".

Gregorias iuravit esse fidelis domino duci Venetiarum et domino comiti et communi ragusine, et facere omnes angarias et factiones quas faciunt alii Ragusei.

In dicto minori consilio, dictus Gregorius, factus fuit scribanus in ligno Cranisclaui generi de Todorello.

Die xxiiii mensis novembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Valli Martini de Cascliza factus fuit scribanus in ligno Frayne de Tediussio.

Item in eodem minori consilio captum fuit et firmatum, quod quelibet persona, que mittit blauam ad molina per terram vel per aquam faciat eam pesari ad stateram communis eundo et redeundo et scribere, dando follar. i pro quolibet stario. Et qui contrafecerit, perdat blauam vel valorem eius et solvat p̃p̃ i. Et medietas blaue et banni sit communis, et alia medietas sit accusatoris. Bannitum fuit.

Die xxv novembris. In maiori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod mittantur tres ambaxatores Venetias, qui habeant pro quolibet a communi p̃p̃ xx et omnes expensas et angarias. Et quod nullus eorum qui electus fuerit possit refutare si vadat per platheam, in pena de p̃p̃ cc. Electi fuerunt: Laurencius de Bubagna, Vrsatius de Bodaza, Nicola de Gundula.

Et quod per consilium rogatorum ordinetur illud super quo debent ire dicti ambaxatores et quando.

Item postea per consilium rogatorum commissum fuit et data libertas domino comiti et minori consilio ad eligendum aliquos nobiles homines in parvo merito (previo merito?), qui inveniant illud, quod debet committi dictis ambaxatoribus; et illud quod per eos inventum fuerit reducatur ad consilium rogatorum; et quod tunc capietur de predictis per maiorem partem consilii rogatorum, comittetur dictis ambaxatoribus. Electi fuerunt: Benedictus de Gundula, Tripe de Zorzi, Marculus de Tediusio, Marinus de Petregna, Marcus de Lucario.

Kal. decembris mcccxiii indictione xi. Die vi decembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Paue de Cathena factus fuit scribanus in galea Georgii de Gostiua.

Die xi decembris. In maiori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, nemine discrepante data sunt libertas et auctoritas domino comiti et suo minori consilio, ad expendendum quantum eis videbitur in rebus ad comedendum et bibendum pro presentandis ambaxatoribus Jadre, Sibinici, Tragurii, Spaleti, qui nunc veniunt Ragusio.

Die xxii decembris. In minori consilio, ut moris est, congregato Petrus filius Johannis de Dabro factus fuit scribanus in galea Nicole de Zorzi.

Die xxiii decembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit, quod dentur pro elemosyna fratribus Predicatoribus p̃p̃ x, et fratribus minoribus similiter p̃p̃ x.

IV. Anno 1314.

Kal. januarii mcccxiiii indictione xii. Die primo januarii. De mandato domini comitis et sui consilii pluribus diebus per civitatem per precones communis incantata fuit gabella sancte Marie. Et quia non inveniebatur, qui plus vellet dare in publica convocacione in plathea ad sonum campanarum, ut moris est, congregata, data fuit et deliberata usque ad unum annum pro p̃p̃ dccli Vrsatio de Bodaza, Stephano de Binzola et Dobre, filio Elye de Sorco, cum consvetis conditionibus. Excepto quod si aliqua navis vel barca vel aliud lignum iverit in Narentum vel in Drinum . . . . . et inde superius de vino Ragusino, nichil solvat de tempore quo steterit ibi, sed eundo et redeundo solvat partem sancte Marie sicut solvit usque nunc.

Petrus de Prodanello est plez et proprius pagator pro Stephano de Binzola de tercia parte, Junius de Pecurerio est plez et proprius pagator pro Vrsacio de Bodaza de tercia parte Elyas de Sorco est plez et proprius pagator pro Dobre filio suo de tercia parte.

Et tam principales quam fideiussores teneantur de dicta gabella, quilibet pro tercia parte.

Die v januarii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Blasius de Scoziliza factus fuit scribanus in ligno Pauli de Grubexa.

Die xii janrarii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod dividantur staria dccc de frumento ad racionem de grossis xvi ad terminum duorum mensium dando staria viii ad plus et starium i ad minus.

Ad eligendum homines fuerunt electi: Johannes de Zelipa, Mathias de Felix, Andreas de Velzi.

Die xv januarii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod assignetur terminus fratribus Predicatoribus, quod usque ad festum sancti Petri proxime venturum debeant murare cloacam suam cum muro civitatis, et facere ibi aliquam fortitudinem de muro, vel facere ipsam cloacham intra murum civitatis; alioquin a dicto termino in antea commune debeat diruere cloacham, quam nunc habent, et claudere portam cloache, quam habent fratres ipsi in muro.

Die xvi januarii. Per dominum comitem et suum consilium electi fuerunt super frumentum communis: Mathias de Felix, Nicola de Gundula, Marinus de Zerena.

Die xvii januarii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod dividantur staria cc de frumento Apulee personis, que non habuerunt de alio primo frumento, personis que possent bene solvere ad gross. xv pro stario.

Item quod dividantur staria cc de frumento Romanie ad racionem de gross. xiiii pro stario ad terminum duorum mensium, de quibus detur ab medio stario infra, omnibus, qui habuerunt de frumento Apulee ad plus, et alia staria c de frumento Romanie dividantur per burgum sicut melius videbitur.

Die xviiii januarii. In maiori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, ut inveniri possit et puniri tam enorme, inauditum et abhominabile sacrilegium, quod factum fuit de inhonesta tractatione et dilaniatione reliquiarum sanctorum corporum, que sunt in ecclesia sancti Stephani, et de furto ornamentorum earumdem, captum fuit et firmatum nemine discrepante, quod quicumque accusaverit illum vel illos, qui dictum furtum et sacrilegium commiserunt, si per eius acusam veritas inveniri poterit, habeat a communi p̃p̃ cc et teneatur in credencia. Et quod p̃p̃ cc expendi possint ad inquirendum factum.

Item quod quicumque acccusaverit illum vel illos, qui pridie fecerunt furtum in domo fratrum Predicatorum de Ragusio de deposito, quod erat in dormitorio ipsorum fratrum, habeat a communi p̃p̃ c, si per eius acusam veritas poterit inveniri. Bannitum fuit in locis solitis per Petrum preconem communis.

Item quod ab reverentiam dei et beate Marie et omnium sanctorum, predicte reliquie sanctorum corporum, que sunt in ecclesia sancti Stephani debeant reformari et ornari et aptari sicut prius erant vel melius ad expensas communis.

Die xxi januarii. In minori consilio, ut moris est, congregato Missce, filius Andree de Vuxi factus fuit scribanus in ligno Nicole Scozi de Garopa.

Die xxvii januarii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Paue de Cathena factus fuit scribanus in navi Felicis de Grade, vocata s. Blasius.

Die ultimo januarii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod aliquis murarius, petrarius, calefatus, vel marangenus de Ragusio et qui pro ragusino habetur, non audeat neque presumat ire ad aliquas terras subiectas regnamini Sclauanie, ad operandum artem suam sine licencia domini comitis et sui minoris consilii in pena de p̃p̃ l pro quolibet, et accusator habeat medietatem, si per eius acusam veritas poterit inveniri.

Item quod aliquis raguseus vel ragusea non audeat nec presumat concordare aliquem de predictis artificibus et laboratoribus sive Raguseum sive foresterium existentem in Ragusio vel districtu, ad eundum ad aliquam terram subiectam regnamini Sclauanie, ad operandum artem suam sine licencia domini comitis et sui minoris consilii in pena de p̃p̃ l pro quolibet, et accusator habeat medietatem, si per eius accusam veritas poterit reperiri.

Kal. februarii mcccxiiii indictione xii. Die xi februarii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, factus

fuit salinarius in sale regis, filius Nala de Balaza. Plez pro eo Michael de Menz.

In eodem consilio factus fuit salinarius in sale regis, filius Marini de Chepa, plez pro eo Volz de Babalio.

In eodem consilio factus fuit salinarius in sale communis filius Marini Zuzulio, plez pro eo Elyas de Sorco. Antonius filius Marini Zuzulio dedit totam suam potestatem de dicto sale Marino de Spaualdo.

In eodem consilio factus fuit salinarius in sale communis Germanus de Pizinio, plez pro eo Laurencius de Chuma. Et dictus Germanus vendidit lucrum dicti sui miliaris (sic) Marino de Spaualdo pro ṗṗ xi quos donarius ipse Germanus confessus fuit, se habuisse a dicto Marino.

Kal. marcii mcccxiiii indictione xii. Die secundo marcii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, Clime de Zeperniza factus fuit scribanus in ligno Andree de Pabora, quod ducit Mergnassius.

Die viii marcii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod Nicola de Gundula usque ad festum pasce resurectionis domini proxime venturum debeat assignare domino comiti, et minori consilio omnes denarios Dimitrii de Masanu, quos ipse recepit ad lucrandum cum eis in pena de grossis i pro qualibet yṗṗa, et in termino dicti denarii lucrentur per racionem. Item quod dicti denarii per dominum comitem et minus consilium assignentur Micho fratri dicti Dimitrii; et dictus Michus de dictis denariis debeat se obligare et facere comiti et consilio minori cartam securitatis super se et sua bona de dictis denariis, quod sint salvi in terra; et quocienscumque dictus comes et minus consilium eos petierit, quod teneatur ipse Micho eos designare in capitali toto[1]). Assignavit dictus Michus predictos denarios domino comiti et minori consilio.

Mcccxiiii, die vi aprilis. Ipse Nicola de Gundula presentavit dictos denarios sigillatos in uno sacco. Et die viii marcii, huius millesimi, dicti denarii assignati fuerunt Micho de Masouia secundum tenorem istius reformationis et diaconus Andreas de Benssa ex hoc fecit cartam no t(arialem).

Eadem die. In maiori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, data fuit auctoritas et licencia domino comiti et minori consilio ad expendendum in victualibus pro adventu bani et pro ipso bano, sicut ipsis domino comiti et minori consilio videbitur.

Item in minori consilio, captum fuit et firmatum, quod per commune inveniantur domus pro stacio bani, et quod affictus earum solvatur per commune.

Die xvii marcii. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod soluto debito tocius

[1]) In msc. deletum. Ad marginem adnotatur: Mcccxiiii, die vi aprilas etc.

frumenti, quod venit de Apulea, totum frumentum et blaua communis, sint obligata pro impromptu ypp. MD et de dicto frumento, et precio eius modo aliquo vel ocasione aliqua non possit accipi nec minui aliqua de causa, donec dictum impromptum fuerit satisfactum; quod quidem impromptum factum fuit hoc anno pro emendo frumentum de Romania.

V. Anno 1312—1317.

Capitulum de libris citatoriis et de preconizationibus, tempore nobilis viri domini Barthucii Gradonici, comitis ragusini, in suo secundo regimine, sub millesimo CCCXII, indictione decima, die XX mensis julii.

Die xxvii julii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Paline de Pasqua de Grade, quod infra unum mensem et dimidium peremptorie debeat comparere per se vel per sufficientem procuratorem ad respondendum Nicole et Junio de Gundula, procuratoribus Pauli de Gundula de uno debito de pp MM, per cartam notarialem scriptam manu diaconi Andree de Bensa sub MCCCXI indictione nona, die xxv mensis setembris, aliter procedetur contra eum et eius bona de jure et dabitur fides latori litterarum de ipsarum presentatione[1]).

Die xxx julii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue (curie) precipiendo Clime de Ceperniza, quod infra unum mensem et dimidium proximum procuratorie post receptionem litterarum per se vel per sufficientem procuratorem compareat ad respondendum Andree de Ualz de pp XI pro scriptura quaterni scripta de mense marcii, aliter procedetur contra eum de iure, et dabitur fides latori ipsarum de earum presentacione[2]).

Eadem die. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie Todoro de Maralossa, quod infra unum mensem et dimidium a receptione litterarum peremptorie per se vel per sufficientem procuratorem camparere debeat ad respondendum Margarito de Poza, de uno debito de pp LXXII minus gross. IIII, per cartam notarialem, scriptam manu diaconi Andree de Bensa sub MCCCXI indictione nona, die xv mensis julii; aliter procedetur contra eum de jure, et dabitur fides latori litterarum de ipsarum presentatione.

---

[1]) Die XIIII augusti. Blasius de Caboga, qui portavit dictam litteram retulit, se ipsam presentasse dicto Palme in Durazio, die IIII intrante augusto, in presencia Petri de Bisiga, Scozi et Frayne de Tediusio et Nicoleti de Bolcax de Venetiis.

[2]) Die XXIII augusti. Junius, filius Tripe de Zorzi, Crize gener Geruasii de Scilo, suo sacramento testificati sunt, quod die XIII huius mensis augusti, Margaritus de Poza presentavit dictas litteras dicto Todorelo.

Kal. augusti mcccxii indictione decima. Die tercio augusti. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Velac de Vltal, quod infra unum mensem peremptorie a receptione litterarum debeat comparere per se vel per sufficientem procuratorem ad respondendum Francisco Speciario de uno debito de p̃p̃ xii et gross. i per cartam notarialem sub. mcccxi indictione viiii, die xxv decembris. Et Leonardo de Bonucsino de p̃p̃ xii, minus gross. ii per scripturam quaterni communis scriptam die xvii de mense januario, proxime preterito, alias de iure procedetur contra eum et eius bona, et dabitur plena fides latori litterarum de ipsarum presentatione[1]).

Eadem die. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Symoni et Marino, filiis Antonii Pigazi, quod infra unum mensem et dimidium a receptione litterarum peremptorie per se vel sufficientem procuratorem debeant comparere ad respondendum Jacomello Quintaualle de Venetiis, de uno debito de p̃p̃ ccxxxii, et gross. vii. Item Symoni ad respondendum Luce de Bona de p̃p̃ xxv et Stephanato de Venetiis de p̃p̃ xi per scripturas quaterni communis factas de mense januario, proxime preterito; alias procedetur contra eos et eorum bona de jure, et de litterarum presentatione dabitur plena fides latori earum[2]).

Die xxviiii augusti. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Pasque de Petregna, quod infra unum mensem et dimidium a recepcione ipsarum peremptorie, per se vel sufficientem procuratorem comparere debeat ad respondendum Blasio de Bosa mercatori pro parte dimidia unius debiti de p̃p̃ dclxxvii et gross. ii per cartam notarialem scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub mcccviiii indictione vii die xxv madii. Item Tripe de Zorzi de uno debito de p̃p̃ ccxl, per cartam notarialem scriptam manu dicti diaconi Andree sub mcccx indictione viii, die xxii marcii, alias contra eum et eius bona procedetur de jure, et dabitur fides latori ipsarum litterarum de earum presentatione.

Die vi setembris. Misse fuerunt littere Marculo, filio Juanchi, de Getaldo et Paulo, filio Todori de Gisla, quod infra unum mensem et dimidium a receptione earum debeant comparere peremptorie per se vel per sufficientem procuratorem ad respondendum Micho de Mascana, de uno debito de p̃p̃ lxxx per cartam notarialem scriptam manu diaconi Andree de Bensa sub mcccx indictione viii, die secundo, existente mense julii,

---

[1]) In margine: Die xi augusti. Margaritus de Poza retulit se presentasse dicto Vtlce die vi mensis augusti predicti, suprascriptas litteras in presentia Nale de Mostaza et Zure de Rauina.

[2]) Die vi octubris. Marinus de Don, Pero de Menz, coram domino comite et suis judicibus Petro de Prodanello et Nicola de Gundula suo sacramento firmavit, quod dictas litteras presentavit dicto Symoni in presencia de Micha Balsani ei et Frayne de Volzigena, die ultimo augusti proxime preterito.

alias procedetur contra eos et eorum bona de jure, et dabitur fides latori ipsarum litterarum de earum presentatione.

Die vi setembris. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et suorum judicum precipiendo Marculo, filio Juanchi de Getaldo et Paulo, filio Todori de Gisla, quod infra unum mensem et dimidium a recepcione ipsarum peremptorie comparere debeant per se vel sufficientem procuratorem ad respondendum Vite de Sorco de uno debito de p̃p̃ clxiii, per cartam notarialem scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub mcccx, indictione viii, die secundo exeunte julii, alias procedetur contra eos et eorum bona de jure, et dabitur fides latori litterarum de ipsarum presentatione.

Die vi setembris. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et suorum judicum, precipiendo Thome, filio Laurencii de Bodaza, quod infra unum mensem peremptorie a receptione ipsarum per se vel sufficientem procuratorem debeat comparere ad respondendum Laurencio de Sauina, de uno debito de p̃p̃ ccxliiii, per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub anno domini mcccviiii, indictione vii, die xxii mense februarii, alias procedetur contra eum et eius bona de iure, et dabitur fides latori litterarum, de ipsarum presentatione[1].

Die vii mensis setembris. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et suorum judicum precipiendo Petro et Pasque, filiis Vite de Cazica, quod usque ad festum pasce ressurectionis domini proxime venturum venire vel mittere (debeat) sufficientes procuratores Ragusium, ad faciendum divisionem domorum et porcionum, que fuerunt dicti Vite inter se, secundum consvetudinem civitatis ragusine, alioquin a dicto termino in antea dominus comes cum sua curia faciet fieri dictam divisionem, et dabitur fides Michaeli de Menz, de presentatione ipsarum litterarum.

Die x setembris. Petrus, preco communis, de mandato domini comitis publice clamavit in locis solitis, quod nulla persona audeat ire per vineam Marculi de Tediusio et Pauli de Grubexa ad malina in pena de gross. vi pro qualibet et qualibet vice, et accusator habeat medietatem, si per eius accusam poterit probari.

Die xiiii setembris. Misse fuerunt littere ex parte comitis et sue curie precipiendo Prodano de Risa, quod infra unum mensem, a receptione ipsarum litterarum peremptorie per se vel per sufficientem procuratorem debeat comparere ad respondendum Pasque Denzigati de uno debito de p̃p̃ xxii per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub mcccii indictione xv die xx, intrante mense marcii; alias

---

[1]) Die xxvii octubris. Marcus, filius condam Nicole de Menz, coram domino comite et suis judicibus Tefla, Marculo de Tediusio, et Luce de Bona, suo sacramento firmavit. quod die xi presentis (sic) mensis setembris in Antibaro presentavit dictas litteras domino Thome in presencia Veloc dal Colfolle becherio de Uale de Mostaza.

procedetur contra eum et bona eius de iure, et dabitur fides latori ipsarum litterarum de earum presentatione.

Die xviii setembris. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Geruasio de Scilo, quod infra unum mensem et dimidium peremptorie a receptione ipsarum litterarum debeat comparere per se vel sufficientem procuratorem ad respondendum Ser Bartholomeo Bollano sive Leonardo de Banuesino de uno debito de p̃p̃ cclxxxvii per scripturam quaterni communis scriptam sub mcccviii, indictione vi, die v setembris; item de p̃p̃ clxxviii per scripturam quaterni communis sub mcccviii, indictione vi, die xxvii setembris; item de p̃p̃ clxxii sub mcccviiii, indictione vii, die penultimo julii, alias procedetur contra eum et eius bona de jure, et latori litterarum dabitur fides de ipsarum presentatione[1]).

Die xx setembris. Littere misse fuerunt Palme de Zauleco istius tenoris: B. Gradonicus comes raguseus et judices civitatis eiusdem, discreto viro de nostro mandato consuli vel eius vices gerenti, directionem et salutem. Sapie che Marco Sirano de Venetia procuratore Domenzan Lion de Venetia, presenta una letera de noter, per la qual pari, che Pasqua fiolo di Stepan de Petregna de Ragusio deve dare a quello Domenco libr. mille a grossi c per quela carta de noter fo mandata da nostra parte e de la nostra corte una letera a quello Pasqua che dovesse comparare deuanze da uni a certo termene a respondere a quello Marco procuratore Domenzan per quello debito secundo la usanza de Ragusio. Et quello Pasqua non vene ni non manda per se unde uni secundo la usanza e li statuti de la terra fessemo dare aptagi supra quello Pasqua de quello che zurasse quello Marco, et ello zura che voleva anchora de quello debito libr. ccccxvi a grossi, non contando le spese. E lo termene de lo aptagi se passa e non fo fato pagamento, et in perzo te mandemo comandando che in continenti vezuda la letera in pena a la nostra voluntate, debi tore e intromittere de le mercandie e de le cose de quello Pasqua tanto che ualia libr. cccxvi a grossi e mandarle per le primi chi sia securi in nostra mane a Ragusio, e nui faremo quello che sera a fare per rason et de ze ne debi mandare responsion per tua letera.

Die xxi setembris. Petrus preco communis de mandato domini comitis, publice clamavit in locis solitis, quod magister Petrus medicus de Parma vult recedere de Ragusio; si aliqua persona apud dictum magistrum Petrum habet aliquod pignus vel signum vel aliam rationem facere cum eo, infra viii dies proximos exigant pignora et signa sua et faciant rationes suas cum eo, alias a dicto termino in antea non audirentur nec redderetur ius de dictis pignoribus et signis.

---

[1]) Die xvi octubris. Bocdanus Leto in presencia domini comitis et sue curie retulit, se die ultimo setembris proxime preterito presentasse dictas litteras dicto Geruasio in Seremo, coram Symone de Rasci, Mathia de Petregna et aliis multis de Ragusio. Et ipse Geruasius per ipsum Bocdanum misit litteras hic positas.

Die xxii setembris. Misse fuerunt litere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Milgosto filio Obrade, quod infra unum mensem a receptione litterarum, peremptorie, per se vel sufficientem procuratorem comparere debeat ad respondendum procuratori vel substituto Luce et Ansuyin de Murano de uno debito de p̄p̄ xvi per cartam notarialiter scriptam manu presbitheri Praudi Igizi, sub anno domini mcccii, indictione xv, die veneris, ultimo augusti, alias procedetur contra eum et eius bona de jure, et dabitur fides latori ipsarum litterarum de earum presentatione[1]).

Kal. octubris mcccxii, indictione decima. Die xi octubris. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Geruasio de Dersa, quod infra tres menses a receptione ipsarum litterarum peremptorie per se vel sufficientem procuratorem comparere debeat ad respondendum Menzio Mathie de Menzi de uno debito de p̄p̄ clxxxxvii per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub mcccviii, indictione vii, die xx intrante mense julii, vel procedetur contra eum et bona eius de iure; et dabitur fides latori ipsarum litterarum de presentatione earum[2]).

Die xvi octubris[3]). Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Mauresse Lampredii de Mauressa, quod infra duos menses ab ipsarum receptione peremptorie comparere debeat per se vel sufficientem procuratorem ad respondendum Leonardo de Bounesino de Venetiis de uno debito de p̄p̄ lxxxvi per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub mcccviii, indictione vii. die vi augusti, alias procedetur contra eum et eius bona de iure, et dabitur plena fides latori litterarum de ipsarum presentatione[4]).

Eadem die. Misse fuerunt littere domini comitis et sue curie precipiendo Geruasio de Dersa, quod infra tres menses a receptione ipsarum

[1]) Die xii mensis octubris. Derinenzi preco communis retulit se de mandato domini comitis publice clamasse in locis solitis, quod quelibet persona, que habet aliquod pignus penes Petrum et Stephanum et Leo de Tarento infra viii dies debeat ea exigere quia volunt ire extra Ragusium. Et dicto termino in antea non audirentur.

[2]) Die xxviiii mensis novembris. Bocdanus Lecho coram domino comite et sua curia iuravit, quo dictas iitteras presentavit domino Gervasio, die primo huius mensis novembris, presentibus Pasqua de Binzola et Teodoro, filio Marini de Petregna et aliis, et ipse Gervasius misit litteras hic positas.

[3]) Alia manu adnotatum: „date fuerunt die xvi februarii".

[4]) Die xiii marcii. Dragox Bocdanus coratores coram domino comite et suis iudicibus Vrsacio de Bodaza et Petro de Pabora suo sacramento firmaverunt se dictas litteras presentasse dicto Maurisse die penultimo februarii proxime preterito in Streseniza.

litterarum peremptorie comparere debeat per se vel per sufficientem procuratorem ad respondendum Petro de Pabora pro se et Andrea fratre suo de uno debito de p̄p̄ LXXV, et gross. VIII, per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa in MCCCVIII, indictione VII, die XX julii. Item de alio debito de p̄p̄ LXXV scriptam manu dicti diaconi Andree sub eisdem millesimo, indictione et die, alias procedetur contra eum et eius bona de jure, et dabitur fides latori litterarum de ipsarum presentatione[1]).

KAL. NOVEMBRIS MCCCXII INDICTIONE DECIMA. DIE VI NOVEMBRIS. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et suorum iudicum, precipiendo Pasque calegario, quod infra duos menses et dimidium a recepcione ipsarum litterarum peremptorie per se vel sufficientem procuratorem compareat ad respondendum Marino, filio suo, qui petit perchium Dessi matris sue, uxoris condam dicti Pasque cum instrumento publico, scripto manu presbiteri Johannis sub MCCLXXXVIIII, indictione secunda, die XX intrante mense decembris; alias procedetur contra eum et eius bona de iure, et dabitur fides latori ipsarum de earum presentatione[2]).

DIE XII NOVEMBRIS. Petrus preco communis de mandato domini comitis publice clamavit in locis solitis quod nulla persona debeat mittere ad molina aliquam blauam per terram vel per mare, que non pesetur eundo et redeundo ad stateram communis in pena de p̄p̄ I pro quolibet stario. Et quelibet persona, que habet de armis communis que fuerunt in barcis infra tres dies ea restituat in pena p̄p̄ X, et accusator habeat medietatem banni et tenebitur in credenzia[3]).

KAL. DECEMBRIS MCCCXII, INDICTIONE X. DIE XVI DECEMBRIS. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et suorum iudicum, precipiendo Stephano de Binzola, quod infra unum mensem et dimidium peremptorie ab ipsarum receptione per se vel sufficientem procuratorem comparere

---

[1]) DIE XXVIII NOVEMBRIS. Bocdanus Lecho coram domino comite et sua curia iuravit, quod dictas litteras presentavit dicto Gervasio die primo huius mensis novembris, presentibus Pasqua de Binzola, et Todoro, filio Marini de Petregna.

[2]) DIE SECUNDO JANUARII. Lucas rubeus, qui portavit dictas litteras retulit, se coram domino comite et iudicibus Nicola de Gundula, Vrsacio de Bodaza et Petro de Pabora et sacramento firmavit, quod dictas litteras presentavit dicto Pasque in Antibaro die X decembris in presencia Nale de Mustaza et filii eius.

[3]) DIE TERCIO MADII. Misse fuerunt littere Mauresse de Mauressa ex parte domini comitis et sue curie, precipiendo, quod infra duos menses mitteret et ostenderet si solvisset debita cartarum, quas dedit Petrus de Mauressa frater eius in depositum Marculo de Tediusio, alias a dicto termino in antea, facerent reddi dictas cartas dicto Petro, et dabitur fides latori ipsarum, de earum presentatione.

debent ad respondendum Georgio de Zorzi de uno debito de yperperis [illegible] per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benessa sub anno [illegible] indictione [illegible] de prima marcii, alias procedetur contra eos et eius bona de iure. Et debitur fides [illegible] de [illegible] presentari quarum litterarum de presentatione earumdem.

Kal. [illegible] Die [illegible]. Misse fuerunt litere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Todori de [illegible], quod infra duos menses a receptione quarum litterarum peremptorie debeat comparere ad respondendum Leonardo de [illegible] de [illegible] per se vel sufficientem procuratorem de uno debito de yperperis per scripturam quaternii communis factam sub millesimo [illegible], indictione [illegible], die [illegible] mensis iunii; alias procedetur contra eum de iure et debitur fides latori litterarum de quarum presentatione[1].

Die [illegible][2]. Misse fuerunt litere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Junio nepoti Laurencii de Sorgo, quod infra duos menses ab quarum litterarum receptione peremptorie per se vel per sufficientem procuratorem comparere debeat ad respondendum Laurentio de Sorgo de uno debito de yperperis [illegible] per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benessa sub anno indictione xv, de tercio octubris, de qua carta dictus Laurencius habet potestatem a dicto [illegible], vel procedetur contra eum de iure; et debitur fides latori litterarum de quarum presentatione[3].

Kal. [illegible] Die [illegible]. Misse fuerunt littere mercatoribus de [illegible] ex parte domini comitis et minoris consilii, quod illi, qui se excusabant de aurea turme, ponerent pignora in camera communis pro parte sua eos contingente de dicta aurea. Item quia multas contentiones habuerant simul, et quod in aliquibus fecerant contra mandata domini comitis et sui consilii reducendo se ad dominatores Sclauonie contra Ragusinos et faciendo per illas segnorias [illegible] ses Ragusinorum, et quia fecerant insultum cum armis contra aliquos Ragusinos, quod usque per totum mensem madii proximum per se vel per sufficientes procuratores deberent comparere ad defendendum ius suum de aurea et excusandum se de aliis excessibus, alias a dicto termino in antea pignora redderentur illis qui ea deposuerant, et de aliis excessibus procederetur contra eos de iure.

---

[1]) *Die viiii marcii.* Martinussius de Martinussio coram domino comite et sua curia sacramento firmavit, quod, iam est mensis preteritus, ipse presentavit dictas litteras dicto Todoro in presencia Dabroni de Zorzi.

[2]) Deletum, tum adnotatum: „XVI FEBRUARII, fuerunt misse.

[3]) *Die xiii marcii.* Dragoy, Bogdan curatores coram domino comite et suis iudicibus Nicola de Sorco et Vrsacio de Bodaza sacramento firmarunt, quod dictas litteras die secundo presentis mensis marcii presentaverunt dicto Junio in Columbara.

DIE XII FEBRUARII[1]). Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et minoris consilii, mercatoribus de Rudenico, tenor quarum talis est: Bartholomeus Gradonicus comes ragusinus, judices et consiliarii civitatis eiusdem. Mercatoribus de Ragusio, commorantibus in Rudenico, salutem. Per alias nostras litteras misimus precipiendo vobis, che vui non devesse denunciare ni accusare ni intromittere le cose ni le merchandie de alcuino nostro Raguseo per segnoriam Sclauanesca, et che de quelle questioni, le qual era intra de vui, che infra certo termene an per uni an per sufficiente procuratore deuesse comparare de nauze da . . . E mia avemo inteso, che per signoria Sclauanesca uni ave fate intromittere et tenere intromesse le cose de Nicola de Crusi e de Gervasio de Buzigalllo, e zo ne pare forte stramo se cusi fosse, unde nui . . . commandando, che in contenenti vui debie far relaxare et destrametere le dite cose e mercandie se cusi se, in pena de p̃p̃ XXV per gascaduno de vui, salva ogna nostra rason, che auesse contra quelli Nicola et Geruasio . . . mete, mene lo primo commandamento che . . . mandassemo Romagna in severa severessa, et se . . . avere fato in lo nostro commendamento, procede . . . assignare . . .

DIE XVI FEBRUARII. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Marino Geruasii de Cherpa, quod infra duos menses a receptione ipsarum litterarum peremptorie per se vel sufficientem procuratorem compare(a)t ad respondendum Matheo de Petregna de uno debito de p̃p̃ L per cartam notarialiter factam manu diaconi Andree de Benssa sub MCCLXXXXVII, indictione decima, die VI madii. Item Vitali de Petregna de uno debito de p̃p̃ L sub dictis millesimo, indictione et die; alias procedetur de jure contra eum et eius bona; et dabitur fides latori litterarum de ipsarum presentatione. Dragox, Bocdanus curatores.

EADEM DIE. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Mauresse Lampredii de Mauressa, quod infra duos menses ab ipsarum receptione peremptorie per se vel sufficientem procuratorem compareat ad respondendum Geruasio de Scilo de uno debito de p̃p̃ CCVIIII per cartam notarialem scriptam manu diaconi Andree de Benessa sub MCCCVIIII, indictione VII, die VI augusti; alias procedetur contra eum et eius bona de jure, et dabitur fides latori litterarum de ipsarum presentatione[2]).

EADEM DIE. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Marculo, filio Juanchi de Getaldo, et Paulo, filio Todori de Gisla, quod infra duos menses a receptione ipsarum litterarum peremptorie per se vel sufficientem procuratorem compareant ad respondendum Geruasio de Scilo de partibus eorum de uno debito de p̃p̃ DL

---

[1]) In msc. erronee MARCII.

[2]) DIE XIII MARCII. Dragox, Bocdanus, coratores sacramento firmaverunt coram domino comite et suis judicibus: Vrsacio de Bodaza et Petro de Pabora se die peuultimo mensis februarii proxime preteriti, presentasse dictas litteras in Tresniza (Cresnica?) dicto Mauresse.

per certum nunciumque scriptum manu domini Andree de Bessa sub signo, indictione vi., die xx marcii; alias procedetur contra eos et eorum bona de jure, et dabitur fides latori quarum de presentatione¹).

Die xvi februarii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Marco de Bussica de la Scana, quod infra duos menses, ab ipsarum litterarum receptione peremptorie per se vel per sufficientem procuratorem compareat ad respondendum Germanio de Scio de uno debito de lib. ccc per certum nunciumque scriptum manu domini Andree de Bessa sub signo, indictione v., die xxv octobris; alias procedetur contra eum de jure, et dabitur fides latori quarum litterarum de earum presentatione²).

Eadem die. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Marco filio Badalon Petrarii, quod infra duos menses a receptione ipsarum litterarum peremptorie per se vel sufficientem procuratorem compareat ad respondendum Germano de Scio de uno debito de lib. ccc per certum nunciumque scriptum manu domini Andree de Bessa sub signo, indictione v., die xx januarii, alias procedetur contra eum et eius bona de jure; et dabitur fides latori ipsarum de earum presentatione³).

Eadem die. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Drase uxori Marci de la Scana, que fuit uxor Bodani aurificis, quod infra duos menses peremptorie a receptione earum litterarum per se vel sufficientem procuratorem accedat, quomodo domus, que est pro ipsa Drase in confinibus Anne uxoris Coradini sit sua, et quam rationem habet in ea et per que (sic) modum ipsa Anna tenet dictam domum ab ipsa Drase et eius nomine; alias procedetur de iure in facto dicte domus ad petitionem creditorum, et dabitur fides latori litterarum de ipsarum presentatione⁴).

---

¹) Die xiii marcii. Dragus, Bochanus curatores, sacro firmaverunt coram domino comite et suis judicibus: Vrancio de Bodaza et Petro de Palora, se die secundo mensis marcii presentasse predictis dictas litteras in Luca.

²) Die xiii marcii. Dragus, Bogdanus, curatores coram domino comite et suis judicibus: Vrancio de Bodaza et Petro de Palora, suo sacramento firmarunt se predicto Marco presentasse dictas litteras die penultimo februarii proxime preterito in Tresenina.

³) Die xiii marcii. Dragus, Bochanus, curatores coram domino comite et suis judicibus Vrancio de Bodaza et Petro de Palora, suo sacramento firmaverunt, quod die xxv februarii, proxime preterito in Popino, presentaverunt dictas litteras predicto Marco.

⁴) Die xiii marcii. Dragus, Bochanus, curatores coram domino comite et suis judicibus Vrancio de Bodaza et Petro de Palora firmaverunt per [illegible]um, quod die penultimo februarii proxime preterito presentave[illegible] litteras dicte (sic) Drase.

Kal. marcii mcccxiii, indictione xi. Die secundo marcii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Paulo de Martinussio, quod infra unum mensem peremptorie a receptione ipsarum debeat comparere per se vel sufficientem procuratorem ad respondendum Marco, filio Nicole de Menz de uno debito de p̄p̄ clxxx per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub mcccxii, indictione x, die primo decembris; alias procedetur contra eum et eius bona de jure; et dabitur fides latori presencium de ipsarum presentacione.

Die xii marcii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Palme de Zauleco, quod infra duos menses peremptorie a receptione ipsarum litterarum debeat comparere per se vel sufficientem procuratorem ad respondendum Laurencio de Menz de uno debito de p̄p̄ ccccLvii per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub mccLxxxxiiii, indictione vii, die xx setembris, alias contra eum et bona eius procedetur de jure, et dabitur fides latori litteraıum predictarum de ipsarum presentatione.

Corator fuit Dobrax.

Die penultimo marcii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Mauresse de Canuasi, quod infra duos menses peremptorie ab ipsarum receptione, per se vel sufficientem procuratorem debeat comparere ad respondendum Andree de Pabora de p̄p̄ cc pro medietate unius debiti de p̄p̄ cccc pro parte sua, per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub mcccviiii, indictione vii, die xxii januarii, alias contra eum et eius bona procedetur de jure, et dabitur fides latori ipsarum litterarum de earum presentatione.

Eadem die. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie, precipiendo Vite de Drugo, quod infra duos menses ab ipsarum receptione peremptorie per se vel sufficientem procuratorem debeat comparere ad respondendum Andree de Pabora de p̄p̄ cc pro medietate unius debiti de p̄p̄ cccc pro parte sua per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benessa sub mcccviiii, indictione vii, die xxii januarii, alias contra eum et eius bona procedetur de jure; et dabitur fides latori ipsarum litterarum de earum presentatione.

---

1) Die xiiii marcii. Coratores Terdoe Tepsa, Radosclauus, retulerunt se per sacramentum coram domino comite et suis v judicibus, quod dictas litteras presentaverunt dicto Paulo in Drino ad sanctum Nicolaum, die viiii, presentis mensis martii.

2) Die secundo madii. Grece corator et de Rasta, corator, coram domino comite et sua curia, suo sacramento firmaverunt, quod dictas litteras presentarunt dicto Mauresse in Rudenico, die xi mensis aprilis, proxime preteriti.

3) Die secundo madii. Greze corator, Radosta coratores, coram domino comite et sua curia suo sacramento firmaverunt, quod dictas litteras die dominico xv aprilis proxime preterito dicto Vite in Rudinico, presentarunt.

per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub MCCCVIIII, indictione VII, die XX marcii, alias procedetur contra eos et eorum bona de jure, et dabitur fides latori ipsarum de presentatione[1].

Die XVI februarii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Marco de Stanissa de la Sclaua, quod infra duos menses, ab ipsarum litterarum receptione peremptorie per se vel (per) sufficientem procuratorem compareat ad respondendum Geruasio de Scilo de uno debito de p̃p̃ CCCC per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub MCCCVII, indictione V, die XXV octubris; alias procedetur contra eum de jure, et dabitur fides latori ipsarum litterarum, de earum presentatione[2].

Eadem die. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Marco, filio Radeni Petrerio, quod infra duos menses a receptione ipsarum litterarum peremptorie per se vel sufficientem procuratorem compareat ad respondendum Geruasio de Scilo de uno debito de p̃p̃ CLXXXXI per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub MCCCVIII, indictione VII, die XV januarii, alias procedetur contra eum et eius bona de jure; et dabitur fides latori ipsarum de earum presentatione[3].

Eadem die. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Drase uxori Marci de la Sclaua, que fuit uxor Bocdani aurificis, quod infra duos menses peremptorie a receptione earum litterarum per se vel sufficientem procuratorem ostendat, quomodo domus, que est pro ipsa Drase in manibus Anne uxoris Coradini sit sua, et quam rationem habet in ea et per que (sic) modum ipsa Anna tenet dictam domum ab ipsa Drase et eius nomine; alias procedetur de iure in facto dicte domus ad peticionem creditorum, et dabitur fides latori litterarum de ipsarum presentatione[4].

---

[1]) Die XIII marcii. Dragox, Bocdanus coratores, sacro firmaverunt coram domino comite et suis judicibus: Vrsacio de Bodaza et Petro de Pabora, se die secundo mensis marcii presentasse predictis dictas littteras in Luxe.

[2]) Die XIII marcii. Dragox, Bogdanus, coratores coram domino comite et suis judicibus: Vrsacio de Bodaza et Petro de Pabora, suo sacramento firmarunt se predicto Marco presentasse dictas litteras die penultimo februarii proxime preterito in Treseniza.

[3]) Die XIII marcii. Dragox, Bocdanus, coratores coram domino comite et suis judicibus Vrsacio de Bodaza et Petro de Pabora, suo sacramento firmaverunt, quod die XXV februarii, proxime preterito in Popizo, presentaverunt dictas litteras predicto Marco.

[4]) Die XIII marcii. Dragox, Bocdanus, coratores coram domino comite et suis judicibus Vrsacio de Bodaza et Petro de Pabora firmaverunt per sacramentum, quod die penultimo februarii proxime preterito presentaverunt dictas litteras dicto (sic) Drase.

KAL. MARCII MCCCXIII, INDICTIONE XI. DIE SECUNDO MARCII. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Paulo de Martinussio, quod infra unum mensem peremptorie a receptione ipsarum debeat comparere per se vel sufficientem procuratorem ad respondendum Marco, filio Nicole de Menz de uno debito de p̃p̃ CLXXX per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub MCCCXII, indictione X, die primo decembris; alias procedetur contra eum et eius bona de jure; et dabitur fides latori presencium de ipsarum presentacione.

DIE XII MARCII. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Palme de Zauleco, quod infra duos menses peremptorie a receptione ipsarum litterarum debeat comparere per se vel sufficientem procuratorem ad respondendum Laurencio de Menz de uno debito de p̃p̃ CCCCLVII per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub MCCLXXXXIIII, indictione VII, die XX setembris, alias contra eum et bona eius procedetur de jure, et dabitur fides latori litterarum predictarum de ipsarum presentatione.

Corator fuit Dobrax.

DIE PENULTIMO MARCII. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Mauresse de Canuasi, quod infra duos menses peremptorie ab ipsarum receptione, per se vel sufficientem procuratorem debeat comparere ad respondendum Andree de Pabora de p̃p̃ CC pro medietate unius debiti de p̃p̃ CCCC pro parte sua, per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub MCCCVIIII, indictione VII, die XXII januarii, alias contra eum et eius bona procedetur de jure, et dabitur fides latori ipsarum litterarum de earum presentatione.

EADEM DIE. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie, precipiendo Vite de Drugo, quod infra duos menses ab ipsarum receptione peremptorie per se vel sufficientem procuratorem debeat comparere ad respondendum Andree de Pabora de p̃p̃ CC pro medietate unius debiti de p̃p̃ CCCC pro parte sua per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benessa sub MCCCVIIII, indictione VII, die XXII januarii, alias contra eum et eius bona procedetur de jure; et dabitur fides latori ipsarum litterarum de earum presentatione.

---

[1]) DIE XIIII MARCII. Coratores Terdoe Tepsa, Radosclauus, retulerunt se per sacramentum coram domino comite et suis V judicibus, quod dictas litteras presentaverunt dicto Paulo in Drino ad sanctum Nicolaum, die VIIII, presentis mensis martii.

[2]) DIE SECUNDO MADII. Grece corator et de Rasta, corator, coram domino comite et sua curia, suo sacramento firmaverunt, quod dictas litteras presentarunt dicto Mauresse in Rudenico, die XI mensis aprilis, proxime preteriti.

[3]) DIE SECUNDO MADII. Greze corator, Radosta coratores, coram domino comite et sua curia suo sacramento firmaverunt, quod dictas litteras die dominico XV aprilis proxime preterito dicto Vite in Rudinico, presentarunt.

Eadem die. Misse fuerunt littere Mauresse de Canuasi, precipiendo ei ex parte domini comitis et sue curie, quod infra duos menses ab ipsarum receptione peremptorie per se vel per sufficientem procuratorem debeat comparere ad respondendum Andree de Pabora de uno debito de p̃p̃ c per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub mcccviii, indictione sexta, die xx iulii; alias procedetur contra eum et eius bona de iure; et dabitur fides latori ipsarum litterarum de earum presentatione[1]).

Die penultimo mensis marcii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Vite de Drago, quod infra duos menses ab ipsarum receptione peremptorie per se vel sufficientem procuratorem debeat comparere ad respondendum Andree de Pabora de uno debito de p̃p̃ clxxxvi per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub mcccviii, indictione vi, die tercio mensis iunii; alias procedetur contra eum et eius bona de iure, et dabitur fides latori ipsarum litterarum de earum presentatione.
Greze corator.

Kal. aprilis mcccxiii, indictione xi. Die iiii aprilis. Dominze preco communis retulit, se de mandato domini comitis publice clamasse, quod Parue, filia Milue, servicialis de Nale de Bonzo affugit ab ipso Nale, quod aliqua persona non debeat ipsam Parue tenere vel occultare in pena ad voluntatem domini comitis.

Die viii aprilis. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Matheo de Zorzi, quod infra duos menses ab ipsarum recepcione mittat in manibus segnorie, totum illud, quod vendite fuerunt vii sporte de sarachis Pauli de Martinussio, ad peticionem Marci de Nicola de Menz et omnes rationes earum, in pena quarti.

Die xxvii aprilis. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie, precipiendo Nicolize, filio condam Nicole de Martinussio, quod infra unum mensem proximum peremptorie a recepcione ipsarum litterarum per se vel per sufficientem procuratorem, debeat comparere, ad respondendum Andree Pauli de Sorco et Nicole, filii Marin de Dersa de certis conditionibus et pactis pro preciis de guazeta xiiii, et balla una de fustaniis per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub mcccxiii, indictione xi, die tercio, intrante mense januarii, vel procedetur contra eum et eius bona, sicut procedetur de jure, et dabitur fides latori litterarum de ipsarum presentatione[2]).

---

[1]) Die secundo madii. Grize, corator, Radosta, coratores coram domino comite et sua curia suo sacramento firmaverunt, quod die xi aprilis, proxime preteriti presentaverunt dictas litteras dicto Mauresse in Rudenico.

[2]) Die v junii. Brumax coram domino comite et suis iudicibus Petro de Prodanello et Pancratio de Saraca, suo sacramento firmavit, quod die primo mensis madii proxime preteriti presentavit dictas litteras dicto

Kal. madii mcccxiii, indictione xi. Die tercio madii. Missse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Matheo Jacobi de Zorzi, quod infra unum mensem ab ipsarum recepcione, peremptorie debeat comparere per se vel sufficientem procuratorem ad respondendum Marco de Menz, qui obtulit se ad probandum, quod ipse Matheus plus habet de parte ipsius Marci de precio saracarum Pauli de Martinussio quam scripsit ipsi Marco, hoc est plus de p̃p̃ xiii, alias audientur probatores dicti Marci et procedetur de iure.

Die xiiii madii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie Joachino de Zorzi precipiendo ei, quod si barcusius Pauli de Martinusio est in Drino vel partibus illis, qui fuit eidem Joachino recommendatus per segnoriam, non debeat facere nec dimitti facere aliud viagium cum dicto barcusio, sed in continenti eum mittat Ragusium in manibus segnorie in pena ad voluntatem domini comitis. Et hec est ad peticionem Marci Nicole de Menz, quia dictus Paulus fuit citatus per litteras secundum consvetudinem ad respondendum per se, vel per suum procuratorem dicto Marco de uno debito de presenti viagio per cartam notarialem; et quia non comparuit ad terminum sibi datum cecidit in aptagio dicto Marco.

Similes littere scripte fuerunt ex parte domini comitis et sue curie Nicolao Deodati pro dicto facto.

Die xxv madii. Coratores Volcosclaus, qui fuit portarius, Ratico Jes, bastasius, dixerunt et suo sacramento, firmaverunt, coram domino comite et suis iudicibus Nicola de Sorco, quod dictas litteras presentaverunt in presencia Junii de Lucario, Joachino de Zorzi in Dai, die dominica proxime preterita xx presentis mensis madii. Et viderunt dictum barcusium in quo ibat alio tempore patronus Nicola Deodati, venientem ad velam in Drinum super fluvium usque ad sanctum Sergium. Et erant in eodem barcusio Nicoliza de Martinussio et Millosclaus, filius Bogdani bastasii et alii marinarii de insulis, quos non cognovit. Et pecierunt marinariis de pane, et dictus Nicoliza misit eisdem coratoribus per dictum Milosclaum tres pecias de pane. Item dicitur, quod dictus Nicola Deodati remanserat in Dyrachio.

Die xxviii madii. Petrus preco communis retulit se de mandato domini comitis publice clamasse in locis solitis, quod si aliqua persona habet aliquod pignus penes Henricum de Janua infra viii dies proximos ea exigat, alias a dicto termino in antea non haberet racionem de eis, quia vult recedere de Ragusio.

Kal. junii mcccxiii, indictione xi. Die vii junii. Misse fuerunt littere Marino de Cherpa ex parte domini comitis et sue curie precipiendo,

---

Nicolize in Dyrachio sive in portu Dyrachii in barcusio ipsius Nicolize, presentibus testibus: Damiane, Crane marinariis suis, qui per sacramentum predicta esse vera dixerunt coram dicto domino comite et judicibus predictis.

quod debeat relaxare et destromittere denarios Vitalis de Petregna, quos habet Todorus de Petregna; et si habet aliquam rem in dictis denariis, quod per se vel sufficientem procuratorem compareat infra duos menses peremptorie a recepcione litterarum predictarum et salva sit racio cuiuslibet persone in dictis denariis.

Item misse fuerunt littere Todoro de Petregna, quod infra II menses vel antea, si potest secure, mittat dictos denarios in manus segnorie. Salva racione cuiuslibet persone.

Die XIII junii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Laurencio de Chumo, quod infra duos menses ab ipsarum receptione peremptorie per se vel per sufficientem procuratorem debeat comparere ad respondendum ser. Bartholomeo Bollan de Venetiis de uno debito de p̃p̃ CCLXXXXVII per scripturam quaterni communis MCCCXI, indictione VIIII, die XVIII mensis julii, alias a dicto termino in antea procedetur contra eum et eius bona de jure, et dabitur fides latori ipsarum litterarum de earum presentatione[1]).

Kal. julii MCCCXIII, indictione XI. Die XII julii. Petrus preco communis de mandato domini comitis publice clamavit in locis solitis, quod ille persone que vadunt ad montanam ad mercatum non debeant transire confines de Sulesna plaza ad faciendum mercatum de p̃p̃ V pro quolibet et qualibet vice.

Die XVI julii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Junio de Masibrada, quod non debeat convenire Tollisclauum Zuperi factorem Blasii de Bosa mercatoris, nec alium raguseum coram aliqua segnoria sclauanesca pro aliqua racione in pena et bando de p̃p̃ CCC et tantum plus, quantum Blasius predictus vel Tollisclaus faceret suum dampnum. Et si habet aliquid petere a dicto Tollisclauo vel alteri Raguseo quod mittat ordinate vel compareat coram domino comite et sua curia; et dabitur fides latori ipsarum litterarum de earum presentatione.

Radosta Cobilla, cursor.

Die ultimo julii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Marino de Cherpa, quod infra duos menses ab ipsarum receptione peremptorie per se vel per sufficientem procuratorem comparere debeat ad respondendum Vitali de Petregna, de uno debito de p̃p̃ L per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benessa sub MCCLXXXXVII, indictione X, die VI, intrante mense madii; alias contra eum et eius bona procedetur de iure; et dabitur fides portatori litterarum de ipsarum presentatione[2]).

---

[1]) In margime adnotatur: „non fuerunt presentate".

[2]) Die XX augusti. Petina, Radoc maritus Marie, coratores coram domino comite et suis V judicibus, suo sacramento retulerunt, quod die VIII augusti presentaverunt dictas litteras Marino de Cherpo.

Die ultimo julii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Bisti, filio Palme de Bisti, quod infra duos menses peremptorie a receptione litterarum per se vel per sufficientem procuratorem compareat si habeat petere aliquam rationem super ꝑꝑ xxxv, qui sunt in manibus signorie, qui denarii in Sclauonia de mandato Marini de Cherpa consulis, fuerant interdicti Teodoro de Petregna ad petitionem istius Bisti contra Vitalem de Petregna, alias a dicto termino in antea dicti denarii darentur Vitali de Petregna.

Die xx augusti. Coratores, Petigna, Radoc maritus Marie, coram domino comite et suis v judicibus, suo sacramento retulerunt, quod die viii augusti presentavit dictas litteras dicto Bisti[1])

Kal. setembris mcccxiii indictione xi. Die vi setembris. Misse fuerunt littere et parte domini comitis et sue curie precipiendo Mildruco de Toliena, quod infra duos menses a receptione ipsarum peremptorie per se vel sufficientem procuratorem compareat ad respondendum Blasio de Bosa de uno debito de ꝑꝑ dcc et gross. v per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub mcccxii, indictione x, die xxv augusti; alias contra eum et eius bona procedetur de iure, et dabitur fides latori litterarum de ipsarum presentatione[2]).

Kal. octubris mcccxiii, indictione xi. Die iiii octubris. Misse fuerunt litttere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Andree Londre, quod infra duos menses peremptorie a recepcione istarum litterarum per se vel sufficientem procuratorem debeat comparere ad respondendum Micho de Mascana, qui se presentavit per propinquitatem ad venditionem vinee Getaldi de Bisti et Macdalene uxoris eius, quam ipse Andreas emit a comissario dicti Getaldi et Macdalene; alias procedetur de iure in dicta venditione; et dabitur fides latori istarum litterarum de ipsarum presentatione. Marinus de Gunxa, corator.

Die vii octubris. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Gregorio de Monachi, quod res Nicolai de Crusi et Geruasii de Buzignolo quas ipse recepit in Rudenico, de mandato ipsius domini comitis et sue curie a mercatoribus de Ragusio, qui habebat illas res, debeat eas vendere sicut melius poterit, et quod mittat dinarios dictarum rerum in manus segnorie in Ragusium; et de ipsis denariis fiet

---

[1]) Die x octubris. Predicti ꝑꝑ xxxv, qui erant in manibus signorie de mandato domini comitis et sue curie fuerunt restituti dicto Vitali, quia dictus Bisti nec comparuit nec misit ad terminum secundum preceptum ei factum per suprascriptas litteras.

[2]) Die xviii decembris. Radec, corator coram domino comite et iuratis iudicibus Matheo de Petregna et Pancracio de Saraca, suo sacramento firmavit, quod die xii presentis mensis setembris presentavit dictas litteras dicto Mildruco in presentia Marini de Crusi et Domagne. Et ipse Mildruchus scripsit et misit litteras hic appositas.

illud quod faciendum erit de iure. Et predictis omnibus consenserunt Todorus de Crusi pro dicto Nicola fratre suo et Calenda de Buzignalo pro Geruasio predicto fratre suo.

Die xxviii octubris. Petrus, preco communis de mandato domini comitis publice clamavit in locis solitis, quod aliqua persona de cetero non transeat per vineam Georgii de Caldeso contra voluntatem Bocdane, filie dicti Georgii vel mariti eius, que est in Juncheto in pena de gross. vi pro quolibet et pro qualibet vice, et acusator habeat medietatem si per eius accusam, veritas poterit inveniri.

Kal. novembris mcccxiii, indictione xi. Die xxv novembris. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Blancolino de Croie, quod infra duos menses a receptione ipsarum litterarum peremptorie per se vel per sufficientem procuratorem debeat comparere ad respondendum Leonardo de Boniusio de Venetiis de uno debito de p̃p̃ xii per scripturam quaterni communis sub mcccxii, indictione x, die iii januarii; alias contra eum procedetur de iure, et dabitur fides latori earum de ipsarum presentatione. Marinus de Macxi.

Die xxvii novembris. Missse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Matheo Marci de Menz, quod infra duos menses peremptorie a receptione ipsarum, per se vel per sufficientem procuratorem, debeat comparere ad respondendum Michaeli de Menz de medietate unius debiti de p̃p̃ mcc per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub mcccv, indictione tercia, die xii augusti; alias contra eum et eius bona procedetur de jure. Et de presentatione litterarum dabitur plena fides latori ipsarum. Petrus de Balisclaua.

Die xxvii novembris. Misse fuerunt littere ex parte domiti comitis et sue curie precipiendo Calende de Zeperniza, quod infra unum mensem a receptione earum peremptorie per se vel sufficientem procuratorem, comparere debeat ad respondendum Nicole de Menz vel eius procuratori, de uno debito de p̃p̃ cclxxxxii per cartam notarialiter factam manu diaconi Andree de Benssa sub mcccxi, indictione viiii, die secundo decembris; alias contra eum et eius bona procedetur de iure, et dabitur fides latori litterarum de ipsarum presentatione.

Kal. decembris mcccxiii, indictione xi. Die secundo novembris (sic). Petrus preco communis ex mandato domini comitis publice clamavit in locis solitis, quod nulla persona debeat ponere vel mittere aliquas bestias in vinea Marini de Geze in Uergato in pena de p̃p̃ ii pro quolibet et qualibet vice.

Die xvi decembris. In minori consilio, ad sonum campane, ut moris est, congregato facti fuerunt scaraguarte: Junius de Scozilica, capitaneus, Marculo de Scarito, Martinussius[1]), Marinus de Zerena, Mar-

[1]) Hoc nomen est deletum, et altera manu adnotatum: „Die xii januarii, Junius de Uolcax.

garitus de Crusi, Andreas de Uolzi, Pasqua de Binzola, Junius de Gambe.

Kal januarii mcccxiiii, indictione xii. Die x januarii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et suorum judicum precipiendo Calcude de Zeperniza, quod infra unum mensem a receptione ipsarum peremptorie per se vel sufficientem procuratorem debeat comparere ad respondendum Domagne, filio Nicole de Menze pro Marco de Menz fratre suo de uno debito de p̄p̄ cccclxv per cartam notarialiter scriptam manu diaconi Andree de Benssa sub mcccxi, indictione viiii, die v februarii, alias procedetur contra eum et eius bona de jure, et dabitur fides latori earumdem litterarum de ipsarum presentatione.

Die xxvi januarii. Misse fuerunt littere Dobrozio de Zorzi ex parte domini comitis et sue curie precipiendo Dobrozio de Zorzi, quod infra unum mensem per se vel sufficientem procuratorem comparere debeat, ad ostendendum quam partem habet in barcusio Nicolize et Pauli de Martinussio, et quantum fuit ei acceptum per cursarios in dicto barcusio, et quantum ei remansit in dicto barcusio.

Die xxvii januarii. Petrus preco communis de mandato domini comitis publice clamavit in locis solitis, quod omnes persone, que volunt venire Ragusium ad festum sancti Blasii possint venire et sint secure in avere et in personis in Ragusio et districtu, veniendo, stando et redeundo tribus diebus ante festum s. Blasii et tribus diebus post ipsum festum; exceptis personis que sunt in banno de sanguine, et exceptis personis, que istis diebus fecissent furtum in Ragusio in ecclesiis et locis religiosis.

Kal. februarii mcccxiiii indictione xii. Die secundo februarii. In consilio rogatorum, ut moris est, congregato, captum fuit et firmatum, quod barcum cum eius corredis et blaua in ipsa inventa, in qua quidem barca venerunt Ragusei Marctonus Catalanus cum suis sociis et Johannes de Cotrono et Angelus de Groppo de Traync, cum eorum sociis intromittatur et sequestretur per commune, et quod respondeatur dictis Johanni et Angelo et eorum sociis, quod sicut patet, per ipsorum confessum et dictorum Catalanorum ipsi fuerunt capti ab ipsis Catalanis et sub eorum potestate fuerunt et venerunt Ragusium, et quod in dicta barca et in dictis rebus nullam habent racionem. Marctono vero et sociis eius respondeatur, quod licet dicant se exivisse in cursum contra inimicos regis Sicilie tantum de ipsius regis licencia et eidem reddi dedisse bonam plezariam et fideiussum de non offendendo nisi inimicos dicti regis, quod dominus comes et commune ragusinum non habent de hoc plenam fidem, nec eis constat ad plenum, sed quando de hoc plenam informationem habuerint et fidem sufficientem dabunt ipsam barcam et res in ea inventas cui dari debebunt. Si autem habuerit et eis constabit, quod dictus Marctonus et socii fuerint publice cursarii contra quamlibet personam fiet de dicta barca et rebus predictis, quod fuerit de jure faciendum.

MCCCXIIII DIE XXVII APRILIS. Cum Angelus Groppo venisset cum litteris regis Roberti et communitatis Traini ad requirendum dictam barcam et mercatores, qui fuerant in ea, in consilio rogatorum captum fuit, quod ei respondeatur sicut superius continetur, et de stando sicut in suprascripta reformatione scriptum est.

MCCCXV DIE TERCIO MENSIS APRILIS. Cum Dominicus de Malfeta habitator civitatis Almafie venisset cum litteris regis Roberti et domini Johannis Pipini ad requirendum dictam barcam et mercatores qui fuerunt in ea, in consilio rogatorum captum fuit, quod ei respondeatur sicut superius continetur, de stando sicut in suprascripta reformatione scriptum est.

MCCCXVII, INDICTIONE XV. DIE XVI MENSIS APRILIS. In consilio rogatorum, ad sonum campane, ut moris est, congregato, cum Johannes Rubeus de Messina suo nomine et procuratorio nomine Raymundi Marctoni habitatoris in civitate Messine, venisset ad presenciam domini Pauli Mauroceni. comitis ragusini et presentasset domino comiti et communi raguseo, litteras domini regis Frederici et quamdam sentenciam in publica forma, per quam sententiam apparebat, quod Franchus Capularius de Messina fuit absolutus a peticione quam fecit ei Piznichus, filius Pasque Saruba de Ragusio de quadam robatesse, in curia viceadmiragii in Messina, petebat dictus Johannes pro se et de dicto Raymundo sibi dari barcam cum honere eiusdem barce detentam per dominum Bartholomeum Gradonicum et commune ragusinum, eidem Raymundo in portu ragusino secundum tenorem litterarum dicti domini regis. Captum fuit in dicto consilio rogatorum. de non dando dictam barcam nec onus eius dicto Johanni, sed ad respondendum dicto domino regi.

VI. Anno 1322.

Liber reformationum pre . . . . nobilis et potentis viri, domini Lo(doyci Mauroceni comitis ragusini) . . . . et scriptus per Ponem Staubarca . . . . in anno domini millesimo trecentesimo vigesimo secundo.

DIE MARTIS VI MENSIS (APRRILIS). In minori consilio, sono campane. more solito, congregato, capta fuit pars nemine discordante, quod in rebus comestabilibus . . . . communis, sicut Bartholomeus Gradonico olim comite rau(gusino) . . . .

DICTA DIE. Item in dicto minori consilio pro bono. exaltatione et anuentia capta fuit pars nemine discrepante, quod Thodorus, filius Lazari de Antibaro amodo in antea sit civis rauguseus et (qua) civis habeatur et tractetur ut alii cives civitatis, qui juravit (ad sancta) dei evangelia esse fidelem domini ducis et communis Venetiarum et domini (comitis) raugusini et dicti communis, quod faceret omnia servitia, quod honoraret . . . alii cives fecerint.

(Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo) secundo, indictione quinta, die xi mensis aprilis. . . . . dominus Lodoycus Maurocenus honorabilis comes . . . . (minori) consilio sono campane more solito con(gregato) . . . . eis data et attributa a maiori consilio . . . . electionem fecit de magistro Giramont medico et medicine professore in medicum et pro medico communis raugusini in physica pro uno anno cum salario xii libr. venet. gross., quod salarium debet ei per commune raugusinum solvi in quibuslibet tribus mensibus quartam partem dicti salarii. Qui magister promisit et se et omnia sua bona presentia et futura obligavit eidem domino comiti, sub vice et nomine dicti communis venire ad exercendum dictum suum officium in dicta civitate Raugusii hinc ad viii dies mensis junii proxime venturi sub pena sol. c venet. gross., qua soluta, ultra nichilominus presens promissio et obligatio firma et rata perduret. Qui magister Giramans tenetur et debeat sine aliquo precio medicare omnes homines masculos et feminas, magnos et parvos tantum Raugusii et in toto districtu eiusdem, et omnes fratres minores et Predicatores et omnes religiosos et religiosas existentes in civitate Raugusii vel qui pro tempore fuerint, dominum archiepiscopum et eius familiam, dominum comitem et eius familiam . . . . et eius familiam, et omnes salariatos communis, ab aliis vero . . . . possit sibi solvi facere.

Die viiii mensis aprilis. Cum Palma de Zauleto suam fecisset peticionem coram domino Gradonico comite raugusino predecessore nostro et suo minori consilio, quod intendebat et volebat pascuare quamdam suam terram positam in Breno, que ex latere montis confinat cum Sclauis, videlicet cum illis de Mechegna, unde dictus dominus comes, cum dicto suo minori consilio audita petitione dicti Palme et visis instrumentis suis concessit sibi ad eundum et videndum terram quam pascuatur. Vult tres de minori consilio, videlicet Michaelem de Sclauis, Johannem de Celippa et Nicholam de Gundula. Unde audita relatione eorum capta fuit pars in minori consilio, sono campane more solito congregato, nemine discrepante, quod dictus possit et valeat sine aliqua pena et banno pascuare et pascuari facere dictam eius terram, videlicet incipiendo ex parte montis a via secunda que venit a casali illorum de Bactalo et vadit versus de Lanita eundo usque mare, dummodo ipse Palma teneatur ex dicta parte superiori iuxta dictam viam secundam, facere unam maceriam per longitudinem, quantum protenditur dicta terra, ita, quod evidenter possint videri dictam mazeriam.

Die xiiii mensis aprilis. In minori consilio more solito congregregato, de mandato dicti domini comitis capta fuit pars nemine discrepante, quod quarta pars tocius introitus doane maioris curie Raugusi sit amodo in antea ypothecata et obligata magistro Vguucioni physico et magistro Felici pitancario communiš pro solucione salariorum eorum, qui recipere debent a communi usque presentem diem; que quarta pars deveniat ad eos donec eis commune satisfaciat de pagis quas recipere debent.

Die xvii aprilis. In minori consilio, sono campane, more solito,

congregato captum fuit et deliberatum, quod massam salis possint vendere de sale communis illis personis, quibus eis videbitur ad ferendum ipsam per mare Narentum et non alibi usque xvi cent. mod. ad racionem sol. xx et abinde supra prout melius poterunt pro quolibet cent; et quicumque deferet alibi de dicta sale, quam Narentum, incidat penam dupli precii salis. Et dicti massarii salis, tam de precio salis, quam de non ferendo eam teneantur accipere ab illis qui voluerint portare de dicta sale bonos et idoneos plazos et proprios pagatores.

Die xxii aprilis. Pone de Chatena in minori consilio, sono campane, more solito, congregato, factus fuit scribanus in corrida Nicchollize de Martinussio, vocata sanctus Domnius.

Die xxiii aprilis. In minori consilio, sono campane, more solito, congregato, capta fuit pars nemine discrepante, quod unus ambaxator eligatur, qui ire debeat Tragurium et Sibenic ad requirendum dampnum illatum per quatuor eorum ligna hominibus de Ragusio et domino abbati et hominibus dicte Isole.

Nicchola de Gundula electus fuit ambaxator predictus cum salario ix yp̄p̄.

Die xxiiii mensis aprilis. In maiori consilio, sono campane, more solito, congregato, possite fuerunt due partes de confirmando magnum felen (sic) . . . . communis pro duobus annis cum salario libr. iiii et sol. v in anno cum omnibus aliis conditionibus et pactis quibus stetit in anno proxime preterito; et alia de non confirmando; et capta fuit pars per lxiii consiliarios dicti consilii, quod confirmetur modo predicto ad salarium communis. et alia de non fuerunt ii.

Item in dicto maiori consilio, capta fuit pars nemine discrepante, quod per commune Raugusinum mittatur unus sindicus Catarum ad requirendum a Johanne de Basilio yp̄p̄ mille cccxxv; quos communi raugusine ut plazi Basilii de Basilio, dare et solvere tenetur.

Die xxvi aprilis. Marinus de Villano, in minori consilio, sono campane, more solito, congregato, factus fuit comes insularum, (et) debet incipere servire die primo junii[1]) cumsalario consveto.

Die xxvi aprilis. Dominze de Flassco, in minori consilio, more solito, congregato, factus fuit scribanus in ligno Bogdasse de Pribisclauo.

Kal. de mense madii mcccxxii, indictione quinta. Die sabbati primo madii In maiori consilio, sono campane, more solito, congregato, capta fuit pars per duas partes et plures dominorum consiliorum, quod magister Johannes de Scilo orologus, salariatus communis, habeat graciam separandi se a salario raugusino, a kal. augusti proxime preteritis in antea, quandocumque successor suus venerit Raugusium, et quandocumque successor suus venerit Raugusium post dictas kal.

[1]) Deletum, tum correctum: „prima Madii".

ıgusti ab inde in antea idem magister Johannes non haberet sarium.

Dicto die. De mandato domini comitis et sui minoris consilii ır Petrum preconem communis incatata fuit pluribus diebus gabella ncte Marie per civitatem, et quia non inveniebatur qui plus vellet dare, ıta et deliberata fuit in publica convictione sono campane more sollito ıngregato in platea communis Gregorio de Menachi pro uno anno pro ip̄ quingentis nonaginta ad omnem russchium et fortunam dicti Greırii, que evenire posset, cum omnibus aliis condicionibus, que deliberata ıerit anno preterito, qui annus incipit hodie.

Ghabriel de Gleda est plazz et proprius pagator pro dicto Gregorio l ambos se tenendum, et quilibet eorum in totum et in partem sicut ımino comiti placuerit se tenere.

Die secundo madii. De mandato domini comitis et sui minoris onsilii per Milez preconem communis incantatum fuit paregium Vmıle cum pactis et conditionibus, quod deliberatum fuit anno preterito, quia non inveniebatur quis plus vellet dare, datum et deliberatum fuit l incantum publica convictione, sono campanarum more sollito congreıto in platea communis Raticho, filio, Mathe de Vmbola pro xl yp̄p̄ pro ıo anno, et incipit annus die iiii madii presentis, (solvendo quibuslibet mensibus quartam partem).

Die v madii. Chestina, filius Zorzi de Costna, in minori consiıo, sono campane, more sollito, congregato factus fuit scribanus in ligno ogce de Negosclauo.

Die viii madii. Petrus de Carisima, in minori consilio, sono ımpane more solito congregato, factus fuit scribanus in ligno Petri della ngora.

Die x madii. Nicchola, filius Pasque de Saruba, in minori conlio, more solito congregato, factus fuit scribanus in ligno Giue de ostiua de Raugusio.

Die xvii madii. In minori consilio, sono campane more solito ıngregato, captum fuit et deliberatum, quod de frumento communis didantur in civitate per massarios communis inter possibiliores, prout ctis massariis melius videbitur starii dccc, dando uni persone plus v arii et minus i star, ad rationem gross. xii pro quolibet stario, tantum nc ad kal. augusti proximas.

Item in dicto minori consilio, captum fuit et deliberatum, quod nnes carnes exceptis omnibus carnibus colliutis possint vendi fol. i pro ıalibet libra per totum mensem junii proxime venturum.

Die xxiii madii. In minori consilio, sono campane more sollito ngregato, captum fuit et deliberatum, quod quelibet persona que pazaverit a confinibus Raugusii usque Sclanum, infra viii dies, postquam

venerit Raugusium, teneatur solvere paregium secundum formam pactorum paregii sub pena II yp̄p̄ pro quolibet et qualibet vice et accusator habeat medietatem, si per eius accusam poterit veritas reperiri, exceptis, quod de lignamine a domibus et foco nil solvitur. Et eciam homines similiter teneantur solvere ac si parizassent ad paregium Vmbole. Bannitum fuit per Petrum preconem.

DIE MARTIS XXV MADII. Pasqua de Binzola in minori consilio, sono campane more sollito congregato, electus fuit comes Breni et Juncheti pro uno anno cum salario consveto, et debet incipere suum officium mercurii die festi (Pentecostes) proximum.

KAL. DE MENSE JUNII MCCCXXII, INDICTIONE QUINTA. DIE PRIMO MENSIS JUNII. Johannes de Cilippa, Junius de Volcasso, et Dobro de Ylia, in minori consilio, sono campane more sollito congregato, electi fuerunt ad eundum et videndum si aliquis rauguseus vel de districtu pascinasset aliquam terram, que confinet cum Sclauis contra formam statuti in isto anno, proxime preterito.

DIE XII JUNII. Jacobus filius Zami de Deudato, in minori consilio more sollito factus fuit scribanus in ligno Samni de Bonda.

DIE XXII JUNII. Michael de Zorzy, in minori consilio, sono campane more sollito congregato, factus fuit scribanus in ligno Clime de Tomaxine.

Item in dicto minori consilio capta fuit pars, nemine discrepante, quod nulla persona audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio conciare aliquas pelles vel coriam aliquam a turri, que est ante ecclesiam fratrum Predicatorum citra versus becbariam, sub pena unius yp̄p̄, pro quolibet contrafaciente et qualibet vice, et quilibet possit accusare contrafacientem, et habeat medietatem pene si per eius accusam poterit veritas reperiri.

Item in dicto minori consilio captum fuit et deliberatum, quod scribantur littere preceptorie ex parte domini comitis et communis raugusine Andree de Sorco, qui tenet mercatum de Bresscoa, quod sub pena c yp̄p̄ debeat restituere Nichole de Naugne, Dimitrio de Berge, Manuze de Grubessa et sociis eorum totum id quod abstulit pro doana in dicto mercato contra antiquas consvetudines veniendo de . . . ., et quod sub dicta pena amodo in antea nulli (sic) rauguseus, debeat accipere aliquam doanam contra antiquas consvetudines.

DIE XXII JUNII. Misse fuerunt littere dicti tenoris eidem Andree, ex parte domini comitis et sue curie per Radoc.

DIE XX JUNII. ANNO DOMINO MILLESIMO TRECENTESIMO VIGESIMO SECUNDO, INDICTIONE QUINTA, DIE PREDICTA. Nobilis et potens vir dominus Lodoycus Maurocenus honorabilis comes rauguseus cum suo minori consilio, sono campane, more sollito congregato, ex auctoritate et balia eis concessa et data a maiori consilio dicte civitatis obtenta die elegit . . . . et

confirmavit magistrum Vguiccionem physicum et medicine professorem in medicum et pro medico communis pro uno anno cum salario XIII libr. venet. gross. et hoc de voluntate dicti magistri Vguiccionis, qui annus incipitur die . . . qui magister Vguiccius teneatur medicare sine aliquo precio omnes homines civitatis et districtus raugusei, et omnes religiosos et religiosas, fratres minores et Predicatores, dominum. . . . . archipiscopum et familiam suam, dominum comitem et familiam suam, cancellarium et familiam suam et omnes salariatos communis et eorum familiam.

Die veneris XXV junii. Cum nuper per homines de Vitania captus fuerit Marcolinus piscator de Venetiis, habitator rauguseus, et Vratisclauo et Menagus de Raugusio et eis per fortium abstulerint unam barcam cum omnibus corredis et VIII peciis retibus et aliis eorum rebus valoris sol. XXX gross. venet., quos Marcolinum et Menegum detinent captivos, recusantes eos velle dimittere et reddere dictam barcam et retes (sic) et alias res per eos sibi oblatas; et ita cum predicta et multa alia temporibus introactis soliti sunt con.....tare, nollentes amplius tantas iniurias et depredationes tollerare capta fuit pars in minori consilio, sono campane more sollito congregato, nemine discrepante, quod omnes homines dicte contrate de Vitonia, qui venerint Raugusium, capiantur et detineantur in carceribus per dominum comitem et eius curiam, ac eciam bona omnia eorum sequestrentur.

Die XXVII junii. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum per sex partes ipsorum et plures ipsorum consiliorum, quod dominus comes cum suo minori consilio habeat plenam et liberam potestatem auctoritatem et baliam alte et basse, quando eis (sic) placuerit eligendi bonum et expertum medicum in cirogiam ad salarium communis raugusini, cum illo salario, pactis et conventionibus, qui dicto domino comiti et suo minori consilio placuerit pro duobus annis, dummodo non possint eligere aliquem medicum qui (quin?) sit in civitate Raugusii.

Die XXVII junii. In minori consilio, sono campane more sollito congregato, captum fuit et deliberatum nemine discrepante, quod Junius de Volcasso possit et valeat sine aliqua pena, banno, facere mazeriam ante vineam suam de Juncheto in mari et siccare eum in quantum protenditur vinea sua non preiudicando juri alicuius persone specialis.

Die nono mensis julii. In minori consilio, sono campane more sollito congregato, captum fuit et deliberatum nemine discrepante, quod scribantur littere ex parte domini comitis et communis raugusini Posnano et filiis suis, quod debeat procurare, quod satisfiatur Bratosclauo Bercouich, Marino de Nasciguerra, Milen Craisich et Drasoe mercatante de nove(m) equis de tantis aliis rebus et denariis, que fuerunt valoris sol. LXX gross. derubatis per gentem suam de Martinich; quod si fecerit bene quidem, alias omnes homines huiusmodi de Tribigna et Canale, qui venerint Raugusium, capientur et detinentur in carcere et pena donec satisfecerint predictis de eorum derubatione.

Die nono julii. In minori consilio, sono campane more sollito congregato, captum fuit et deliberatum nemine discrepante, quod becharii possint vendere carnes omnes exceptis carnibus colluitis hinc per totum mensem augustum proxime venturum sine pena et banno, fol. quinque pro unaquaque libra carnarum (sic).

Nicchola de Zerban in minori consilio, sono campane more sollito congregato, die vi julii factus fuit scribanus in ligno Clementis de Lucaro.

Die x julii. Laurenzo Legallo et Thoma de Dersa, in minori consilio, sono campane more sollito congregato, electi fuerunt super margarisio.

Die xviii julii. Petrus de Petreca electus fuit scribanus in ligno Marini de Grubessa in minori consilio, sono campane more sollito congregato.

Die xxiiii julii. Vole de Volze factus fuit massarius super frumento communis in minori consilio, sono campane more sollito congregato.

Die xxvii julii. Petrus Rubeus et Petrus de Menze in minori consilio, sono campane more sollito congregato, electi fuerunt capitanei calligariorum pro duobus mensibus, videlicet per mensem augustum et septembrem

Item in dicto minori consilium, captum fuit et deliberatum nemine discrepante, quod per commune rauguseum accipiatur mutuo a procuratoribus archiepiscopatus libr. x gross., qui expendantur in constructione turrium civitatis, que x libr. gross. restituantur eisdem procuratoribus de pecunia gabelle sancte Marie, secundum quod exigentur de primis, que exigentur.

Die xxxi julii. Dominze de Flasco in condura Michi de Calamota, Dimitri de Radosta in liugno (sic) Bocdasse de Pribiso in minori consilio, sono campane more sollito congregato, facti fuerunt scribani, quilibet ut supra dictum est.

Die ii augusti In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod eligantur duo iudices et duo advocati, qui esse debeant ad stanicum al le mollina cum jupan Posnan, die dominico proxime venturo: Margarito de Crosio, Laurencius de Bubana, judices; Petrus de Zeria, Stephanus de Binzola, advocati.

Die iiii augusti. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod de avere communis presentetur in rebus comestibilibus pro elemosina yp̄p̄ ii.

Item detur pro elemosina cuidam nobili mulieri pro se et iii suis filiis yp̄p̄ iii.

Die v mensis augusti. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum fuit, discordantibus duobus

ex dictis consiliariis, quod dominus comes cum suo minori consilio tam presenti quam futuro habeat plenam et liberam potestatem, auctoritatem et baliam, alte et basse, semel et pluries emendi et mercatum faciendi nomine communis usque illam quantitatem frumenti, que dicto domino comiti et suo minori consilio placuerit, pro illo pretio et pretiis, que dicto domino comiti et suo minori consilio videbitur, a quacumque persona et personis seu societate vel societatibus, et ad illum terminum seu terminos et cum illis promissionibus, stipulationibus, obligationibus, renuntiationibus et penarum adiectionibus, que ipsi domino comiti et suo minori consilio videbitur; et super predictis faciendum et constituendi nomine dicti communis et plures procuratores et sindicos cum plena et libera potestate faciendi et adimplendi omnia predicta. Item ad acquirendum mutuum nomine communis raugusine usque c libr. gross. cum illis pactis, conventionibus, promissionibus, stipulatis obligationibus, penarum adiectionibus et aliis quibuscumque clausulis opportunis, que ipsi domino comiti placuerint.

Die v augusti. In minori consilio, sono campane, more solito congregato, ex auctoritate et balia eis attributa et data a maiori consilio, hodierna die predicta captum fuit et deliberatum, quod per commune accipiatur mutuo a filiis Nicchole de Volze de Cigo libr. centum gross. que mittantur in Ampuliam ad emendum frumentum pro communi, ruscio et fortuna maris et gentis dictorum filiorum de Volze, inmittendo dictos denarios in Ampulia, et in conducendo frumento, quod ex dictis c libr. gross. emetur Raugusium. Et a die assignationis dicti frumenti, fiendum dicto communi per dictos filios Volze ad sex menses tunc proxime subsequentes, commune teneatur eis reddere dictas c libr. gross. et pro profictu ipsorum x per centum.

Item in dicto minori consilio captum fuit et deliberatum, quod pro ea mittatur unus bonus et legalis homo in Ampulia ad investiendum dictos c libr. gross. in bono et novo frumento, et hic habeat pro suo salario yp̄p̄ xxv.

Blaxius de Bodaza fuit electus ad predicta facere. Qui Blaxius contentus et confessus fuit, se habuisse et accepisse a dictis filiis Nicchole de Volzi dictas c libr. gross., ferendo eas in Ampulia ruscio et fortuna ipsorum. Et cum fuerit in Ampulia dicta pecunia stet ad ruscinum et fortunam communis ragusine, donec mittetur frumentum.

Die viiii augusti. Laurencius de Bubana, Marcolus de Tediusio et Marinus de Mathia de Menz, in minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt ad faciendum auariam inter mercatores mercationum recuperatarum per ambaxatores qui iverint ad dominum regem Vrosium, videlicet Margaritum de Crosio et Lucaro de Bono.

Die xv augusti. Cherne de Chepa factus fuit scribanus in ligno Michi de Calamota in minori consilio, sono campane more solito congregato.

Die xviiii augusti. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars, quod si Petrus de Tolen et frater eius

volunt se subponere pro se et hominibus eorum iuri nostro de restituendo et satisfaciendo, que reperientur abstulisse per eos vel aliquem eorum hominibus de Raugusio vel eius districtu, possint venire et stare tuti et securi in avere et persona Raugusii, alias non.

Die xxiiii augusti. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, nemine discrepante, quod de avere communis presentetur in rebus comestibilibus filio Braniuoi, vidue Radiuoi, yp̄p̄ tres.

Item in dicto minori consilio captum fuit et deliberatum, quod de avere communis presentetur in rebus comestibilibus Ylie Zefalie, ambaxatori domini regis Vrossii yp̄p̄ duos.

Die xxv mensis augusti. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quoquidem consilio interfuerunt lxxi consiliarii, capta fuit pars per lxviiii ipsorum consili(ari)orum, quod Pone Stauiberco cancellarius communis affirmetur et sit affirmus ad salarium communis pro duobus annis proxime venturis cum salario, quod perceperat in annis proximis.

Eadem die. Item in eodem consilio capta fuit pars per lxviiii ipsorum consili(ari)orum, quod dominus comes cum suo minori consilio habeat plenam et liberam potestatem, auctoritatem et baliam, pro evidenti utilitate communis de faciendo ve(n)dere de blada communis extra portam doane Sclauis et aliis personis, ferendum tam per mare quam per terram quomodo et qualibet sibi placuerit, et cum illa gabella, pactis et conventionibus, quod dicto domino comiti et suo minori consilio placuerit. Et ad vendendum dictum dacium seu gabellam nomine communi(s) cui et quibus dicto domino comiti et suo minori consilio placuerit, et ad illud tempus, et cum illis pactis et conditionibus, que ipsi domino comiti et suo minori consilio placuerit.

Item in dicto maiori consilio capta fuit pars per duas partes et plures dictorum consili(ari)orum, quod dominus comes cum suo minori consilio, habeat plenam et liberam potestatem et auctoritatem donandi de auere communis Ylie Zifalie ambaxatori domini regis ultra x sol. gross. quantum eis placuerit.

Die xxviiii augusti. In minori consilio, sono campane, more solito congregato, electi et dati fuerunt tutores filiis Strugogne mara(n)gonis: Marinus de Veruzane, Marinus de Ruassi.

Die vi septembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod beccharii possint vendere omnes carnes exceptis colluitis per totum mensem octubris, plus quam contineatur in statuto, fol. i pro unaquaque libra.

Die xxi septembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod ad presens per massarios communis dividantur per civitatem starii mille d frumenti novi (ad)

rationem gross. xv pro quolibet star. Terminum hinc ad kal. januarii proxime venturas non dando uni persone plus starii . . . et minus . . .

Item in dicto minori consilio captum fuit et deliberatum, quod de avere communis detur Palme de Gambe pro suo labore et mercede IIII salmarum frumentis (sic), quas emit in Ampulia pro communi sol. xv gross.

Die XXIIII (septembris). Johannes de Finis in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit civis civitatis raugusine, qui iuravit perpetualiter esse fidelem domini ducis et communis Venetiarum, et domini comitis Raugusei presenti et futuro et communis raugusine.

Eadem die. Johannes de Finis in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus in corrida Niccholize de Martinussio, vocata sanctus . . . .

Die XXVII septembris. Niche, filius Junii de Scocilca in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus in ligno Michi de Calamota.

Die martis (x)XVIII septembris In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars discordante solummodo uno ex XII consiliariis, quod scribantur lettere precipiendo Junio de Lucari de Fosco, quod modo aliquo vel ingenio non debeat impedire vel contradicere venditioni facte per Domangnam de Menze sindicum et procuratorem communis de Raugusio, Giue, filio Gheruasii de Scilo, procuratori quorumdam mercatorum de Raugusio de quibusdam possessionibus Johannis de Basilio, de quibus Pasqua de Menze sindicus, qua procurator communis raugusine positus fuit in possessionem, et si quam presentationem vel contradictionem fecit, tam suo nomine, quam nomine fratris sui Marchi ipsam debeat cancellari facere et anullari, vissis litteris sibi destinandis sub pena mille ypp̃. Et si qua iura habet petere contra dictum Johannem et eius bona, debet ipse petere in aliis bonis dicti Johannis de Basilio. Et si de bonis dicti Johannis non reperientur tanta, que sufficerent usque ad integram satisfactionem debitorum dicti Marchi et Junii, tunc de denariis qui percipientur de bonis dicti Johannis venditis seu ve(n)dendis per dictum Domagnam fiet id quod postulat ordo juris et prout domino comiti et sue curie placuerit. Et quod dicta pecunia ex dicta venditione ab eodem debeat ad manus domini comitis et sui minoris consilii.

Item quod similum (sic) preceptum fiat Marco de Lucaro.

Eadem die. Item in eodem consilio, capta fuit pars quod scribantur littere ex parte domini comitis et communis ragusini judicibus, rectoribus, consilio et communi civitatis Catari rogando ipsos, quod cum ex parte domini comitis et communis ragusini scribatur et precipiatur Junio de Lucari, quod presentationem seu contradictionem quam fecit ve(n)ditioni facte per Domagnam sindicum communis ragusini Giue de Scilo, de quibusdam bonis Johannis de Basi(li)o, debeat ipsam cassari et irritari, quod placeat eis procedi ad expeditionem dicte ve(n)ditionis et facere eidem Junio justicie complementum de suis instrumentis in aliis bonis dicti Johannis, si hoc dictus Junius petierit.

In dei nomine. Amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo secundo, indictione quinta, die xxviii septembris. Infrascripti sunt officiales, electi per egregium et potentem virum dominum Lodoycum Maurocenii, honorabilem comitem Raugusinum, quorum officium debet durare hinc ad unum annum proxime venturum:

Judices maioris curie: Simon de Recux, Margaritus de Crosio, (Sime de Benessa, die primo septembris), Laurencius de Bubagna, Marcolus de Tediusio, Matheus de Petrena.

Consiliarii maioris consilii: Vita de Babalio, Marchus de Lucaro, (Andreas de Palma de Zorco, die xiiii aprilis), Marinus de Menze, Polus de Gundula, Marinus de Volzo, Junius de Georgio.

Advocati maioris curie: Stepan de Binzola, Junius de Dersa, (die xxi junii Gregorius de Menachi), Petrus de Zeria et Vitalis de Petrena.

Advocati communis: Nichifor de Rania, Marinus de Petena, Laurencius de Menze.

Judices minoris curie: Petrus de Menze, Matheus de Binzola, Ganninus de Deudato.

Advocati minoris curie: Nichola de Babalio, Jacobus de Sumagna.

Doanerii hinc ad sex menses: Petrus de Zauernicha, Simon de Benessa, Nichola de Mathia de Menz, Vita de Sorco, Nichola, filius Marini de Cherpa, scribanus.

Camarlingi communis: Nichfo de Bodaza, Dobre de Sorco et Pasqua de Menze, (die xxii novembris, Nale de Zerena, Domagna de Menze die xi julii).

Justiciarii: Pasqua de Saruba, (sed Ylia de Benda, die xxi aprilis), Marinus de Chetaldo, Sclaui de Rasti, Clime de Gleda, Marcus de Babalio, (Thoma de Dersa, die xxii novembris).

Fundacharii: Marinus de Scillo, (Rosinus de Siraca, die xvi aprilis), Matheus de Menze, Marinus de Spaualda.

Procuratores sancte Marie: Ghabriel de Gleda, Choderus de Bodaza, (Junius de Uolcasso, die iiii januarii), Junius de Menze, (Simo de Pancratio de Benessa, die iiii januarii).

Passatores extra civitatem: Petrus de Batal, Gregorius de Menachi, Andreas de Galozo.

Passatores in civitate: Petrus de Mauressa, Rosinus de Girarcha, Ylia de Bonda.

Ad ponderandum frumentum: Palma Cul, Petrus de Crancho, (Petrus Cuzeta, die x primo madii).

Super bulla: Pasqua de Sorco, Kallenda de Masscana, scribanus becharie.

Super zecto core: Blasius de Bodaza, Andrea de Grede[1]), (Junius de Gambe, die xvi aprilis).

---

[1]) Deletum, tum adscriptum: „Sorco“.

Massarii super blado communis: Marinus de Junio de Bona, Palma de Gambe, Michus de Dersa, Vole de Volze, (die XXII novembris), (Blaxius de Bodàza, die XVIII aprilis), Roderus de Bodaza, Dobre de Sorco, (electi fuerunt procuratores monasterii de Lacroma), Vitalis de Petena, advocatus dicti monasterii[1]).

Consilium rogatorum: Simon de Benessa, Michael de Sclaui, Nichifor de Rania, Petrus de Zeria, Petrus de Zauernico, Junius de Volcasso, Nicchola de Menze, Thodorus de Bodaza, Dobre de Sorco, Nale de Zerena, Nicchola de Babalio, Nicchola de Gundola, Marinus de Scilo, Sime de Benessa, Marinus de Petrena, Niccholiza de Martinus, Junio de Pecorario, Junius de Gambe, Junius de Dersa, Ghabriel de Gleda, Marinus de Grabessa, Vitalis de Petrena, Blasius de Caboga, Gregorius de Menachi, Junius de Menze, Petrus de Ribiza, Pasqua de Menze, Stepan de Binzola, Vita de Sorco, Marinus de Binzola, Laurentius de Menze, Luce de Marco de Lucaro, Georgius de Georgio, Palma de Gambe, Menze de Menze, Blaxius de Bodaza, Michel de Menze, Nichfo de Bodaza, Vita de Georgio, Marinus de Bona, Volc de Volze, Pasqua de Goze, Marcho de Lucaro, Junius de Menz, Jacobus de Sorco, Junius de Lucaro, Blaxius de Cab(o)ga, Marinus de Grubessa.

Die VII octubris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, infrascripti fuerunt electi salinarii: Primus, filius Blaxii de Menz per Matheum de Petena, Petrus, filius Vollc de Zauernico per Marinum de Volzi[2]), secundus, Vita, filius Cosini de Babalio per Vitam de Babalio.

Blaxius, filius condam Volci, obligat se vendere salem dicti Vite et respondere communi de suo capitali.

(In margine: Gregorius de Menazi promisit conservare indempnem . . . . plaz ipsorum Matheum).

Item in eodem consilio Blaxius de Pitato factus fuit scribanus in condura Clime de Tomaxine.

Die VIIII octobris. Matheus de Vissi, in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus in ligno Bogoe de Posagna.

---

[1]) Die VI decembris. Stanze de Boctolin per dominum comitem factus fuit preco communis.

Mcccxxiii indictione sexta, die VII aprilis. In minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt doanerii doane maioris: Roderus de Bodaza, die XII madii, Marinus Simonis de Binzola, Nichola de Petena, Michel de Menze, Petrus de Tediusio, Palma de Possestra, die XXX madii, Menze, filius Laurentii de Menze, factus fuit, scribanus.

In dicto minori consilio electi fuerunt super zecto cere: Junius de Gambe, Andreas de Scato, Petrus junior de Petriraco.

Die XI junii. Gregorius de Menachi in minori consilio, sono campane more solito congregato, electus fuit operarius super tumbam unam cum Paulo de Gundola.

[2]) Deletum in msc.

Item in dicto minori consilio, Andrioline Calliger factus fuit civis Ragusinus et precio communis, qui juravit fidelitatem domini ducis et communis Venetiarum et domini comitis ragusini, presentibus et futuris, et bene et legaliter exigere officium commandarie secundum formam sui capituli.

Die xii octubris. Nichola de Zerban in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus in (navi) Frane de Tedimsio vocata sancta Maria.

Item in dicto minori consilio Mathe, filius de Scrane de Gaiopa factus fuit scribanus in ligno Marini de Gilio.

Die xiii octubris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars, quod hinc ad carnisprivium omnes, carnes possint vendi plus quam contineatur in statutis fol. i pro qualibet libra.

Die xvi octubris. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod ad presens per massarios frumenti vendantur starii frumenti veteris mille, de quibus imponantur in civitate due partes, et tercia pars hominibus ysularum ad rationem gross. xiiii pro quolibet stario, terminum hinc ad kal. januarii proxime venturas.

Item in dicto minori consilio Niccho, filius Junii Pacilta factus fuit scribanus in ligno Michi de Calamota.

Die xvi octubris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discordante, quod domus illorum, qui non solverunt territorium, incantentur et plus danti dentur.

Die xxv octubris. In minori consilio, sono campane more solito congregeto, capta fuit pars nullo discrepante, quod illa pecunia, que debet percipi ex venditione facta per Georgium Junii de Felice de vinea ex terra sua de civitate veteri, de voluntate uxoris sue, Margarito de Crosio, debeat conservari pro utilitate dicti Georgii et uxoris sue et filiorum eorum, et expendi in pascinando terram dicti Georgii positam in Malfo, per: Pasquam de Posestra, Nificho de Bodaza.

Die xxv octubris. In minori consilio, sono campane more, solito congregato, facta et reddita ratione per Junium de Pecurato, Ghabriel de Gleda procurator sancte Marie maioris, de tota pecunia et alia quacumque re, que ad eorum manus pervenerit, in anno proxime preterito emersis omnibus expensis per eos factis in dicto anno in yp̄p̄ cccLv . . . .[1]).

---

[1]) Adnexum: Die xviiii octubris. Michel de Sclaui, Junius de Dersa, Nichola de Gundula in minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt ad cassandum apatrenibus (sic) domus, que sunt ante ecclesiam cathedralem, quomodo plathea possit fieri ante dictam ecclesiam.

DIE LUNE, PRIMO MENSIS NOVEMBRIS. Quirinus de Zamanno, in minori consilio, sono campane more solito congregato, electus fuit comes ysularum pro sex mensibus, et incipit servire die IIII novembris.

DIE MERCURII, III NOVEMBRIS. Petrus de Saruba in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus in carrida Niccholize de Martinussio.

DIE V NOVEMBRIS. Marcollus della Zora et Petrus Barberius in minori consilio, sono campane more solito congregato, dati fuerunt tutores filie Milen bastasii, qui decessit intestatus, dimissa eius filia et nullo alio.

DIE XIIII NOVEMBRIS. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars, quod de auere communis presentetur illis de Spalanto qui venerit, pro filia Margariti yp̄p̄ x.

DIE XVI NOVEMBRIS. Ganinus de Pante in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus in ligno Marini de Grubessa.

DIE XXII NOVEMBRIS. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod eligantur duodecim scaraguardie, quorum sex debeant custodire una nox et alii sex altera nox, et pro eorum salario habeant omni mense yp̄p̄ duos, donec cassabuntur; et incipiant custodire die primo mensis decembris, de quibus XII, duo eorum sunt capetanei.

Infrascripti fuerunt electi scaraguardie. Vitalis de Petrena, capitaneus, Petrus de Zauernico, Junius de Dersa, Palma de Grade, Roderus de Bodaza, Domagna de Menze, Margaritus de Crosio, Ghabriel de Glade, Nicholiza de Martinussio, Junius de Volcasso, Dobre de Sorco, Volc de Cighe, (die IIII januarii: Nichfo de Bodaza).

DIE XXIII NOVEMBRIS. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nemine discrepante, quod quelibet persona, cuiuscumque conditionis existat sine pena et bano aliquo, que per aliquod tempus preteritum fuit offensa vel derubata, iniuriata vel depredata in avere vel persona per Petrum de Tolen et fratrem et gentem suam, possit ipsum Petrum et fratrem offendere in avere et persona.

Item in eodem minori consilio capta fuit pars, quod cum per Petrum de Tolen et fratrem suum et gentem suam sint facte multe offensiones, derubationes, et iniuriae multis civibus et mulieribus civitatis Raugusine, et continue non cessent dictas offensiones perpetrare et committere, quod per commune inveniatur via et modus, quomodo et qualiter sumatur ve(n)dicta de dictis Petro et fratre tam in avere, quam in personis.

DIE XXIIII NOVEMBRIS. In minori consilio, sono campane more solito congregato, ex auctoritate et balia eis concessa et data a maiori consilio, obtenta die V augusti proxime preteriti, capta fuit pars nullo

discordante, quod ad presens mittatur unus bonus et sufficiens homo in Ampulia ad emendum nomine communis cum quacumque persona et personis seu societate, cum qua vel quibus poterit melius conveniri usque quantitem D salmarum frumenti, cum illis pactis, conventionibus, scriptis, promissis, obligationibus, renuntiationibus, penarum obiectionibus et aliis quibuscumque clausulis opportunis; et ille qui electus fuerit ad predicta facienda habeat pro suo salario yp̄p̄ xxv.

Eadem die. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nemine discrepante, quod per dominum comitem precipiatur Petro de Balisclava, Clime de Dersa et Felice, filio condam Mathie de Felice, qui nunc ad presens intendunt ire in terris Bossine cum mercationibus, quod debeant procurari et facere toto posse eorum tam cum domino bano Bossine, quam cum matre eorum et cum baronibus Bossine, quod dominus Stepos banus Bossine satisfaciat filio Marini de Menze de mercationibus omnibus, quas sibi abstulit in estate proxime preterita, quam satisfactionem si fecit, bene quidem, alioquin teneatur discedere cum mercationibus de totis terris Bossine, hinc ad pasca pentenoste (sic) proxime venturum, et ibi amplius non stare vel ire sub pena D yp̄p̄ pro quolibet et qualibet vice.

Quod preceptum ipsa eadem die inibitum fuit per dominum comitem, dictis Petro, Clime et Felize.

Item in dicto minori consilio eodem die capta fuit pars, nemine discrepante, quod dominus comes habeat plenam auctoritatem, baliam et potestatem, quin sentierit, quos aliquis de Raugusio vellit ire, cum mercationibus in terris de Bossina, precipiendi omnibus, qui vellet ire, quod non debeant illuc ire cum mercationibus sub pena D yp̄p̄ pro quolibet et qualibet vice, donec eidem filio Marini non fuerit satisfactum.

Item capta fuit pars in eodem minori consilio, quod comittatur dictis Petro, Clime et Felize, quod simile preceptum faciant omnibus rauguseis, qui reperientur dicto tempore in Bossina, si dicto filio Marini non satisfiet Stepos.

Die xxvii novembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nemine discrepante, quod cum ad presens habeatur modica quantitas frumenti in communi, quod accipiatur pro communi condura Petri de Poza et Petri de Lugrina et mittatur pro frumento in Ampulia dando eis pro naulo lib. III et sol. C gross., quam si dare denegaverint et ire recusaverint incidat penam quilibet eorum de yp̄p̄ centum.

Die III decembris. In minori consilio, more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod de avere communis presen(ten)tur ambaxatori domini principis in rebus comestibilibus yp̄p̄ v.

Die vi decembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod dominus comes habeat plenam et liberam potestatem et auctoritatem cogendi et compellendi omnes et singulas personas, que debent solvere aliquam quantitatem pecunie pro gabella sancte Marie, quod solvant.

Die xi decembris. Petrus de Potreta factus fuit scribanus in ligno Bogdasse de Scrona de Raugusio.

Die xii decembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nemine discordante, quod ad presens eligantur tres salinarii. Electi fuerunt infrascripti in dicto consilio salinarii: primus: Jone, filius Clime de Gleda, per Margaritum de Crosio; secundus: Sime de Benessa, per Laurencium de Bubagna; tercius: Marcus de Schimosiza per Marcum de Lucaro.

Item in dicto minori consilio captum fuit et deliberatum, quod de avere communis dentur et presententur domino Jacobo Pollano, ypp vi.

Die xiiii mensis decembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nemine discordante, quod mittatur unus nobilis homo in ambax(atorem) ad dominum comitem Georgium et comitem Dalmitie (sic) et commune et homines de Dalmisia, et ad rogandum et requirendum eos quod satisfaciant Give, filio Rossini de Siracha et sociis suis de Raugusio de mercationibus eis ablatis per quamdam eorum barcam armatam Dalmisio.

Junus de Dersa electus fuit ambaxator predictus cum salario consveto.

Die xxiii decembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars uno discordante ad hoc, ut deus conservet civitatem raugusinam in bono et pacifico statu et a molestiis et iniuriis defensetur, quod pro elemosina dentur infrascripti yp̄p̄ de avere communis, videlicet: fratribus minoribus yp̄p̄ v, fratribus Predicatoribus yp̄p̄ v, domino episcopo Marchane yp̄p̄ ii, quinque monasteriis monialium pro quolibet yp̄p̄ ii.

Die xxviii decembris. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, capta fuit pars, quod cum per quamdam barcham armatam Dalmisio, Giue, filius Rossini de Siracha, Bogoe de Lubriza, Obrat Schopichio, Sime de Picozo et frater eius Johannes, fuissent arobati de mense novembris proxime preteriti de tantis mercationibus et rebus, que fuerunt valoris et existimationis yp̄p̄ cccc, ut in eorum lamentatione continetur, ad quorum recuperationem per dominum comitem et commune ragusinum missus fuit unus ambaxator videlicet Junius de Dersa, ad petendum et recipiendum a dicto communi satisfactionem dicte derubationis, quam facere non curarunt, nec de duabus peciis in grave dampnum et detrimentum predictorum Giue, Bogoe, Obrat, Sime et Johannis, quod scribentur littere ex parte domini comitis et communis raugusine comiti de Dalmisio et hominibus et communi dicte terre, quod hinc ad mediam quadragesimam proxime venturam debeant satisfacere dictis Giue, Bogoe, Obrat, Sime et Joanni de dictis cccc yp̄p̄ et de expensis; quam satisfactionem si fecerint bene quidem, alioquin a dicto termino in antea, dicti Giue, Bogoe, Obrat, Sime et Johannes habeant repressalias in avere et personis ubique contra homines et personas dicte terre de Dalmisia de dictis cccc yp̄p̄ et de expensis propterea factis, que sunt yp̄p̄ lx. Et quod eciam scribantur, littere ex parte domini

comitis et communis ragusine domino comiti Georgio significando sibi predicta et eundem deprecando, quod si placeant tales procuratorie cum hominibus et communi de Sibinico, quod predictam satisfactionem faciant.

VII. Anno 1323.

Die xv januarii. Nichifori de Rania, Junius de Pecurato, Junius de Georgio in minori consilio, sono campane more solito congregato, dati fuerunt tutores filiis Nichole de Mathie de Menze et uxoris condam dicti Nichole[1]).

Die lune, xvii januarii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt cviii consiliarii, capta fuit pars, discrepante solummodo uno, quod de avere communis ad presens expendantur in muratione turrium civitatis ypp centum, et si pro tempore futuro indigent plus pecunie pro murandis dictis turribus, sumbatur, accipiatur de peculio communis pro ipsis complendis, prout placuerit domino comiti et suo minori consilio.

Item in dicto maiori consilio capta fuit pars per lxxxxii ipsorum consiliariorum, quod ex parte domini comitis et communis ragusini scribentur littere judicibus, consilio et communi civitatis Antibarensis, assignando eis terminum, quod hinc ad pasca resurectionis domini proxime venturum faciant satisfieri et satisfaciant Domangne de Menze de duobus debitis, uno de ypp lxxiii, quos Dimitrius Janni civis Antibari dare et solvere tenebatur Vrsachio de Zerena, ut continetur in charta scripta manu diaconi domini Andree de Benessa, jurato notario civitatis ragusine; et alio de ypp clxxv quos dictus Dimitrius et Juanze cum filiis dare et solvere tenebatur eidem Vrsatio, ut continetur in charta scripta manu dicti diaconi Andree, de quibus quantitatibus pecunie idem Domagna habet totam potestatem et auctoritatem a Uale, filio huius dicti Vrsacii, ut continetur in carta scripta manu diaconi Andree et expensarum factarum per dictum Domangnam pro dictis debitis petendi. Quam satisfactionem tam dictorum debitorum, quam expensarum propterea factarum si fecerint hinc ad dictum terminum, bene quidem, alias ex nunc prout ex tunc idem Demangna habeat repressalias et salva . . . dictarum quantitum pecunie et expensis in avere et personis contra commune et homines et singulas personas communis, jurisdicctionis et districtus Antibari in civitate ragusina et suo districtu. Et hec quia multoties fuerunt requisiti ex parte domini comitis et communis ragusini tam per ambaxatorem, quam per litteras, quod deberent facere rationem de dictis debitis et quolibet eorum, quod facere negaverunt, set in dampnum et detrimentum dicti Domangne et sui iuris, dicta sua instrumenta inciserunt, ut patet per litteras dicti communis hic appositas.

---

[1]) Mccccxxxiiii, indictione secunda. Die xviii octobris, de mandato nobilis et potentis domini Marchi Justiniani comitis ragusini et sui minoris consilii . . . . . Mathe, filii condam Nicola, quia est xviii annorum et plus.

Et de gross. xviii quos solvit nuntio, qui portavit ipsas litteras Antibarum.

Misse fuerunt dicte littere secundum formam dicte reformationis eidem communi per Domincem preconem communis, quod commune reddidit ut in littera hic apposita continet[1]).

Mcccxxiii indictione sexta. Die xviii mensis januarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nemine discrepante, quod monasterium pulcellarum possit et valeat quandocumque sibi placuerit vendere, alienare et obligare, mediam vineam et terram que fuit Fosschi de Zerepa positam in Grauosio apud montem Bertum, et cum media casala, posita in civitate Raugusii, quod fuit etiam dicti Fosschi quomodo et qualiter sibi placuerit, salvo jure omnium personarum.

Die xxvii mensis januarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, ex auctoritate et balia eis concessa a maiori consilio, capta fuit pars nullo discordante, quod inveniatur unus bonus et legalis homo in Ampulia ad investiendum et emendum nomine communis tantum frumentum, quod gestet libr. sexaginta venet. gross. tam in frumento veteri, quam novo pro meliori precio, quod habere poterit; qui mittetur habeat pro suo salario de avere communis sol. xxv gross venet.

Pone de Martena electus fuit ad dictum servitium facere.

Anno domini millesimo trecentessimo vigesimo tercio, indictione sexta. Die xxvii mensis januarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discrepante, quod pro bono et au(g)mento civitatis et districtus raugusini ad hoc ut bono retribuatur de bonis, quod Prode de Petre et Prode de Antibaro, amodo in antea sint, sit, civis civitatis raugusine et pro cive et tamquam civis habeatur. tractetur sicut alii cives et gaudeat omni privilegio, quo gaudent alii cives dicte civitatis. Qui Prode iuravit ad sancta dei evangelia corporaliter tactis scripturis esse fidelem domini ducis et comitis Venetiarum, domini comitis raugusei presentis et futuri et communis raugusini, et facere omnia servitia communis raugusini, sicud alii cives facient.

Die xxviii januarii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars, quod serenissimo regi domino Vrossio complaceatur et commodetur de ghaleis et lignis communis et eorum corredis ad eundum in Apulia pro filia domini principis Toranti, et ad ipsam conducendum Ragusium expensis omnibus dicti domini regis, dummodo per dominum ducem et commune Venetiarum galee et ligna non accipiantur; et si dicte ghalee et ligna acciperent per dominum ducem et commune Venetiarum in aliquo servitio, quod concedentur et commodentur sibi de aliis lignis specialium personarum, semper expensis dicti domini regis.

---

[1]) In margime: Cassata de voluntate dicti Domagne.

Item in dicto maiori consilio capta fuit pars, quod dominus comes cum suo minori consilio, habeat plenam liberam potestatem serviendi et complacendi eidem domino regi de tribus lignis et ab inde infra prout sibi placuerit, missuris in Ampulia pro frumento, ad ferendum ipsum Antibarim; et quod reformatio qua prohybetur quod nullus raugusius cum aliquo suo ligno vel forestariorum possit portare frumentum infra culfum nec Raugusium vel Venetias sub pena c yp̄p̄, quantum in isto casu sit cassa et vana, in aliis vero personis plenum obtineat robur firmatis.

Die xxxi januarii In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discrepante, quod pro communi accipiatur condura Junii de Georgio, Sauini de Bonda et Petri della Vgrina et mittantur in Ampulia pro frumento, et unicuique detur pro quolibet cent. sol. xx gross. et quod dominus comes possit eis et cuilibet eorum precipere, quod debeant parare dictas eorum conduras et ire dictum viagium, pena ad eius voluntatem.

Die primo mensis februarii. Laurenzus de Cosuta in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus super condura Petri de Lugrina.

Dobressa de Strena in dicto minori consilio, factus fuit scribanus in ligno Michi de Calamota.

Die xi mensis februarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, facta fuit gracia Michaeli de Brannici, quod ad presens possit extrahere de civitate Raugusina et suo districtu staria xxx frumenti.

Mildruchus de Cariboz, Georgius Cotoraninus et uxor condam Macote becharii in dicto minori consilio, eodem die, dati fuerunt tutores, filio olim Macchote becchari.

Marinus de Venizano, Marinus de Massi et Scoze de Gaioppa dicta die et in ipso eodem consilio dati et electi fuerunt tutores filio Marcoli Juanchi de Chetaldo.

Luce, filius Clementis de Lucaro, in dicto minori consilio, eodem die electus fuit s(cribanus).

Item in dicto minori consilio, Nicchola, filius Junii de Scociliza electus fuit scribanus in corrida Junii de Georgio, vocata sancta Maria.

Die sabbati xii, mensis februarii. De mandato domini comitis et sui minoris consilii, per Petrum preconem communis incantata fuit pluries per civitatem ghabella pescarie Raugusii et quia non inveniebatur quis plus vellet dare, data et deliberata fuit in publica concione sono campane more solito congregato in platea communis Marculo dela Zera, pro uno anno proximo pro trecentis decem yp̄p̄ et incipitur annus cras die xiii februari; qui Marculus tenetur solvere dictam gabellam procuratori monasterii pulcellarum omni mense sicut contingerit pro rata de dictis ccc decem yp̄p̄.

Dobre de Sorco est plaz et proprius pagator pro dicto Marcolo.

Die xv februarii. Sclaui Camerder et Martolus Spada in minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt tutores, filie Nale de Albisina, qui iuraverunt etiam.

Marinus de Massi et Zanni Scoranino, dicta die in eodem consilio electi et dati fuerunt tutores filiis Radosclaui de Lacanica.

Die xviii mensis februarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod ad hoc, ut bona custodia habeatur, quod frumentum non extrahatur extra civitatem ultra modum solitum, quod duo coiutores addentur fundachariis, quod adiuvent eos in dicto officio, donec domino comiti et suo minori consilio placuerit, et unusquique eorum habeat pro suo salario in quolibet mense yp̄p̄ i.

Nicholiza de Martinusso et Andreas de Galozo electi fuerunt dicti coiutatores.

Die xviii februarii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lxviiii posite fuerunt due partes, una de faciendo graciam Benedicto de Trano, habitatori rauguseo, posse navigare ubi sibi placuerit et cum quocumque ligno sibi videbitur c salmas ordei, que detente fuerant sibi per dominum comitem et eius curiam, et capta fuit pars per lxii ipsorum quod ipse possit navigare et mittere dictas c salmas ordei, ubicumque sibi placuerit, dummodo teneatur et debeat conducere seu conduci facere in civitate raugusina hinc ad kal. aprilis proxime venturas, loco dictarum c salmarum ordei, salmas c frumenti, sub pena c yp̄p̄, dummodo iste c salme frumenti non computentur in frumento, quod aducitur ad presens super condura Poli de Gundola et barcusium Junii de Georgio.

Thomasius de Bacolo est plaz et proprius pagator pro dicto Benedicto, quod ipse adtendet et observabit predicta in dicto termino sub dicta pena.

Die xxiii februarii. Petrus Vetrana et Jure de Rama in minori consilio, sono campane more solito congregato, electi et dati fuerunt tutores filiabus olim Primi calligari et juraverunt eciam.

Die xxiiii februarii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxxi consiliarii, capta fuit pars per lxxv ipsorum consili(ari)orum, quod dominus comes cum suo minori consilio, habeat plenam et liberam potestatem et auctoritatem eligendi et assumendi magistrum Johannem de Anterminellis de Luca physicum et medicine professorem ad salarium communis raugusine usque duos annos, dando sibi omni anno usque xx libr. gross. et unam domum decentem secundum quod poterit concordare secum. Qui magister teneatur et debeat medicare absque aliquo precio dominum archiepiscopum et eius familiam, dominum comitem tam presentem quam futurum et eorum familiam, cancellarium et eius familiam et omnes salariatos communis, fratres minores et Predicatores et religiosas omnes et generaliter omnes homines civitatis et districtus bona fide sine fraude.

Eadem die. In minori consilio, sono campane more solito congregato, ex balia et auctoritate eis data et attributa a dicto maiori consilio, idem dominus comes cum dicto suo minori consilio nemine discrepante elegit ipsum magistrum Johannem medicum in physica ad salarium communis pro uno anno proximo cum salario xx librar. gross. dando eciam ei ad expensas communis pro dicto anno unam domum decentem. Qui magister Johannes acceptavit dictum salarium cum omnibus predictis conditionibus et iuravit ad sancta dei evangelia ita attendere et observare, ut sibi dictum est.

Die xxiiii mensis februarii. Cum, hominibus civitatis raugusine et eius districtus, tam nobilibus quam i(g)nobilibus per circa nostros vicinos multe sint facte et perpetrate offensiones in avere et personis temporibus preteritis et continuo non cessent offendere et derubare tam mercatores, quam alias quascumque personas civitatis raugusine et sui districtus et ipsi habentur et tractentur in nostra civitate tamquam cives et eis per nostros nulla inferatur molestia vel gravamen, sed potius ab aliis volentibus eos offendere, defenduntur. Et ideo cum indignum sit et omni rationi contrarium, quod aliquis pro malis bona recipiat et pro offensionibus gratiam et honorem, in minori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxxi consilii capta fuit pars per lxxv ipsorum, quod dominus comes cum suo presenti minori consilio habeat plenam et liberam potestatem, auctoritatem et baliam alte et basse semel et pluries quomodo ei placuerit expendere de avere communis quantam sibi placuerit in offendendo in avere et personis omnes personas que offenderunt vel offendent aliquem seu aliquos de civitate et districtu raugusino.

Die xxvii februarii. Marinus de Villano, in minori consilio, sono campane more solito congregato, electus et factus fuerit comes Grauosi, Malfi et Vmbole et debet incipere servire de primo marcii.

Die xxvii mensis februarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discordante, quod omnes volentes facere et ve(n)dere carnes in civitate raugusina et suo districtu possint eas ve(n)dere fol. unum plus quam contineatur in statutis pro qualibet libra, quarumque carnarum hinc per totum mensem decembris proxime venturum.

Die xxvii februarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars, quod monasterium pulcellarum seu procurator dicti monasterii nomine monacarum dicti monasterii, possint et valeant vendere, alienare et obligare quandam vineam dicti monasterii, positam in Brenno cum omnibus suis pertinentiis, que vinea fuit Fosshci de Zerepo pro meliori precio, quo ex ea consequi et haberi possint cui vel quibus eis placuerit, dummodo dictum monasterium teneatur et debeat facere et fundamentare unam turrim ante monasterium dictarum monacarum extra muros civitatis, que sit grossitudinis a terra usque merllos muri civitatis palme sex de cauna et ampla ex parte ponentis palmi vii de cauna et ex parte montis ex pellagi, et pellagi

palmi vi de cauna et cum ipsa grossitudine et amplitudine debeant et teneantur eam facere construere a terra usque merlos civitatis omnibus eorum expensis a kal. aprilis proxime venturis ad tres annos subsequentes et de predictis omnibus abbatissa dicti monasterii et monace dicti monasterii et procurator ipsarum consenserint et voluerint.

Die xxviii februarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discrepante, quod ex parte domini comitis et communis raugusini scribantur littere Andree, filio Pauli de Sorco, precipiendo sibi, quod sub pena d yp̄p̄ hinc ad festum sancti Georgii venturum, debeat se presentare coram domino rege et facere rationem secum de eo, quod sibi petit.

Item in dicto minori consilio, eodem die capta fuit pars nullo discordante, quod scribantur littere Pasque de Casiza precipiendo sibi ex parte domini comitis et communis raugusini a die presentationis harum ad . . . ., debeat se presentare coram domino rege Vrossio ad faciendum rationem secum de eo quod sibi petit, vel se infra dictum terminum se presentet coram domino comite in Raugusio, pena ad voluntatem domini comitis et sue curie.

Mcccxxiii indictione sexta, de mense marcii. Die secundo mensis marcii. Nicchola, filius Pasque de Picinico in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus in ligno Saue de Bonda.

Die iii marcii. Chostantinus, filius Georgii de Gostiua in minori consilio factus fuit scribanus in barcusio Bogoe de Pesagna.

Die vi mensis marcii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxvii consiliarii capta fuit pars per lxxv ipsorum, quod cum dominus rex (sc. Vrossius) scripserit domino comiti, consilio et communi nostre civitatis de Raugusio, quod ipse intendebat venire ad partes marine, videlicet Antibarim et Dulcinium seu Alamate, et quod ipsum mitteremus ad videndum, quod per commune raugusinum mittantur iiii nobiles homines pro ambaxatoribus ad ipsum honorandum et videndum pro bono et pacifico statu tocius civitatis, et quod dominus comes cum suo minori consilio habeat plenam et liberam potestatem, auctoritatem et baliam eligendi dictos iiii ambaxatores cum salario et sine salario et cum illa commissione, responsione et peticione, que dicto domino comiti et suo minori consilio placuerit et videbitur pro meliori (statu) civitatis.

Die vii marcii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, ex auctoritate et balia predicta capta fuit pars, quod per illos iiii ambaxatores eligendum, ad mittendum serenissimo regi Vrossio mittantur et presententur domino regi predicto in exiguis decentibus yp̄p̄ cccc; et unusquisque dictorum ambaxatorum, qui eligentur et ibunt in dicta ambaxata habeat pro suo salario yp̄p̄ decem et expensas. Electi fuerunt ambaxatores: Marculus de Tediusio, Margaritus de Crosio, Marchus de Lucaro et Junio de Georgio.

Item in dicto minori consilio, capta fuit pars nullo discrepante, quod pro dictis ambaxatoribus mittendis armetur lignum communis, et unusquisque galeattus habeat omni die gross. I de avere communis pro suo salario, et unus committus gross. II pro qualibet die, et II noclerii gross. pro quolibet et qualibet die et expensas ab ambaxatoribus.

Die XII marcii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars, per duas partes ipsorum et plus, quod nulla persona audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio in isto presenti anno facere se carbonozum, vel se transfigurare vel Judeum facere sub pena XXV yp̄p̄ pro quolibet et qualibet vice, et accusator habeat medietatem banni, si per eius accusam veritas poterit inveniri.

Die XII marcii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nemine discordante, quod nulla persona debeat facere aliquam credenzam vel mercatum de calcina cum Petro de Coten donec non satisfecerit communi de calcina, quod sibi tenetur, et qui contrafecerit non teneatur nec valeatur.

Item in dicto minori consilio, eodem die capta fuit pars, quod ambaxatores ituri ad dominum regem Vrossium teneantur descedere de portu Raugusii die dominico ante terciam, et sequi viagium eorum sub pena XXV yp̄p̄ pro quolibet contrafaciente.

Die XVIIII marcii. Lunardi de Rasti in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus in navi Marcolli de Fessa vocata sancta Margarita.

Pasqua de Rissa in eodem minori consilio factus fuit scribanus in ligno Georgii de Carosa de Raugusio.

Die XXVIII mensis marcii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXXXIII consiliarii capta fuit pars per LIII ipsorum, quod Margaritus de Crosio, Marcolus de Tediusio, Marchus de Lucaro et Junius de Georgio ambaxatores communis, nomine communis Raugusini possint pactizare, emere et in graciam seu dono recipere vel recognoscere a serenissimo rege Vrossio, omnes terras, vineas, terrena et porciones que sunt a vineis seu portionibus hominum de Raugusio super Brenum, Junchetum, Vmbolam usque summitatem montanearum undeque dicti territorii, incipiendo ex parte levantis ad illis de brumas et de Menchiniz et eundo versus ponentem usque per totum territorium Vmbole in perpetuum, promittendo ei dare et solvere sibi pro dicta venditione, gracia, dono seu recognitione usque yp̄p̄ duo millia et abinde infra et non plus pro dictis terrenis. Et si idem dominus rex nollet dictos yp̄p̄ sed velet pro dictis MM yp̄p̄ illa arma, que petit, videlicet CC panzeria et CCL scancherias et CC bacinellos offerant se velle sibi dare dicta arma valentia dictum precium MM yp̄p̄ accipiendo ab eo bonum et sufficientem terminum de solvendo sibi dictos MM p̄p̄os vel de dando et assignando dicta arma.

Die XXVIIII marcii. In minori consilio, more solito congregato, capta fuit pars nullo discordante, quod eligantur ad custodiam civitatis

xxiiii nobiles homines pro scaraguardiis, de quibus sunt duo capetanei, unus quorum capetaneorum cum xi scaraguardis cumstodiat unam noctem videlicet vi in prima sera, et alii vi post mediam noctem usque campanam diei. Et secundus capitaneus cum aliis xi custodiet secundam noctem modo predicto. Et sic omni nocte debeant custodire modo predicto usque per totum mensem madii proxime venturum, et pro custodia nichil debeant habere a communi pro eorum salario. Marinus de Petrena, capitaneus, Menze de Menze, Vita de Sorco, Sime de Benessa, Andreas de Galozo, Lampri(dius) de Piero de Boze, Marinus de Pesta Yle de Binzola, Pasqua de Poza, Junius de Gambe, Clime de Dersa, Frane de Bodaza. — Nichifor de Rania, capitaneus, Junius de Volcasso, Andreas de Muce, Jure de Caboga, Andreas de Nicchola de Sorco, Blaxius de Bodaza, Nicchola de Laurenzo de . . . ., Andrea Petri Georgii, Todero de Crosi, Piero de Pocza, Marinus de Bona, Dobre de Binzola[1]).

Die ii aprilis, mcccxxiii indictione sexta. In minori consilio, more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt vi dictorum consili(ari)orum, capta fuit pars uno discrepante, quod ex parte dicti domini comitis et sui minoris consilii precipitatur Menze de Mathia de Menz, quod pena sibi (sub pena?) arbitrio domini comitis non debeat discedere de civitate raugusina sine licentia domini comitis et sui minoris consilii hinc ad diem dominicum x huius mensis aprilis, et si incederit apparerent sibi aliqua nova propter que opporteret eum disce(de)re, veniat ad dominum comitem et suum parvum consilium et impetret gratiam ab eis posse discedere sine aliqua pena, et tunc secundum quod provisum fuerit ita debeat observari.

Die iiii aprilis. Vrsus de Gleda in minori consilio, sono campane more solito congregato, electus fuit salinarius per Paulum de Gundola; et Junius de Gambe promisit conservare indempnem dictum Paulum a dicta plaz.

Die viii aprilis. Michel Podaro in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus in barcusio filii Georgii de Gostiua.

Die viiii mensis aprilis. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lxxxxviiii

1) Folio adnexo: Pro qualibet petia drappi que portabitur super galeis Antibarum seu Dulcinum accipiatur gross. ii et pro qualibet petia fustani, accipiatur tercia de gross. Pro qualibet petia drappi, que portabitur super dictis galeis usque Auallonam accipiantur gross. iii. et pro qualibet petia fustani, medius gross. Et si decem mercatores, qui debent portari usque Auallona, propter aliquem defectum non portarentur usque Auallona, solvant medium naulum. De mercationibus que aducentur de Auallona Raugusium, debent solvere hoc modo, videlicet: De numero centum milliarum de filusollis yp̄p̄ ii, de centenario grane gross. xv, de centenario cere gross. iiii, de libra centenarii de seta gross. xviiii, pro qualibet balla de leporinis et agnelis gross. viii.

capta fuit pars per LXXXXVII ipsorum, quod lignum parvum communis armetur et commodetur ambaxatori domini regis, videlicet Marco de Lucara et diacono Vite de Scutaro, ad eundum in Apuliam et inde redeundo expensis communis per XX diebus, in eundo, stando et redeundo et si plus tenerent, teneantur ipsi ambaxatores solvere illud, quod constiterit plus a dictis XX diebus supra, incipiendo a die quo dicesserint de Raugusio usque diem reversionis dicti ligni.

Item in eodem maiori consilio dicta die, capta fuit pars per LXXXXVI ipsorum, quod omnes volentes ferre blauam, vinum et alia quecumque victualia Scutarum ad nuptias domini regis Vrosii, possint ea portare et navigare sine aliqua pena et banno ad dictum locum et non alibi a die qua decesserint a civitate Raugusii. Marcus de Lucaro et don Vita de Antibaro ituri in Apulia usque per medium mensem madii proxime venturum, a medio mense madii in antea omnes (sic) ordinamenta et reformationes consilii in suo robore perseverent.

Item eodem die in dicto maiori consilio, capta fuit pars per LXIII ipsorum consili(ari)orum, quod dominus comes cum suo presenti minori consilio et X aiuntis per eos eligendis, habeat plenam et liberam potestatem, auctoritatem et baliam, tractandi, componendi pacta et conventiones faciendi cum Marcho de Lucaro, nuntio, actore et factore domini regis Vrosii de emendo et indempne recipiendo ab ipso domino rege seu a dicto Marcho, nomine dicti domini regis de terris ipsius domini regis et dicta occasione ad promittendum et obligandum commune et homines et singulares personas communis Raugusini pro dictis terris habendis usque quantitem MM yp̄p̄ ab inde inferius, prout dicto domino comiti et suo minori consilio et adiuntis placuerit.

In minori consilio, more solito congregato, electi fuerunt dicti aiunti, dicta die, Michel de Sclaui, Marinus de Petrena, Simon de Benessa, Stepan de Binzola, Junius de Dersa, Nicchifor de Rania, Junius de Volcasse, Michel de Menze, Petrus de Zauernicho, Dobre de Sorco.

Die X aprilis. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discrepante, quod pecunia que recepta est per commune raugusinum de sale comercli domini regis ac etiam sal comercli detur Marino fratri Andree de Sorco seu meliorino recipienti pro eo, vel civi cuicumque voluerit et petierit eam pro domino rege, dummodo civi dabitur, teneatur dare communi raugusino bonam securitatem de conservando indempnes a domino rege de dicta pecunia et sale commune et homines civitatis raugusine.

Die XV aprilis. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, ex auctoritate et balia eis concessa a maiori consilio obtenta, die . . . . captum fuit et deliberatum, quod mittatur unus bonus homo in Ampulia ad emendum nomine communis usque mille salmas frumenti veteris unius anni pro meliori pretio quod poterit, tam a societatibus quam a singulari persona ad terminum IIII mensium, et ille qui electus fuerit, et ibi habeat pro suo salario de avere communis yp̄p̄ XV. Pone de Catena fuit electus ad predicta facienda.

Item in eodem consilio, captum fuit quod Marcolus de Scariche

mittatur Breno pro couiatore (coiuatore?) Pasque de Binzola propter Sclauos, qui scapiat et pro qualibet die quo steterit, habeat . . . .

Die xvi aprilis. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod pro elemosina dentur de avere communis fratribus minoribus yp̃p̃ quinque et fratribus Predicatoribus yp̃p̃ v et quinque monasteriis pro quolibet monasterio yp̃p̃ i.

Die xviiii aprilis. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod pro complendis turribus civitatis fiat inpromptu cc yp̃p̃, l personis, quibus l personis sit obligata pars contingente communi de ghabella sancte Marie ita, quod de primis denariis, qui exigentur de dicta ghabella solvantur dictis l personis cuilibet pro rata de quanta mutuaverit.

Marinus de Binzola, Junius de Menze et Dobre de Sorco in minori consilio electi fuerunt reperitores dictorum l hominum et inpenitores dictorum cc yp̃p̃.

Item in dicto maiori consilio, captum fuit et deliberatum, quod dividantur ad presens per civitatem starii dcc frumenti ad rationem gross. xvi pro quolibet stario solvendum in continenti non dando alicui persone plus duobus stariis et minus medio stario.

In minori consilio capta fuit pars, quod dicta dcc staria dividantur massario communis, deputato super blauam communis.

Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo tercio, indictione sexta, die xxx aprilis de mandato domini comitis et sui minoris consilii incanta(ta) fuit pluribus diebus per civitatem per Petrum publicum preconem communis gabbella sancte Marie, et quia non inveniebatur qui plus vellet dare data et deliberata fuit in publica convocatione, sono campane more solito congregata in platea communis Ghoie, filio Marini de Petregna pro uno anno pro septi(n)gentis decem yp̃p̃ cum omnibus pactis et conditionibus, quo data fuit tempore preterito et incipit annus cras die primo madii.

Marinus de Petregna pater dicti Ghoie est plaz et proprius pagator pro dicto Ghoie de solvendo dictos dccx yp̃p̃ ad ambos se tenendum, et quilibet eorum in totum et in parte sicud domino comiti placuerit se tenere[1]).

---

[1]) Eodem anno et indictione, die septembris in minori consilio, sono campane more solito congregato, cum propter ligna piratarum, qui discurrerunt per has partes multa naulia raugusea non potuerunt navigare, qua de causa dictus Ghoie substinuit magnum dampnum de dicta gabella, capta fuit pars (quod) de solutione dicte gabelle detraha(n)tur yp̃p̃ xv, quos dictus Goie teneatur solvere minus de dccx yp̃p̃, et hoc factum est sibi de gratia speciali et non de jure.

Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo quarto, indictione septima, die x octubris. Gregorius de Menachi, Paulus de Gundola operarii deputati super opere turrium, contenti et confessi fuerunt se recepisse et habuisse a dicto Ghoie yp̃p̃ cccl minus x yp̃p̃.

DIE PRIMO MADII. Petrus de Crancha in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit comes ysularum: Jupane, Calamote et Dallafote, et debet incipere servire die quarto huius mensis.

DIE PRIMO MENSIS MADII. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod magister Garamons, salariatus communis, possit ire Catarum ad sui beneplacitum in servitio domini Pauli de Tema, dummodo in eundo, stando et redeundo non franchet soldum, et tantum quantum steterit in eundo, stando et redeundo, tantumdem teneatur servire communi post elapsum sui anni et satisfiatur omnino pro rata anni.

ANNO DOMINI MCCCXXIII, INDICTIONE SEXTA. DIE VIII MADII. De mandato domini comitis et sui minoris consilii incantatum fuit pluribus diebus paregium Vmbole per Petrum preconem communnis cum pactis et conditionibus consvetis, et quia non inveniebatur, qui plus vellet dare datum et deliberatum fuit in publica concione, sono campane more solito congregato Ratico de Mata de Vmbola pro duobus annis pro yp̄p̄ nonaginta octo et incipit annus die IIII, huius mensis madii, solvendo quibuslibet III mensibus anni quartam partem dicti pretii.

Laurenzius de Bubana est plaz et proprius pagator pro dicto Raticho.

DIE XIII MADII. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod hinc per totum mensem junii proxime venturum omnes carnes cuiuscumque conditionis existant, possint venụ(m)dari fol. I pro qualibet libra plus quam contineatur in statutis sine pena aliqua.

DIE XIIII MADII. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod ad presens per massarios communis super blaua dividantur per civitatem MMD starii frumenti, non dando uni persone plus X stariis et minus uno stario ad rationem gross. XVII pro quolibet stario. Et per ysulas et astaria starii DCC ad dictam rationem.

DIE XVI MADII. Petrus de Dabro in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus in condura Petri dela Vngara.

Jacobus de Sumana in dicto minori consilio eodem die electus fuit salinarius per Margaritum de Crosio.

DIE DOMINICO XXII MENSIS MADII, MCCCXXIII INDICTIONE SEXTA. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXXXXII consiliarii captum fuit et deliberatum per LXXXIII ipsorum, quod magister Garamens confirmetur ad salarium communis raugusine pro uno anno, cum illo salario, pactis et conventionibus, quibus steterit in proxime preterito anno.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et deliberatum per LXXXVIIII ipsorum, quod per dominum comitem et suum parvum

consilium eligantur IIII boni et sufficientes homines, duorum (sic) quorum stent ad portam de foris de Pille et alii duo ad portam de foris fratrum Predicatorum, qui custodes teneantur accipere omnibus forensibus volentibus intrahre civitatem omnia arma que secum haberent et non permittere aliquos forenses cum armis intrahre civitatem et unusquisque habeat pro suo salario gross. XXII pro quolibet et quolibet mense.

Item in eodem maiori consilio dicta die captum fuit et delibeberatum, quod omnes homines civitatis a XV annis supra et a LXX infra scribantur et reducantur in apoliziis et mittantur omnes in uno sacho, et quicumque exiverit de sacho teneatur custodire uno mense et qui noluerit custodire dum esset in Raugusio propter aliquod impedimentum, teneatur mittere pro se unum bonum et sufficientem hominem talem qui placeat militi domini comitis et capitaneo custodum, et omnes illi, qui noluerint ire in viagium tenantur etiam mittere unum pro se, et omnes illi, qui sunt absentes de Raugusio, unusquisque teneatur solvere gross. IIII de quibus gross. IIII mittatur unus alter(ve) loco sui.

Die XXIII madii. Nicchola Petri Zorgii in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus in condura Junii de Georgio.

Die XXV madii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod tam per astariam quam per ysulas dividantur inter omnes possibiliores starii DCC frumenti, non dando alicui persone plus III stariis et minus uno ad rationem gross. XVII pro quolibet stario. Et quod eligantur IIII boni impositores dicti frumenti duo in ysula et II in asteria. Palma de Chisana, Luce de Vitagna, in ysula; Marcolus de Scarich, Niccholiza de Martinussio, in asteria.

Die XXV madii. Marinus de Terpe, Frane de Mostaza in minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt custodes ad portam de Pille, ad accipiendum arma omnibus Sclauis et ad asservandum ea et eis restituendum cum exiverint de civitate pro uno anno, et incipit annus a kal. junii proxime venturis et unusquisque debet habere pro suo salario yp̄p̄ XXII.

Die XXVI madii. Jacobus de Matessa et Petrus Menda eodem modo et forma ut superius continetur, electi fuerunt custodes ad portam de foris fratrum Predicatorum pro uno anno et cum salario XXII yp̄p̄ pro quolibet, et incipit annus in kal. junii proxime venturis.

Die XXVIII madii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars duobus discordantibus, quod mittatur unus nobilis homo pro ambaxatore ad dominum comitem Stepos in servitio filii Marini de Menze et pro tractando cum eo, quod nostri mercatores possint ire, stare et redire tute et secure in avere et persona; et de expensis, que fient in dicto ambaxatore, medietatem solvat Marinus de Menze secundum formam statuti et alia medietas communis.

DIE XXXI MADII. Cum dominus rex Vrossius scripserit nobis per suas litteras hic apositas, quod mercatum sue salis cum introitu hinc retro hiante et percepto de ipsa sale, dare et assignare deberemus Petro Zima, Nicchole de Bucha et Marcolo Pascalis de Catara suis gabbellotis. Et dicti Petrus, Nicchola et Marcolus nobis per suas destinarunt, per suas litteras hic appositas, quod dictam salem cum introitu predicto dare et designare deberemus Palme de Grade de Raugusio, capta fuit pars in minori consilio, sono campane more solito congregato, quod forum dicte salis cum introitu preterito assignetur et detur dicto Palme; qui Palma contentus fuit se recepisse et habuisse totum introitum preteritum dicte salis nomine predictorum Petri, Nicchole de Marcoli et non nomine domini regis et quod paratus est similiter recipere forum dicte salis et nos sibi dare.

DIE PRIMO JUNII. In minori consilio, sono campane more solito congregato captum fuit et deliberatum, quod XII scaraguardie eligantur in presenti consilio pro duobus mensibus sine salario. Infrascripti fuerunt electi scaraguardie: Petrus de Zauernico, capitaneus, Dobre de Sorco, Roderus de Bodaza, Nichfo de Bodaza, Junius de Chabe, Ghabriel de Gleda, Domagna de Menze, Jure de Palmota, Vita de Sorco, Luce de Vitagne, Proculus de Menze, Nicchollza de Martinussio capitaneus, Jutagna de Ghambe.

DIE XI JUNII. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod omnes ve(n)dentes carnes ad minutum, possint quaslibet carnes ve(n)dere unum fol. plus pro qualibet libra, quam contineatur in statuto, hinc ad kal. januarii proxime venturas.

Item in dicto minori consilio capta fuit pars, nullo discordante, quod dominus comes cum sua curia habeat plenam et liberam potestatem, auctoritatem et baliam ponere ad sacramentum omnes qui emerint carnes, illos videlicet, qui visi fuerunt eidem domino comiti et sue curie fidedigni, si emerunt carnes plus quam ve(n)di debeant et illi quibus delatum fuerit sacramentum per dominum comitem et eius curiam habeant totam credentiam, et illi qui reperti fuerint per sacramentum dictorum ementium, quibus seu cui delatum sacramentum condempnetur secundum formam statuti.

DIE XV JUNII. Micho de Georgio in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus (fuit) comes Breni et Juncheti pro uno anno cum salario, et incipitur terminus eius die festi sancti Petri proximo.

Item in dicto minori consilio, captum fuit et deliberatum, quod ad presens eligantur II salinarii: primus Dobre, filius Petri de Menze, Dobre de Sorco, plaz pro eo; secundus Zore, filius Clementi de Gleda, Margaritus de Crosio plaz.

DIE DOMINICO XVIIII JUNII. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXXXIII consiliarii capta fuit pars per LXXX ipsorum, quod cum per commune acquisitum

esset mutuum a quibusdam personis cc yp̄p̄ pro complendis turribus communis, et quod dictis mutuatoribus de dictis ducentis yp̄p̄ satisfaceretur, de primis denariis, qui exigerentur de gabella sancte Marie, dicti cc yp̄p̄ sint expensi si omnes (sic) et dicte turres non sint complete, quod prima page dicte gabelle accipiatur pro dictis turribus complendis et secunda paga dicte gabelle sit illorum, qui mutuaverunt dictos cc yp̄p̄.

Item in eodem consilio dicta die capta fuit pars per LXXX ipsorum, quod per commune raugusinum ematur nomine communis terra et vinea Desaze uxoris condam Nichole Bolsici posita in Breno cum omnibus suis pertinentiis pro XII libr. gross. solvendo sibi omni mense sol. XX gross. usque completam totam dictarum XII libr.

Die XXVI junii. Pasqua, filius Marini de Rissa, factus fuit scribanus super condora Petri della Vngara, in minori consilio, sono campane more solito congregato.

Die XXVII junii. Junius de Georgio et Thoma de Paulo de Thoma in minori consilio, sono campane more solito congregato, electi et dati fuerunt tutores Jace, filio condam de Grube de Drago, de Cataro.

Designa de Bossce de Rissa in dicto minori consilio factus fuit scribanus in barcusio secundo Mathei de Georgio.

Die XI julii. Marcolus de Scarich et Thoma de Dersa in minori consilio, sono campane more solito congregato, facti fuerunt super malgarisso.

Die XII julii In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXXXVI consiliarii capta fuit pars per LXXVIII ipsorum consili(ari)orum, quod dominus comes cum suo minori consilio tam presenti quam futuro habeat plenam et liberam potestatem, auctoritatem et baliam, semel, pluries, alte et basse, quomodo sibi placuerit emendi et mercatum faciendi frumentum. quanto sibi et dicto suo minori consilio placuerit, pro meliori pretio, quod ipsum habere poterit, et ad faciendum unum et plures sindicos ad emendum dictum frumentum, promissiones. obligationes et renuntiationes quaslibet faciendi ad acquirendum mutuo illam quantitem pecunie, que dicto domino comiti et suo minori consilio placuerit pro emenda blava in servitio communis, et ad obligandum commune et homines et singulares personas ipsius et eorum bona in totum et in parte sicud dicto domino comiti et suo minori consilio placuerit.

Item in dicto maiori consilio capta fuit pars per LXVI dictorum consili(ari)orum, quod magister Guilelmus de Varignana assumetur in

---

[1]) Deletum in msc.: Francha de Zerena et Marinus de Menze, in minori consilio, sono campane more solito congregato dati fuerunt curratores bonorum Nale de Zerena tam in defedendo quam in respo(n)dendo, cum dictus Nale, prout deo placuit factus sit mente ca(p)tus.

Cassa(ta) de voluntate minoris consilii anno domini MCCCXXIIII, indictione septima, die IIII decembris.

medicum et pro medico communis in arte physice pro duobus annis cum salario xx libr. pro quolibet anno, et incipiatur terminus prima die qua applicuerit Raugusium cum conditionibus consvetis.

Item in dicto maiori consilio capta fuit pars nullo discrepante, quod pro redificatione domus, quam Michel, filius Francisci de Binzola fecit de parte domus Simonis Michelis de Binzola, que fuit destructa et vasta(ta) per commune occasione cuiusdam homocidii olim perpetrati per dictum Simonem, ipse Marchus? teneat solvere communi yp̄p̄ cxx et ipse domus libere remaneat ipsi Michaeli ita, quod commune rauguseum dicta occasione nullum habeat ius in ea, quod si non solverit, teneatur destruere dictam domum et eam reducere in illo statu quo fuerit tempore destructionis et pro dicta redificatione nullam sentiat penam a communi[1].

Die xiiii julii. Andreas, filius Marchi de Babalio in minori consilio, sono campane more solito congregato, electus fuit salinarius, Dobre de Sorco est plaz et pagator pro eo.

Die xvii julii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discrepante, quod de avere communis presentetur in rebus comestibilibus hinc ad tres dies proximos qualibet die yp̄p̄ ii.

Die xviiii julii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars, discordantibus solummodo tribus consiliariis, quod magister Thomaxius cirolocus salariatus communis possit recedere de Raugusio quandocumque, quod unus alius medicus in cirogia erit Raugusii salariatus ad salarium communis, et ab illo die in antea, qua alius medicus erit Raugusii, dictus magister Thomaxius non lucret soldum.

Die xxiii julii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum et obtentum solummodo uno discrepante, quod per dominum comitem et dictum suum parvum consilium eligantur tres boni et legales homines, quorum officium sit custodire omni via et modo, quod in ve(n)demiis proxime venturis non aducatur vinum extra districtum Raugusii in civitatem, et quemcumque invenerint culpabilem condempnetur in xxv yp̄p̄, cuius condempnationis medietas sit dictorum iii hominum et alia communis, si per eius accusam veritas poterit reperiri. Et quod dicti tres pro exp(lor)ando qui fecerit contra, possint expendere cum conscientia domini comitis, dicti minoris consilii de avere communis prout eis videbitur esse justum, que expense debeant detrahi de condempnationibus, que fient de dicto vino, et si aliqua condempnatio non sequeretur, solvant per commune. Vitalis de Petrena, Andreas de Galozo, Niccholiza de Martinussio, electi fuerunt officiales super predictis.

Die xxviiii julii. Petrus de Menze, Rosinus de Sitacha in minori

---

[1]) Die xvii julii. Dobre de Sorco, Nichfo de Bodaza camerlingi communis contenti et confessi fuerunt, se habuissent et recepissent a dicto Michele pro redificatione dicte domus yp̄p̄ cxx.

consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt capitanei calligariorum de mense augusti et septembris.

Item in dicto minori consilio eodem die captum fuit et deliberatum, quod eligantur xxiiii scaraguardie pro duobus mensibus, medietas quorum custodiat una nox, et alia altera nox, donec compleverint custoditum duobus mensibus.

Isti sunt electi scaraguardie: Thoma de Dersa, capitaneus, Petrus de Bobalio, Lampre de Picaro de Menze, Junius de Calich, Sclaui de Luca, Nicola Laurencii de Menze, Clime de Goze, Rossinus de Babalio, Ghoie de Petrena, Nichola Georgii, Fossce de Binzola, Pasque de Poza, Marcolus de Scarich, capitaneus, Dame de Bucinolo, Jure de Caboga, Petrus de Bucinolo, Volc de Cigho, Marinus de Nichola de Scilo, Pasque de Binzola, Cherne de Bona, Petrus de Pecuraro, Marinze de Bona, Domagna de Sumagna, Giue de Sorento.

Die xxx julii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, ex auctoritate et balia eis attributa a maiori consilio obtenta die xii huius mensis captum fuit et deliberatum nemine discrepante, quod Petrus de Zauernicho mittatur in Apulia ad emendum nomine communis semel et pluries illam quantitatem frumenti, que sibi imposita fuerit emere per dominum comitem et eius parvum consilium. Et ibi debeat stare continuo sex mensibus, incipiendo prima die qua discesserit de Raugusio pro dicto servitio faciendo, quod si inibitum fuerit per dominum comitem et suum parvum consilium; et pro suo salario dictorum sex mensium habere debeat a communi libr. iiii gross.

Petrus de Zauernico in minori consilio, sono campane more solito congregato, electus fuit ad predicta[1]).

Die xxxi julii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, expulsis ex consilio illis ad quos tangebat, capta fuit pars, discordantibus solummodo tribus, quod per dominum comitem et suum parvum consilium, quod armetur galea communis Venete, que nunc est in portu Raugusii, quando eidem domino comiti et suo parvo consilio placuerit, ad conducendum et dandum scortam condure honerate mercationum harum de Raugusio, que est in Fara, expensis mercatorum mercationum existentium in dicta condura ac etiam eorum periculo et fortuna maris, gentis, de dicta galea et corredum suorum, dummodo non possint accipere aliquos potaros alicuius vinee.

Die primo mensis augusti. In minori consilio sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discrepante, quod magister Fele, pitantarius communis, possit ire Venetias et inde eundo, stando et redeundo possit stare uno mense, et loco eius dimittere filium suum et magistrum Guilelmum de Messina, quod teneantur facere omnia servitia

---

[1]) Die vii augusti discessit.

Die xxvii februarii. Per conduram Sauini de Bonda scripte fuerunt littere eidem Petro, quod erat revocatus, et die xv marcii recepimus litteras a dicto Petro se recepisse dictas litteras.

communis, sicut ipse magister Fele tenetur, et si staret plus uno mense de quanto steterit plus non lucret soldum.

Domenichellus, filius dicti magistri Felis, magister Guilelmus de Messina contentaverunt facere predicta.

Die martis, secundo mensis augusti. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, de mandato domini comitis et sui minoris consilii captum fuit et deliberatum per duas partes et plures, quod magister Bonaventura, frater magistri Albertini, cirologus de Venetiis, elligetur et assumetur ad salarium communis raugusini pro duobus annis incoa(n)dis prima die, qua applicuerit Raugusium cum salario duodecim libr. in anno et sol. xx gross. in anno, pro una domo pro sua habitatione. Qui teneatur medicare dominum archiepiscopum et eius familiam, dominum comitem et eius familiam, cancellarium et eius familiam et omnes salariatos communis tam presentes quam futuros, fratres minores et Predicatores et omnes religiosos et religiosas et omnes homines civitatis et districtus Raugusii, omnibus suis expensis de ungventis, inplaustris, aqua et aliis necessariis circa artem cirogie.

Qui magister Bonaventura in eodem maiori consilio dicta die acceptavit dictum officium et salarium, et juravit ad sancta dei evangelia corporaliter tactis scripturis predicta omnia et singula inviolabiliter observare, ac eciam promisit et se obligavit, et omnia sua bona presentia et futura eidem domino comiti recipienti et stipulanti nomine et vice communis raugusini venire ad dictum officium per primam conduram que discedet de Venetiis vel saltem super galeam que hodie vadit Venetias sub pena D sol. gross. et pena soluta . . . renuntians.

Die III augusti. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, nemine discrepante, quod nulla persona cuiuscumque conditionis et status existat, modo aliquo vel ingenio audeat vel presumat ve(n)dere in civitate raugusina aliquas uvas acerbas vel maturas natas in civitate Raugusii et suo districtu sub pena quinque yp̄p̄ pro qualibet et qualibet vice, et accusator habeat medietatem banni si per eius accusam veritas poterit reperiri, sine licentia domini comitis.

Die IIII augusti. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, captum (fuit) et deliberatum, quod pro honore et servitio serenissimi regis Vrossii et pro bono et pacifico statu civitatis Raugusii mittatur unus ambaxator ad excellentem virum dominum principem tarentinum una cum diacono Vita de Antibari, ambaxatore dicti domini regis, ad tractandum, componendum et ordina(nd)um, quod parentella, que diu tracta fuit inter predictos dominum regem et dominum principem, compleatur cum illa commissione, que domino comiti et suo minori consilio placuerit; qui ambaxator habeat secundum formam statuti usque Barolum yp̄p̄ xv et a Barulo ultra donec redierit Barolo omni die pro suis expensis et condutura equorum et omnibus aliis suis et familie sue expensis yp̄p̄ tres.

---

[1]) In margine: decessit die VI augusti et rediit die XVI septembris in nocte.

Die vi augusti. In maiori consilio, sono campane more solito ongregato. captum fuit et deliberatum per tres partes et plures, quod agister Thomaxius cirologus salariatus communis quandocumque sibi lacuerit possit discedere a civitate et salario communis dimittendo loco ii Dominicum famulum suum, qui teneatur servire communi et hominibus raguseis Ragusii, prout dictus magister Tomaxius tenebatur cum o salario, quod domino comiti et suo minori consilio placuerit, donec sset Raugusii providerit sibi de medico cirologo competenti; et si alius edicus veniret Raugusium ante recessum dicti magistri Tomaxii, ipse agister Tomaxius ab illa die in antea, quando alius magister aplicuerit augusium non francet soldum.

Die viii mensis augusti. Pasqua, filius Marcoli de Fessa in minori onsilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus condura Georgii Carosi, vocata sancta Lucia.

Die xi augusti. Bratessa Bocdanich in minori consilio, sono mpane more solito congregato, factus fuit civis rauguseus et juravit.

Die xxiii augusti. Cranoc, filius Petri Cardi de Tragurio, in mi-ori consilio, sono campane more solito congregato, pro bono et u(g)mento civitatis raugusine, et pro bona voluntate, quam gerit et ha-t erga civitatem Raugusium et homines eiusdem factus fuit civis raugu-us et juravit fidelitatem domini ducis etc.

Die xi septembris. In maiori consilio, sono campane more so-o congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxvi consiliarii capta it pars per lv ipsorum, quod postquam magister Guilelmus de Vari-ana, qui erat electus ad salarium nostre civitatis, ducit nostros sin-cos pro verbis et conatur nos decipere, quod provideatur de alio edico.

Die xii septembris. Jone de Menze in minori consilio, more lito congregato, factus fuit scribanus super conduram Climenti de icaro.

Dicta die. In minori consilio, sono campane more solito con-egato, capta fuit pars per maiorem partem ipsorum, quod illa fenestra, e est in turri, que fit per monasterium pulcellarum ad latus murum vitatis, debeat claudi expensis dicti monasterii, et si voluerit facere iquam fenestram in dicta turri possint eam facere super murationem iii manum lapidum dicte turris et uno passo plus, incipiendo a pede cte turris supra terram et eundo in sursum, que fenestra sit ampla, us palmus et non plus[1]).

Die xii mensis septembris. In minori consilio, sono campane ore solito congregato, capta fuit pars, nullo discrepante, quod Valli de

[1]) Deletum in msc. atque adnotatum: Revocata fuit ista reformatio die xxx aprilis per aliud consilium parvum:

Gundola in vita sua nullo modo vel ingenio possit vendere, alienare vel obligare aut inpegiare alicui persone territorium suum possitum in civitate Raugusii prope domum Stoiani de Zerep et furnum Laurenzi de Bodaza et Junium de Volcasso, nec Junio predicto de Volcasse pro maiori vel minori pretio cccxxx.

Die xiii mensis septembris. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxiii consiliarii captum fuit et deliberatum nemine discordante, quod cum per Prodassam et per Vladimir et Vitomir, tamquam capitales auctores et factores, et per homines de Canale et de Tribigna et de Drasiuiza cum gonfalonibus et exercitu, manu armata, die veneris proxime preterito comitatus noster videlicet Malfa et Vmbla esset discursus et derubatus, multis animalibus, pannis et aliis rebus, quod scribantur littere domino regi conquerendo nos de ipsis et supplicando eidem, ut sue maiestati dignetur taliter providere, quod nobis satisfiat de dicto dampno nobis illato, et quod ulterius talia non committantur.

Item in eodem consilio dicta die captum fuit et deliberatum nemine discrepante, quod ex parte domini comitis et nostri communis raugusini scribantur littere dictis Prodasse, Vladimir et Vitomir et cuilibet eorum et hominibus dictarum iii villarum, videlicet de Tribina, de Canale, de Drasiuiza statuendo et precipiendo eis et cuilibet eorum, quod a die presentationis harum ad viii dies subsequentes debeant nobis integraliter satisfacere de rebus omnibus et animalibus per eos nostris fidelibus ablatis die veneris proxime preterito in districtu; quam restitutionem si fecerint in dicto termino, bene quidem, alias nullus ex aliqua dictarum villarum non audeat vel presumet modo aliquo vel ingenio venire ad civitatem Raugusium vel in eius districtum, et si quis reperietur a dicto termino in antea, detineatur per commune in avere et persona donec satisfecerint.

Item in eodem consilio dicta die captum fuit et deliberatum nullo discordante, quod omnia bona dictorum trium hominum et omnium aliorum dictarum villarum cuiuslibet earum que reperientur in civitate Raugusii et suo districtu debeant sequestrari et detineri et reduci in scriptis.

Laurencius de Bubana, Matheus de Petrena, electi fuerunt super predictis.

(In margine): Die xv septembris notificata fuerunt predicta omnibus predictis per Stepan de Binzolo et Martelum de Scarich, missos per dominum comitem et suum consilium ad predicta notificandum.

Die xv septembris. Domince de Chepa in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus in barcusio Radosclaui de Pertinato.

Die xxii septembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, ex auctoritate et balia eis concessa, attributa et data a maiori consilio capta fuit pars nullo discrepante, quod pro communi

ementur in Apulia ad presens pro meliori precio, quod haberi poterit salmas mille quingentas frumenti.

Die xxiiii septembris. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxx consiliarii, posite fuerunt de partes, una de providendo medico in phisica ad presens ad salarium communis et alia de suprasedendo hinc ad kal. februarii proxime venturas et capta fuit pars per lxxviii ipsorum de supersedendo.

Item in eodem maiori consilio dicta die captum fuit et deliberatum, quod unus nobilis, bonus et legalis homo mittatur pro ambaxatore communis ad Mladenum, regratiando eum de bona voluntate, quam suis litteris ostendit hinc erga civitatem nostram Rangusium, et ad rogandum ipsum, quod sibi placeat taliter providere et ordinare, quod Gine de Caboga et aliis nostris fidelibus derubatis per illos de Martinich et de . . . . satisfiat de rebus eis ablatis. Et ad significandum ei, qualiter Vladimir de Pretez, Prodasse et Vitomir tamquam capitanei et cum hominibus de Tribina, Canale et Drasiuiza manu armata cum exercitu insultaverunt commitatum nostrum derubando homines nostre civitatis et districtus multis animalibus et aliis rebus, quod sibi placet taliter providere, quod nobis satisfiat de omnibus rebus nobis ablatis, et quod eidem presen(ten)tur de avere communis in rebus comestibilibus et aliis prout domino comiti placuerit usque xl sol. gross.

Vita de Babalio in minori consilio, sono campane more solito congregato electus fuit ambaxator ad predicta.

Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo tercio, indictione sexta, die xxv mensis septembris. Nos Lodoycus Maurocenus comes raugusinus cum voluntate nostri minoris, maioris ac generalis consilii et cum laudo (sic) populi sono campanarum more solito congregato, in platea communis statuimus et ordinamus, quod Parva uxor Junii de Pabora et filia condam Valli de Goze possit se et dotes suas obligare pro dicto suo marito Domenzeno Leonis, Petro Laudo et Katarene uxori olim Amiscade Triuisane et commissarie eius usque quantitatem ccclxx yp̄p̄ prout fuerit in concordia cum dictis creditoribus mariti sui, non obstante statuto communis posito sub rubrica: quod nulla mulier in potestate viri constituta possit se a quinque yp̄p̄ supra modo aliquo obligare.

Die xxviii mensis septembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xi consiliarii cum domino comite capta fuit pars nullo discrepante, quod ex parte domini comitis et communis raugusini scribantur littere Andree de Pesta precipiendo sibi, quod a die presentationis harum ad unum mensem subsequentem procuret et faciat ita et taliter, quod in manibus domini comitis dentur et numerentur in una parte pro Marte Pauli yp̄p̄ xv et gross. iiii, et in alia parte pro Criste de Bergo sol. xx gross., et in alia parte pro Michoj, filio Radomili et Guiano, fratre Bratusci sol. xli gross., et in alia parte pro Paulo, filio Andree piscatore sol. xxvi gross., quos eis ut gubbellotus (gabellotus?) mercati de Broscoa abstulit contra antiquas

consvetudines sub pena dupli omnium dictorum yp̄p̄ solvendorum communi raugusino de suo proprio. Et quod deinceps modo aliquo per se vel per alium audeat vel presumet facere vel fieri facere vel consentiat fieri, aliquam novitatem in dicto mercato alicui nostro fideli sub pena D yp̄p̄ pro quolibet et qualibet vice. Et si de dicto seu ultimo precepto sentiat se gravatum compareat coram nobis per se vel per sufficientem procuratorem obstensurum de gravamine suo infra dictum terminum.

Die xxx septembris. Misse fuerunt eidem Andree littere ex parte domini comitis et communis tenoris secundum dictam reformationem per Mergan Lazorauich[1]).

In dei nomine. Amen. Anno domini MCCCXXIII, indictione sexta, die XXVIII mensis septembris. Infrascripti sunt officiales electi per nobilem, potentem virum dominum Lodoycum Maurocenum honorabilem comitem rauguseum in secundo anno sui regiminis, quorum officium debet durare hinc ad unum annum proxime venturum.

Judices maioris curie: Marinus de Petrena, (die XI octubris, Michel de Sclaui), Junius de Volcasse, (die XI octubris, Nichifor de Rania), Blaxius de Caboga, Michel de Menze, Dobre de Sorco.

Consiliarii minoris consilii: Gregor de Menachi, Junius de Pecuraro, Marinus de Binzola, (Palma de Gambe, VIII januarii), Nicola de Gundola, Junius de Lucari, (die XXVIII februarii, Clime de Dersa, die XXIII aprilis, Marinus de Bono), Nichifor de Bodaza.

Advocati curie maioris: Simon de Recus, Johannes de Zilipa, Marinus de Petrena[2]), Margaritus de Crosio, Laurentius de Bubagna, Laurentius Legallo, (Niccholiza de Martinussio, die XIII junii).

Advocati communis: Stepan de Binzola, Johannes de Zelipa, Vitalis de Petrena, Michel de Sclaui.

Judices minoris curie: Sclaui de Rasti, Petrus Rubeus, Jacobus de Sumana.

Advocati curie minoris: Zaninus de Deudato, Pasqua de Binzola.

Doanerii doane maioris: Blaxius de Bodaza, (Marinus de Sorco, XIII junii), Junius de Menze, Micho de Dersa, (Marinus de Sclaui, XVII februarii),

---

[1]) Die XVI decembris. Andreas predictus comparuit et se presentavit coram domino comite offertus se defendere a predictis.

Die XXIIII decembris. Dominus comes cum voluntate sui minoris consilii, sono campane more solito congregato, precepit Andree de Pesta predicto, quod nullo modo vel ingenio debeat aliquid accipere vel consentire, quod accipiatur aliquibus mercatoribus raugusinis transeuntibus vel stantibus in Bresscoa contra antiquas cousvetudines vel aggravere aliquas de aliqua plazaria sub pena dupli tocius quod acciperit eis vel quod accipietur ab eis in dicto mercato. Et si aliquid ablatum est per ipsum vel socios suos, aliquibus Rauguseis contra antiquas consvetudines debeat eis restituere sub pena dupli.

[2]) In msc. deletum.

Vita de Sorco, (Nichifor de Rania, xiii novembris), Nichola, filius Marini de Chepa, scribanus.

Camarlingi: Domagna de Menze, Matheo de Petrena et Ghabriel de Gleda.

Justiciarii: Petrus de Mauressa, Marchus de Schimosiza, Nicchola de Babalio, Palma de Chisana, Marcolus de Scarich, (Petrus de Pecuraro, die iiii januarii).

Fondacari: Petrus de Menze, Thoma de Dersa, Clime de Gleda, (Marcus de Babalio, die xvi marcii).

Procuratores sancte Marie: Junius de Volcassa, (Junius de Gambe, die xi octubris), Pasqua de Menze, (Marinus de Uolzo, die xvii februarii), Marinus de Sorco, (Junius de Dersa, die xiii novembris, Stepe de Sorco, die xxiii januarii).

Passatores extra civitatem: Laurentius Vgalle, Niccholiza de Martinussio, Marinus de Spaualdo.

Passatores in civitate: Matheus Mangina, Junius de Zamagno.

Super pondus frumenti: Pasqua de Pesta, Petrus de Pecorero, (Junius de Zamano, die xxv octubris).

Super zecto cere: Dobre de Binzola, Dame de Bucinola.

Massarii super blana communis: Palma de Gambe, (Andrea de Palma de Zorco, die viiii januarii), Nichola de Petrena, Volc de Zigo.

Die xxvii marcii. Doanerii: (Die primo julii, Clime de Goze), Nicchola de Mathia de Menze, Dame de Bucinolo, Roderus de Bodaza et Jure de Caboga.

In minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt doanerii Petrus, filius Blaxii de Menze, scribanus eorum.

Die secundo aprilis. Giue de Georgii, Luce de Vitage, super zecto cere.

Die v augusti. Marcoliza de Zerena.

Consilium rogatorum: Symon de Benessa, Marinus de Petrena, Nicchola de Babalio, Marcus de Lucaro, Junius de Gambe, Stepe de Sorco, Johannes de Zilippa, Luce de Vitagna, Vitalis de Petrena, Petrus de Grubessa, Junius de Volcassa, Vole de Zigo, Michel de Binzola, Robertus de Bodaza, Stepan de Binzola, Petrus de Menze, Margaritus de Crosio, Dobre de Binzola, Laurentius Logallo, Blaxius de Bodaza, Junius de Menze, Petrus de Zeria, Nicchola de Petrena, Marinus de Bona, Simon de Recus, Marcolus de Tediusio, Laurentius de Bubagna, Matheus de Petrena, Sime de Benessa, Vita de Babalio, Marinus de Menze, Polus de Gundola, Marinus de Volco, Junius de Georgio, Andrea de Palma de Sorco, Nichifor de Rania, Michel de Sclaui, Junius de Dersa, Ghabriel de Gleda, Niccholiza de Martinusio, Marinus de Sorco, Marinus de Bona, Todorus de Bodaza, Andreas de Galozo.

Die ii mensis octubris. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxxv consiliarii capta fuit pars per lxxviii ipsorum, quod dominus comes tam presens

quam futurus cum suo minori consilio, hinc ad festum sancti Michaelis de septembris proxime venturum, habeat plenam, liberam, auctoritatem et baliam et potestatem providendi, ordinandi et emendi nomine communis frumentum totiens et quotiens sibi placuerit semel et pluries in Apulia et alibi, ubi sibi videbitur melius, pro communi, alte et basse, que sibi videbitur et constituendi et ordinandi unum et plures sindicos ad predicta facienda, ad obligandos homines et commune raugusinum pro adimplendis et observandis, promittendis per ipsum sindicum cartam et cartas stipulatas omnibus obligationibus, promissionibus, renuntiationibus, penarum adiectionibus et aliis quibuscumque clausuris opportunis faciendis et scriptis semel et pluries quomodo eis videbitur.

Item in dicto maiori consilio eodem die capta fuit pars per duas partes et plures, quod de introitu doane maioris, accipiat omni mense yp̄p̄ xx, qui converti debeant in constructionem turrium civitatis.

Item in dicto maiori consilio eodem die capta fuit pars per duas partes et plures, quod magister Domenicus cirologus assumetur ad salarium communis pro uno anno, et pro suo salario habeat a communi libr. iii gross. et teneatur medicare in omnibus et omnia ut tenetur magister Bonauentura.

Die ii octubris. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, capta fuit pars, quod illi iii Sclaui in carceribus occasione depredationis facte super comitatum Raugusii per Prodassam, Vladimir et V(i)tomir et homines de Canale, Tribigna, Drasiuica pro complacendo Mladeno v(o)ivode, qui nobis scripserit in eorum servitio, quod suo amore relaxarent, debeant relaxari.

Die iii octubris. Mathe de Vissi in minori consilio, sono campane more solito congregato, captum et fuit deliberatum, quod ipse sit scribanus . . . .

Die xi octubris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nemine discordante, quod eligantur duo portarii, unus ad portam de Pile et alius ad portam doane. Milze, olim preco ad portam doane, Sirach de Sirugha ad portam de Pile.

Die xii octubris. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discordante, quod occasione litterarum missarum pro parte domini regis domino comiti et communi raugusine inter cetera continentur, quod ipse scribit Prodasse et Vladimir, quod debeant nobis satisfacere vel facere satisfieri integraliter de rebus nobis ablatis super districtum nostrum per homines de Tribigna, Canale, Drasiuiza de mense julii proxime preterito, quod scribantur ex parte domini comitis raugusini littere dictis Prodasse et Vladimir, quod si eis placet debeant venire Raugusium ad tractandum et componendum se cum domino comite et commune raugusinum de dictis dampnis et derubationibus, quod si venire voluerint bene quidem, alioquin procedetur super predictis prout ipsis domino comiti et consilio placuerit.

Item eodem die in dicto consilio capta fuit pars, quod Vitomir

quantum est in sua persona propria possit venire, stare Raugusii tute et secure et deinde discedere ad sui beneplacitum.

Die xvi octubris. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discrepata (sic), quod galea communis, que nuper est in portu, que venit de Auallona, mittatur ad expensas communis raugusini ad persequendum unum lignum piratorum de Scicilia usque Meme, et si haberetur lignum, ipsum lignum imisse debeat eum sequi usque Istriam.

Die xvii octubris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discordante, quod ad presens eligantur xii scaraguardie, sex quorum custodiant una nocte et alii sex alia nocte, quorum officium duret hinc ad kal. januarii proxime venturas, et quod nullum habeant salarium a communi. Niccholiza de Martinusso, capitaneus, Paulus de Gundola, Nicchola de Potrena, Andreas de Galozo, Luce de Vitagna, Poue de Chatena, Nicchola de Goze, capitaneus, Ghabriel de Gleda, Luce de Marco de Lucaro, Dobre de Binzola, Micho de Binzola, Vale de Volco.

Die xviii mensis octubris. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod pro complito solutionis tributi, quod dominus rex Rascie debet recipere in festo sancti Dimitri proxime venturo fiat unum inpromptu de dccc yp̄p̄, cl hominibus et mutuantibus dictos yp̄p̄, pro eorum pignore sit eis obligata tercia pars introytus doane, donec eis fuerit satisfactum de dictis dccc yp̄p̄.

Die predicta. In minori consilio, sono (campane) more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod eligantur v boni homines, qui debeant invenire dictos cl homines et eis imponere dictos dccc yp̄p̄, prout eis placuerit. Laurencius de Bubana, Johannes de Zilipa, Marinus de Menze, Paulus de Gundola, Rhoderus de Bodaza, in dicto minori consilio electi fuerunt inpositores dicti inpronti.

Die xviii octubris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars, quod ex parte domini comitis et sui minoris consilii scribantur littere Junio de Georgio, precipiendo sibi, quod, pena ad voluntatem domini comitis, modo aliquo vel ingenio audeat vel presumet vendere, alienare, obligare, vel inpignorare de bonis que expectant Jacobo, filio Grube cuius est tutor positus in Cataro et eius districtu, videlicet de bonis que fuerunt Draghi de Thoma, avi dicti Jacobi; et hec ad petitionem uxoris Marini Simonis de Binzola.

Die xxv octubris. Palmeri de Juda in minori consilio, more solito congregato, factus fuit scribanus in barcusio Pale, filii Francisci specialis.

Dicta die. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod Bulca, filia de Cranen et uxor

condam Vollichine debeat habere et recipere super bonis dicti sui viri omni mense gross. xv donec pariet, et cum pepererit omni mense gross. xviii, pro suis alimentis.

Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo tercio, indictione sexta. Die xxvi octubris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, facta et reddita fuit ratio per Junium de Volcasso, Ghabriel de Gleda et Sime de Benessa procuratoribus sancte Marie de introitu dicte opere (sic) in anno proxime preterito et de expensis per eos factis in dicto anno. Reperitur, quod in dicta opere remanet emersis omnibus expensis dicti anni yp̃p̃ ccccLxv, tam in denariis, quam in debitis.

Die xxiiii octubris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum nullo discrepante, quod cum commune Catarari (sic) teneatur et debeat dare et solvere communi nostro raugusino ad dictum terminum iam elapsum yp̃p̃ ducentos vi(gin)tiquinque, ut continetur (in) publico instrumento scripto manu Petri Viti publici terre Baroli notarii, et pro ipsis yp̃p̃ petendis et retinendis missus fuit Captarum Domagna de Menze sindicum (sic) et procurator nostri communis, de quibus nullam solutionem habere potuit; quod ex parte domini comitis et communis raugusini scribantur littere dicto communi de Cataro, quod a die presentationis harum ad viii dies, debeant nobis mittere Raugusium dictam pecuniam ad eorum russchium et fortunam, alioquin procedetur contra ipsum commune et homines eius prout nobis videbitur esse justum.

Die xxviiii octubris. Que littere destinate fuerunt per Gradessa bastasium, qui Gradessa retulit suo sacramento domino comiti et sue curie se dictas litteras presentasse judicibus dicte terre de Cataro die xvi octubris in presentia Marini de Binzola et Junii de Lucaro et Cerpe de Bucha.

Die xxx octubris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discrepante, quod preconizetur per civitatem, quod omnes qui habent de frumento communis, debeant illud solvere massariis communis, hinc per medium mensem novembris proxime venturum, sub pena unius grossi, pro quolibet stario, quod quilibet habet solvere et non solvitur.

Die xxxi octubris. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, capta fuit pars, quod dominus comes cum suo minori consilio possint dare et concedere licentiam et securitatem illis de Canale, Tribigne et Drasiuiza posse tute et secure venire et stare in avere et persona Raugusii et deinde discedere ad concordandum se cum hominibus Raugusii per dampnum per eos hominibus de Raugusio illatum, qui, si concordare poterunt bene quidem, alioquin nichilominus possint reverti domum eorum; et contradictio facta eis de non veniendo Raugusium sit firma.

Dicta die. Petrus de Luciano in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus in barcusio Biduyni de Crosio.

Frane de Merizacha in dicto minori consilio eodem die factus fuit scribanus in condura Clime de Thomaxino.

Antonius de Marin in dicto minori consilio eodem die factus fuit scribanus in condura Georgoli Caroso de Raugusio.

Die ii mensis novembris. Junius Baranino in minori consilio, sono campane more solito congregato, electus fuit comes ysularum et incipit servire die quinto mensis huius.

Item in dicto minori consilio, dicta die capta fuit pars nullo discordante, quod tota calcina, que nuper est ad ripam maris in Jupana, omnes homines medietatis ysule de Jupana, videlicet illi ex parte levantis, teneantur eam suis expensis portare super montem ubi hedificatur ecclesia monasterii de Peclina, pena ad voluntatem domini comitis.

Die viiii novembris. Item in dicto minori consilio, dicta die, captum fuit et deliberatum, quod ad presens per massarios communis deputatos super frumento, dividantur ad presens starii mm frumenti, videlicet mille quingenti in civitate et quingenti per districtum ad rationem gross. xvi pro quolibet stario, termino ad solvendum hinc ad kal. januarii proximo; non dando alicui civi plus vii stariis et minus uno stario, et illis de districtu plus iii stariis et minus uno.

Die xiii novembris. Thoma de Dersa in minori consilio, sono campane more solito congregato, electus fuit coiuator comiti Breni.

Item eodem die in dicto minori consilio captum fuit et deliberatum, quod occasione quarumdam novarum, que parantur venire super comitatu Raugusii, quod obligantur cl homines de civitate, qui stent et sint parati ad mandatum domini comitis trahere et ire, ubi eis preceptum fuerit, et quando eis preceptum fuerit; quibus detur unus bonus et sufficiens homo pro capitaneo. Marcolus de Scarich electus fuit capitaneus doctorum cl hominum.

Die xvi novembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discordante, quod Jure de Rania ad sui beneplacitum possit extrahere de civitate starios cc de ordeo et ipsum navigare ubicumque sibi placuerit, solvendo communi pro quolibet stario gross. ii tam si extraxerit, quam si non, hinc ad carnaleuale proximum et hoc de voluntate dicti Jure.

Die xxv novembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discrepante, quod eligantur duo boni homines pro custodibus, qui custodire teneantur et debeant omni die usque tercium sonum campane custodire portum civitatis ne frumentum extrahatur de civitate sine bulla cum aliqua barcha per mare; et unusquisque habeat pro suo salario hinc ad kal. januarii proximas gross. xx et medietatem bani et blaue quam ceperit.

Pretico et Marinus de Terpe fuerunt electi custodes super predictis[1]).

Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo tercio, indictione sexta, die xxvi mensis novembris. Hec est inpositio facta de dccc yp̄p̄, cl personis pro complimento solutionis tributi domini regis, facta tempore domini Lodoyci Mauroceni comiti(s) raugusini per Laurentium de Bubagna, Johannem de Zilipa, Marinum de Mathia de Menze, Polum de Gundola et Toderum de Bodaza electos ad dictam impositionem faciendam, pro quibus dccc yp̄p̄ est eis obligata tercia pars doane maioris, cuius imposite tenor talis est: Uxor Gheruasi de Folo yp̄p̄ iii, Marinus de Vilan yp̄p̄ ii, Marinus de Petrena yp̄p̄ v, Piero de Zauernicho yp̄p̄ iii, Pasquali de Pecuraro yp̄p̄ iiii, uxor Nicchole de Menze yp̄p̄ iii, Dime de Menze yp̄p̄ vi, Marinus de Junio de Bona yp̄p̄ xii, Cherue de Bona yp̄p̄ x, Nichola de Gundola yp̄p̄ xl, Blaxio de Bodaza yp̄p̄ xviii, Andrea de Pasta yp̄p̄ xii, Jacobe de Sorco yp̄p̄ xxv, Margarite de Crosi yp̄p̄ ii, Vali de Gundola yp̄p̄ ii, Sime de Grade yp̄p̄ v, Blaxio de Caboga yp̄p̄ v, Pasque de Rasti yp̄p̄ ii, Matheo Tragurin yp̄p̄ iii, Nichfor de Rania yp̄p̄ v, Marin de Luca de Bona yp̄p̄ vi, Nichfor de Bodaza yp̄p̄ iii, Dobre de Sorce yp̄p̄ iii, Sime de Marcus yp̄p̄ ii, Marin de Pesta yp̄p̄ xii, Marin de Volze yp̄p̄ xii, Marin de Vezian yp̄p̄ ii, Dame de Bucinolo yp̄p̄ iiii, uxor Marini de Bucinolo yp̄p̄ ii, Georgii de Contoranin yp̄p̄ iiii, Felize de Junio de Felize yp̄p̄ vii, Marcho de Lucaro yp̄p̄ xxv, Frane de Tediusio yp̄p̄ ii, Mathie de Georgii yp̄p̄ xvi, uxor Marin de Vitagna yp̄p̄ ii, Felis de Mathia de Felix yp̄p̄ ii, Muliza de Desimir yp̄p̄ ii, Zure de Rania yp̄p̄ ii, Guno de Dersa yp̄p̄ ii, Poue de Cathena yp̄p̄ iii, Genetan de Grauosa yp̄p̄ ii, Piciniche de Dricas yp̄p̄ viii, Saue de Bonda yp̄p̄ ii, Marin de Getaldo yp̄p̄ ii, Micho de Masscana yp̄p̄ iii, Franze de Basel yp̄p̄ viii, Junio de Pecuraro yp̄p̄ iiii, Piero de Ganguli yp̄p̄ iiii, Stepe de Sauina yp̄p̄ ii, Miche de Binzola yp̄p̄ v, Palmier de Juda yp̄p̄ ii, Laurenzo de Bubana yp̄p̄ iiii, Palma de Zauleco yp̄p̄ ii, Prode de Bisica yp̄p̄ iii, Zanni de Zilipa yp̄p̄ ii, Andreas de Galoze yp̄p̄ ii, Marcolo de Tediusio yp̄p̄ xii, Thoma de Thoma yp̄p̄ xviii, Cripe de Bucha yp̄p̄ x, Micho de Dersa yp̄p̄ iii, uxor Piere de Georgii yp̄p̄ ii, Zure de Caboga yp̄p̄ vi, Andrea de Grede yp̄p̄ ii, Junio de Volcasso yp̄p̄ xv, Nicchola de Petrena yp̄p̄ ii, Margarito de Poza yp̄p̄ iii Dobre de Binzola yp̄p̄ iii, uxor Clime de Sorente yp̄p̄ ii, Luce de Scarich yp̄p̄ iii, Blaxio de Siracha yp̄p̄ ii, Andrea de Pabora yp̄p̄ iii, Giue de Goze yp̄p̄ v, Marin de Binzola yp̄p̄ x, Clime de Dersa yp̄p̄ x, Pole de Martinusso yp̄p̄ ii, Palme de Grade yp̄p̄ viii, Piero de Zeria yp̄p̄ ii, Marcoliza de Zerena yp̄p̄ vi, Proculo de Casalca yp̄p̄ ii, Vita de Dricax yp̄p̄ ii, Nicchola de Cleziche yp̄p̄ iii, Georgii de Gostiua yp̄p̄ ii, Angelo de Letiza yp̄p̄ v, Georgii de Palmota yp̄p̄ ii, Vratusclauo de Vsina yp̄p̄ ii, Desina de Nichola Grece yp̄p̄ ii, Marin de Naugne yp̄p̄ ii, Vital de Petrena yp̄p̄ iiii, Junio de Gambe yp̄p̄ viii, Grube de Zare yp̄p̄ ii, Piero de Ribiza yp̄p̄ ii, Mildruco de Carboze yp̄p̄ v, Bratis, qui stat prope de

---

[1]) Die xxxi decembris. Preticus predictus confirmatus fuit in dicto officio hinc per totum mensem januarium unacum Marino de Tripe.

Mildruco yp̄p̄ II, Zani de Rachita yp̄p̄ II, Drasco Mecatanto yp̄p̄ II, Drasen de Canal yp̄p̄ X, Milgost Mamune yp̄p̄ II, Domagna Labro yp̄p̄ V, Stepe de Siluestro yp̄p̄ II, Andrea de Nichola de Sorce yp̄p̄ VIII, Sanin de Poza yp̄p̄ II Sime de Benessa yp̄p̄ V, Clime de Thomasin yp̄p̄ II, Stoian de Zerep yp̄p̄ II, Cranisclauo de Sprizica yp̄p̄ II, Ghabriel de Garda yp̄p̄ II, Paule de Gundola yp̄p̄ XXX, Guno de Menze yp̄p̄ XXV, Michel de Menze yp̄p̄ XVI, Nale de Zerena yp̄p̄ X, Vita de Sorco yp̄p̄ XV, Giuno de Georgio yp̄p̄ XVIII, Dobrauze de Georgii yp̄p̄ II, uxor Ganne de Georgio yp̄p̄ II, Marin de Menze yp̄p̄ V, Nicchola de Pobrata yp̄p̄ II, Petra de la Vugara yp̄p̄ II, Blaxio de Bosa xp̄p̄ XII, Radosclauo de Glauato yp̄p̄ II, Giue de Sorento yp̄p̄ X, Michel de Sclaui yp̄p̄ II, Mauressa de Chuas yp̄p̄ II, Bococta dela Ponta yp̄p̄ II, Nichola de Boris yp̄p̄ II, Andrea Delmuto yp̄p̄ II, Lampre de Marin de Menze yp̄p̄ II, Felis de Marin de Massi yp̄p̄ II, Sclaui Verchen yp̄p̄ II, Desina de Volass yp̄p̄ III, Stana de Cria..s yp̄p̄ III, uxor de Marin de la Lassa yp̄p̄ V, uxor Nichole de Pobrata yp̄p̄ III, uxor Petre de Samza yp̄p̄ II, Georgii de Georgii yp̄p̄ II uxor Nicchole de Benessa yp̄p̄ III, uxor Sauini de Ciona yp̄p̄ II, Marin de Nichsa yp̄p̄ IIII, Marin Meno de Mildruc yp̄p̄ II, uxor Dimitri de Sorce yp̄p̄ II, uxor Micha de Balsa yp̄p̄ III, Petrena de Ylia de Bonda yp̄p̄ II. filii Martin de Medenich yp̄p̄ II, uxor Manni de Tediusio yp̄p̄ II, Jache de Toma yp̄p̄ III, Radosclauo de Rissa yp̄p̄ II, Bogoc de Cosalzc yp̄p̄ II, Marin Larsana yp̄p̄ II, Simon de Benessa yp̄p̄ II, uxor Marin de Goze yp̄p̄ VI.

DIE XXVIIII NOVEMBRIS. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discrepante, quod per commune vendatur Sclauis de frumento communis extra portam doane ad rationem gross. XVIII pro quolibet stario.

Item in dicto minori consilio eodem die captum fuit et deliberatum, q·od ad presens per massarios communis deputatos super blava dividantur starii MM frumenti, videlicet mille quingenti in civitate et quingenti in districtu ad rationem gross. XVII pro quolibet stario ad terminum IIII mensium.

DIE XXX NOVEMBRIS. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discordante, quod ad peticionem Stipe de Sorco et Sauini de Bonda, eligatur unus nobilis homo in ambaxatura iturus Durachium ad requirendum commune et homines de Durachio, quod satisfaciant dictis Stephano de Sauino de dampno per eos ipsos sibi illato secundum consvetudinem civitatis, et si quis alius dampnificatus voluerit, quod petatur satisfactionem suam per dictum ambaxatorem, debeat solvere partem sibi contingentem pro rata de expensis.

Petrus de Grubessa fuit electus ambaxator.

DIE XXX NOVEMBRIS. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod illi quatuor officiales qui erant deputati ad portas accipiendum arma, videlicet ad quamlibet portam duo, sint cassi, vanni et ab hodie in antea non lucrent soldum,

dummodo alii portarii veteres teneantur accipere arma omnium forestariorum seu Sclauorum qui venerint in Raugusium cum armis.

Die v decembris. Petrus de Dabro in minori consilio, sono campane more solito congregato, Petri de Dabro, factus fuit scribanus in barcusio Junii de Georgio super quo est superpositus Bocdasse de Raugusio, vocatus: sanctus Franciscus.

Dicta die. In consilio rogatorum more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod nullus Rauguseus, vel qui pro Raguseo distinguitur audeat vel presumet modo aliquo vel ingenio portare seu mittere aliquas mercationes Durachium donec Marinus de Grubessa, qui mittitur illic pro ambaxatore communis pro satisfactione petenda dampni illati per commune et homines dicte civitatis, hominibus de Raugusio, reddierit Raugusium, pena ad voluntatem domini comitis. Banitum fuit per Petrum preconem communis.

Die xii decembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discrepante, quod becharia possit ve(n)dere carnes pro illo precio quo nunc ve(n)dunt usque carnalevale proximum. Banitum per Petrum.

Die xviii decembris. Mathe de Visi (in) minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus in condura Pasque de Bonda, vocata sanctus . . .

Die xviii mensis decembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, nullo discrepante, quod quelibet persona tam civis quam foresterius possit vendere formadeum cuiuscumque conditionis fol. i pro qualibet libra plus quam contineatur in statutis, hinc ad carnisprivium proxime venturum. Banitum fuit per Petrum.

Die xxiii decembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod ad hoc, ut deus custodiat civitatem Raugusium et cives eiusdem ab omni malo et eam in bono et pacifico statu conservet, captum fuit et deliberatum, quod de avere communis pro elemosina dentur in isto festo nativitatis domini fratribus minoribus yp̄p̄ quinque et fratribus Predicatoribus alios quinque yp̄p̄, monasterio pulcellarum yp̄p̄ duo, domino episcopo de Margana yp̄p̄ ii et cuilibet monasterio mon(i)alium de civitate yp̄p̄ i, excepto monasterio s. Petri minoris, cui non detur nisi grossi vi.

Die xxviii decembris. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt ci consiliarii, posite fuerunt due partes, una de salariando magistrum Johannem de Parma physicum pro uno anno cum salario x libr. gross. et pro domo sue habitationis sol. xx gross., et capta fuit pars per xlviii ipsorum de non salariando eum.

In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod de avere communis presententur magistro Johanni de Parma, qui amore communis venit ad curandum Nicholam de Gundola, de infirmitate sua yp̄p̄i x.

De xxviii decembris. In minori consilio, sono campaue more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod scribantur littere preceptorie Menze de Menze, Marino de Sibinico, Cranoe de Cranoe de Tragurio et omnibus aliis mercatoribus de Raugusio, commorantibus in Rudinico, quod a die presentationis harum ad xv dies subsequentes, quilibet eorum debeat solvere avariam sibi inportandam de libr. vii libr. donatis regi Vladisclauo de eorum voluntate, sub pena dupli. Et si sentirent se gravatos et crederent habere iustam et rationabilem causam quare non debeant solvere, non incurrant dictam penam. Et si dixerint habere iustam et rationabilem causam de non solvendo et non reperietur sicut usque nunc, incurrant dictam penam. Et si dictus Cranoe noluerit solvere, non habeatur vel tractetur in aliqua parte pro cive.

Die xxx decembris. Misse fuerunt dicte littere per Sarre de Juancho secundum formam dicti consilii[1]).

Die xxxi decembris. In minori consilio, sono campane more congregato, captum fuit et deliberatum nullo discordante, excepto Nicchola de Gundola, qui non interfuit dicto consilio, quod cum ad presens archiepiscopatus raugusinus vacat archiepiscopo per mortem venerabilis patris et domini, domini fratris Laurencii, dei gratia olim archiepiscopi raugusini, quod pro conservatione rerum dicti archiepiscopatus, jurium et reddituum ipsius et pro comodo et utilitate ecclesie raugusine cathedralis, eligantur iii procuratores, qui tenentur et debeant bona, redditus et proventus dicti archiepiscopatus salvare et custodire bona fide sine fraude, una cum aliis tribus procuratoribus eligendis per canonicos dicte ecclesie.

Marcus de Lucaro[2]), Michel de Menze, Polus de Gundola, electi fuerunt procuratores predicti.

Dicta die. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discordante, quod mittatur unus nobilis homo pro ambaxatore secundum statutum ad filios Braniuoj, ad petendum et exigendum ceram ablatam per eos Menze de Menze, et ad faciendum relaxari quemdam de Raugusio, qui conducebat dictam ceram.

Gregor de Monachis, fuit electus ambaxator.

---

[1]) Sequitur in msc. Die xxx januarii (1324). In minori consilio, sono campane more solito congregato, facta fuit gratia Antonio Tintori de Anchona habitatori Raugusii, posse extrahere de civitatis Raugusii starios ccc ordei et ipsum navigare per mare ubi sibi placuerit, excepto ad Catarum et Narentam, solvendo communi gross. ii pro quolibet stario, hinc ad duos (menses) protrahendo.

[2]) „Marcus de Lucaro“, deletum in msc. atque adnotatum: „Die ii aprilis, Marinus de Binzola“.

VIII. Anno 1324.

Die IIII mensis januarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod eligantur XII scara guardie, quorum sex custodiant cum uno capitaneo una nocte, et alii sex altera nocte, sine aliquo salario; quorum officium duret hinc per totum mensem marcii proxime venturum: Petrus de Grubessa, capitaneus, Giue de Ualli de Goze, Marcoliza de Zerena, Luca de Stepan de Binzola, Marinus de Volze, Nichola Laurenci de Menze, Piero de Paza, Ghabriel de Gleda, Nichola de Posestra. — Frane de Tediusio, capitaneus, Domagna de Menze, Piero de Poza, Marino de Lucar de Bona, Ghoie de Petrena, Proculo de Menze, Marino de Uolzo, Saue de Bonda, capitaneus, Visti de Junio de Bonda.

Die quinto mensis januarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXXV consiliarii, posite fuerunt due partes, una de salariando magistrum Johannem de Anterminellis de Luca physicum ad salarium communis et alia de non. Et capta fuit pars per LXXI ipsorum de eligendo et salariando eum in medico et pro medico communis.

Item in dicto maiori consilio, capta fuit pars, quod dictus magister Johannes eligatur pro duobus annis, incoandis prima die qua applicuerit Raugusium, cum salario XX libr. gross. in anno, et domum decentem pro sua et sue familie habitationem, qui teneatur (medicare) sine aliquo salario dominum comitem et eius familiam, dominum archiepiscopum et eius familiam, fratres minores et Predicatores et omnes religiosos et religiosas et omnes salariatos communis et eorum familias et generaliter omnes homines civitatis et districtus Raugusii, ab aliis vero possit sibi satisfieri.

Die VI januarii. Jone de Bocdaniza, in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus super condura Angeli de Lutiza, vocata sanctus Nicholaus.

Marinus de Siracha in dicto minori consilio, factus fuit scribanus in condura Scoze de Gaioppa, vocata sancta Maria.

Mathe, filius Scoze in dicto minori consilio, factus fuit scribanus super condura Cranisclaui de Toderelle, vocata sancta (sic) Andrea.

Die X mensis januarii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt XLIIII consiliarii, posite fuerunt due partes, una de vocando Raugusium omnes mercatores de Raugusio, qui sunt in Narento, quod debeant discedere inde cum mercationibus eorum et venire Raugusium a die presentationis littterarum eis pro parte domini comitis et nostrum missarum ad unum mensem subsequentem, pena ad voluntatem domini comitis, et alia de non. Et capta fuit pars per XXVIII ipsorum, quod dicti mercatores debeant vocari Raugusium modo predicto.

Dicta die. Misse fuerunt dicte littere secundum formam dicte reformationis ipsis mercatoribus per Bocdan bastasius (sic).

Die xiiii januarii. Bocdan bastasius cursor predictus retulit, suo sacramento, se dictus litteras litteras presentasse mercatoribus rauguseis, existentibus in (N)arento die xii januarii, qui reddiderunt, ut in litteris hic appositis continetur.

Die xvii januarii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt cii consiliarii, captum fuit et deliberatum, per lxxxv ipsorum consili(ari)orum, quod litteris nobis missis ex parte domini regis, continentibus inter cetera, quod Menze de Menze, de nostro consensu et voluntate intravit tu(r)rim seu fortalitiam de Ostrauicha, et quod eidem scribere et precipere deberemus eidem Menze, quod reddere debeat ipso domino regi dictam turrim seu fortalitiam vel exire de ea secure, alioquin nostros mercatores, qui in suo regno sunt vocaretur Raugusium. Respondentur cum illis verbis placidis et dulcibus verbis, que viderint convenire cum tota veritate, quod nunquam de nostri consensu vel voluntate dictus Menze intravit vel tenet dictam turrim vel fortaliziam, set oppinamus, quod si in ipsam intravit vel est, intravit eam causa conservandi se et suas mercationes et non causa bellandi vel capiendi dictam turrim, et quod, quam plures maiores de Sclauonia sunt in dicta turri, ita quod de ipsa velle suum facere non potest, et exiret de ea, timeret mori, qua de causa habeat nos legitime excusatos. Et quod mercatores nostros, qui sunt in suo regno et in posterum deo dante accedent, quos super eum et . . . suam et regnaminis recepit et retinet tamquam fidelissimos sue maiestatis habeat recomendatos tamquam inocentes et non culpabiles de predictis, dando sibi intendere, quod suo loco et tempore nostros sibi mittemus ambaxatores super predictis ad ipsum videndum et honorandum ut decet, et ita mittantur suo loco et tempore.

Die xxi januarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, facta fuit gratia Micho de Dersa, posse extrahere de civitate Raugusii ducentos starios de frumento communis, et ipsum navigare versus partes de Romania, ubi sibi placuerit solvendo communi pro unoquoque stario gross. xviii venet. hinc ad duos menses et de hoc dare debeat securitatem de solvendum precium dictorum cc stariorum frumenti ad dictum terminum.

Bone de Gundola est plaz et pagator pro dicto Micho.

Item in dicto minori consilio, captum fuit et deliberatum, quod pariscalmus communis armetur de xxviii hominibus, qui vada(n)t usque Buduam, ad inveniendum quodam batellum armatum, qui dicitur esse in dictis aquis, quem si invenerint debeant eum cum gente, quem invenient super eo ducere Raugusium amore si voluerint, qui si venire nolent amore, ducant eos vi, et unusquisque dictorum xxviii hominum, excepto capitaneo ipsorum, habeat omni die a communi, de quanto steterint gross, unum et bisscotum.

Die xxiii mensis januarii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discordante, quod quam citius fieri potest armentur ambe galie communis et mittantur usque Durachium, et a Durachio usque Sasenum, si usque Sasenum videbitur domino comiti et suo minori consilio ad prosequendum quodam lignum piratarum, quod intravit culfum et quod dicitur visum fuisse apud sanctam Nastasiam Alirodani, et quo(d)libet aliud lignum cursariorum, quod intrasset culfum cum illa commissione que domino comiti et suo minori consilio placuerit.

Item capta fuit pars in eodem consilio, quod quicumque fuerit electus capitaneus dictarum galearum non possit se defendere quin vadat super dictis galeis occasione alicuius infirmitatis, si vadit per plateam, et si ille qui fuerit electus pro capitaneo haberet aliquod officium non admittat eum set in suo reditu sit in eodem officio.

Item in eodem consilio, capta fuit pars, quod capitaneus dictarum galearum habeat pro salario pro unaquaque die qua stetit gross. viii et panem, et pro quolibet comite gross. iiii et panem, et pro quolibet nauclerio gross. ii et panem pro qualibet die de quanto steterint te quilibet galeatus fol. xxiiii et panem pro quolibet et qualibet die.

Eadem die. In minori consilio, more solito congregato, capta fuit pars, quod pro unaquaque galea eligatur unus commitus et viii noclerii.

Petrus de Grubessa fuit electus capitaneus.

Polus de Nicholiza de Martinusso fuit electus commitus unius galee.

Dobre de Binzola fuit electus commitus alterius galee.

Item in dicto minori consilio, capta fuit pars, quod dictus capitaneus et commiti eligant illos xii noclerios quos eis videbitur, et massarios, scribanos, marangones et callafatos quos eis placuerit.

Item in dicto minori consilio, captum fuit et deliberatum, quod eligantur iii nobiles homines de civitate, qui scribere debeant per astariam lxx homines, qui teneantur ire super dictis galeis, et alii tres qui eligant per ysulas cxxx homines, qui ire teneantur super dictis galeis

Thoma de Dersa, Nicholiza de Martinusso, Rosinus de Babalio, electi fuerunt ad scribendum et inveniendum illos de astaria.

Luce de Vitagna, Nichola de Petrena et Micho de Binzola, electi fuerunt ad inveniendum et scribendum illos de ysulis.

Die xxvi januarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discrepante, quod ad presens detur capitaneo dictarum galearum yp̄p̄ iiii et yp̄p̄ ii pro quolibet commito et yp̄p̄ i pro quolibet noclerio et yp̄p̄ i pro quolibet masso et gross. vi pro quolibet galeato.

Item in eodem minori consilio, captum fuit et deliberatum, quod de bisscocto communis Venetiarum pro dicta armata accipiatur miliaria viii, videlicet miliaria iiii pro qualibet galea.

Die xxvi januarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod pro solvenda dicta pecunia

predictis personis accipiatur mutuum de pecunia massarie frumenti sol. cc gross.

Item in eodem minori consilio, dicta die, captum fuit et deliberatum, quod illi quibus placuerit domino comiti et suo dicto consilio, quod ponent mercatores super dictis galeis, teneantur solvere pro naulo pro qualibet petia drappi gross. III et pro qualibet petia fustani medium gross.

Item in eodem minori consilio, captum fuit et deliberatum, quod committatur capitaneus dictarum galearum, quod si invenerit aliquos cursarios qui intulissent vel fecisse(n)t aliquod dampnum alicui seu aliquibus fidelibus domini ducis et communis Venetiarum, faciat de ipsis tamquam de piratis et rubatoribus maris. Et si invenerit aliquod lignum piratorum, quod non fecisset aliquod dampnum aliquibus fidelibus domini ducis et communis Venetiarum, debeat eum capere cum tota zurma, amore si poterit, et si amore non poterit capiat ipsum et ipsos vi, conducat eos Raugusium.

Item in dicto minori consilio, captum fuit et deliberatum, quod committatur eidem capitaneo, quod debeat ire usque Durachium; et cum fuerit Durachio si habuerit bonum tempus vel si habuerit nova alicuius ligni piratorum debeat ire semper cum salvamento usque Auallonam, et de eundo a Durachio usque Auallonam remaneat, et sit in providentia dicti capitanei.

Die XXVI januarii. In minori consilio, sono campane more (solito) congregato, captum fuit et deliberatum, quod ex parte domini comitis et communis raugusini scribantur littere capitaneo, consilio et communi civitatis Durachii, rogando et requirendo eos, quod a die presentationis eorum ad unum mensem subsequentem, debeant satisfacere nobis de dampnis fidelibus nostris illatis per eos, quod si fecerint bene quidem, alias elapso termino providetur super indempne fideli(b)us nostrorum prout nobis videbitur esse iustum.

Item in eodem minori consilio, ser. Ylia de Bonda factus fuit salinarius de uno miliari salis comercli per Junium de Volcasso, et Margaritus de Crosio est plaz et pagator pro dicto ser Ylia. Qui ser Ylia vult et consentit, quod dictum miliare salis ve(n)datur nomine dicti Margariti et per eum ponatur unus venditor, qui recolligat denarios qui percipientur ex dicto miliari salis; et si aliquod lucri fuerit sit dicti ser Ylie.

Die XXVIIII januarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum nemine discrepante, quod galea communis debeat reactari omni opere oportuno.

Georgii de Gostiua et Poue de Catena[1]) fuerunt electi operarii ad predicta.

Die XXVIIII januarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum nemine discrepante, quod ad presens detineatur in carceribus filius Posnani donec aliud deliberabitur.

---

[1]) Deletum in msc. et adnotatum: Die XXVI marcii. Dobre de Binzola.

Item in eodem consilio, captum fuit et deliberatum, quod detur unus adiuvator comiti Breni et Juncheti et pro qualibet die habeat gross. II donec domino comiti et suo minori consilio placuerit.

Die IIII mensis februarii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod iudex Posman et illi de domo sua et omnes illi de Canale possint tute et secure venire, stare et reddire in civitatem Raugusium et suo districtu in avere et persona hinc ad pasca resurectionis domini proxime venturum, non obstante reformatione facta in consilio rogatorum die XIII septembris proxime preteriti, remanentibus semper blaua et rebus eorum sequestratis sicud ad presens sunt.

Die XXVIII januarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, facta et reddita (est) ratio per Palmam de Gambe et Blaxium de Bodaza olim massarios communis de tota blaua, que ad eorum manus pervenit toto tempore eorum officii et de expensis per eos factis toto dicto tempore.

Dederunt et asssignaverunt Andree de Sorco, Nicchole de Petrena et Vole de Uolzo novis massariis inprimis yp̄p̄ . . . octigentos XXXII.

Item dederunt et assignaverunt dictis novis massariis frumenti star. octo mille CCCCLXXIII.

Item dederunt et assignaverunt eidem . . . star. LV ordei.

Die VIIII februarii. Rossinus de Babalio in minori consilio, more solito congregato, factus fuit scribanus in corrida Francisci de Tediusio de Raugusio, vocata sancta Maria.

Die X februarii. Sauinus de Pante in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus super condura Petri de Lungara, vocata sancta Maria.

Pasqua, filius condam Marcoli de Sesa, in dicto minori consilio, factus fuit scribanus super condura Marini de Gilio, vocata sanctus . . . .

Dicta die. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod pro quolibet massario mara(n)gono et calafato detur gross. II pro quolibet et qualibet die et presbitero qui iverit super dictis galeis yp̄p̄ II et insuper habeat a quolibet galeato et marinario dictarum galearum fol. III.

Item in dicto minori consilio, captum fuit et deliberatum, quod de avere communis dentur yp̄p̄ IIII pro expensis quas fecit presbitero et Martino preconi et medico.

Item captum fuit et deliberatum in minori consilio, quod de avere communis dentur acculario yp̄p̄ I.

Die X februarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod uxor Marini de Gogel de voluntate dicti sui viri possit ve(n)dere et alienare portionem suam positam in Grauosio pro meliori pretio, quam exinde percipere poterit.

Die dominico xii mensis februarii. De mandato domini comitis et i minori consilio per Petrum preconem communis incantata fuit ribus diebus per civitatem gabella pescarie, et quia non inveniebatur i plus vellet dare, data et deliberata fuit in publica concione sono mpane more solito congregata in platea communis Laurenzo de Menze Gallo pro yperperis quinquaginta quinque ỹp̃ pro uno anno proximo; i annus incipit cras die xiii februarii. Qui Laurencius tenetur solvere ctam ghabellam omni mense sicut contingerit pro rata, prout solverunt terii (sic) gabellotes cum pactis et conditionibus consuetis.

Matheus Mangina et Michel de Menze sunt proprii plezi et pagatos pro dicto Laurenzo[1]).

Die dominico xii februarii. In minori consilio, sono campane ore solito congregato, captum fuit et deliberatum nullo discordante, uod Ostoia de Gorgnel possit et valeat tute et secure in avere et pera venire, stare et redire in civitate Ragusii et suo districtu, hinc l diem mercurii proximum pro tota die. Et quod nulla persona audeat l presumat modo aliquo vel ingenio eum offendere in avere vel perna sub pena a ỹp̃ pro quolibet contrafaciente.

Die xvi februarii. In minori consilio, sono campane more so-o congregato, pro bono et au(g)mento civitatis Ragusii Georgius de herde de Antibaro factus fuit civis civitatis Ragusii, qui iuravit ad ncta dei evangelia, corporaliliter tactis scripturis esse perpetualiter delem domini ducis et communis Venetiarum, et domini comitis Rausini et communis ragusini et facere omnes factiones reales et persoales civitatis Ragusii sicud alii cives faciunt.

Die xvi februarii. In minori consilio, sono campane more soto congregato, captum fuit et deliberatum, quod ad presens dividantur er massarios frumenti starii mille quingenti ad rationem gross. xvi ad rminum.

Die mercurii xxii februarii. In consilio rogatorum, sono camane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxvi onsiliarii captum fuit et deliberatum, per xxxv ipsorum, quod litteris issis communi Ragusii per dominum regem Vrossium continentibus, uod deberemus scribere et precipere Menze de Menze, quem dicit esse castro de Ostrauiza, debeat ipsum reddere domino regi, alioquin voceus mercatores nostros, qui sunt in suo regno, Ragusium, quos si non ocemus eos capi et detineri faciet; supersedeatur de non respondendo idem, hinc ad diem sabbati proxime venturum.

Die xxiii februarii. In minori consilio, sono campane more soto congregato, captum fuit et deliberatum, quod propter novitatem, uam dominus rex Vrosius dicitur fecisse contra mercatores raguseos,

---

[1]) Conclusio ista in msc. deleta ac in margine adnotatum: Cassa(ta), quia proprie monasterii habuerunt se bene solutum a dicto Laurenzo de dictis ccclv ỹp̃.

quos reperit in suo regno, pro custodia et salvatione nostri comitatus de astaria, videlicet Breno, Juncheti, Grauosi, Malfi et Vmbole, mittatur videlicet in Breno et Juncheto duos coiutores comiti dictorum locorum et unum in dictis aliis locis, qui coaiutores teneantur diligenter intendere cum comitis (sic) dictorum locorum ad custodiam et salvationem dictarum villarum et hominum earumdem cum illo salario, quod domino comiti et dicto consilio placuit eis ordinare.

Marcolus de Scarich et Thoma de Dersa in Breno et Juncheto electi fuerunt coaiutores predicti.

Dominus comes fecit scribere, quod idem Thomas non lucret amplius soldum, quia hodie (die) dominico xxvi februarii fuit in civitate.

Thoma de Prodan de Bodaza in Grauosio, Malfo et Vmbola.

Die xxvi februarii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxviii consiliarii, posite fuerunt due partes, una de mittendo ambaxatorem ad dominum ducem et commune Venetiarum pro facto nostri communis et pro bono et pacifico statu communis et hominum civitatis Raugusii et alia de non mittendo. Et per xxxii ipsorum consili(ari)orum capta fuit pars de mittendo ambaxatorem et sex fuerunt de non mittendo.

Item in eodem consilio, dicta die, posite fuerunt alie due partes una de mittendo unum ambaxatorem ad dominum regem sine aliquibus donis ad conquerendum se de captione, detentione et sequestratione, quam fecit de nostris mercatoribus et mercationum sua(ru)m et ad procurandum de relaxatione ipsorum; et capta fuit pars de mittendo ad presens unum ambaxatorem modo predicto sine donis per xxxiii ipsorum, et non volentes fuerunt quinque, cum hac condictione, quod antequam dictus ambaxator recedat de Raugusio, revertatur ad presens consilium et si dicto consilio placuerit, de eligendo duos alios ambaxatores, qui suo loco et tempore vadant ad ipsum regem cum donis ut conveniet, et tunc, ut in ipso consilio capietur, ita procedatur.

Die xxvii februarii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxxxviiii consiliarii posite fuerunt due partes, una quod dominus comes cum suo minori consilio habeat plenam et liberam auctoritatem, potestatem et baliam eligendi et mittendi ad dominum regem Vrossium unum ambaxatorem laicum, seu ecclesiasticum, seu religiosum, qualem placuerit domino comiti et suo minori consilio ad se co(n)dolendum et co(n)querendum eidem de captione quam fecit de mercatoribus nostris et de sequestratione suarum mercationum contra deum et iustitiam et contra formam pacti sibi inter ipsum dominum regem et nos initorum et factorum et ad procurandum eorum relasationem cum illa commissine que domino comiti sibi placuerit ordinare, et cum illo salario, familia et expensis, que domino comiti et suo minori consilio placuerit ordinare. Et quod dominus comes de voluntate sui minoris consilii possit precipere illi seu illis, qui electi fuerint in ambaxa, quod debeat recipere et ire in dictam ambaxam sub illa pena et penis que sibi videbitur ordinare; et alia fuit de non faciendo predicta, et per personas lxxxxvi capta fuit pars de faciendo omnia predicta more predicto, et nolentes fuerunt iii.

Item in eodem maiori consilio, dicta die, posite fuerunt due partes, una quod dominus comes cum suo minori consilio pro bono statu et au(g)mento nostre civitatis habeant plenam et liberam potestatem, auctoritatem et baliam eligendi duos sollempnes ambaxatores missuros ad dominum nostrum, dominum ducem et commune Venetiarum cum illo salario, familia et expensis et cum illa commissione, que eidem domino comiti et suo minori consilio placuerit ordinare. Et quod dominus comes cum voluntate dicti sui minoris consilii habeat plenam potestatem et baliam precipiendi illis, qui electi fuerint in dictam ambaxatam, quod debeant eam recipere et ire in dictam ambaxatam sub illa pena, que placuerit ordinare, et alia fuit de non. Et per personas LXXXXIII captum et deliberatum ita fieri, ut in prima parte continetur, et nolentes fuerunt V.

Die primo mensis marzii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, facta fuit gracia magistro Bonaventure, cirologo salariato communis, posse ire Venetias pro quibusdam suis negotiis exercendis, et in eundo, stando et redeundo possit stare unum mensem non lucrando soldum, de quanto steterit in eundo, stando et redeundo[1]).

Die secundo mensis marzii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, de auctoritate et balia eis attributa et concessa a maiori consilio captum fuit et firmatum, quod illi duo ambaxatores, qui eligentur ituri ad dominum regem Vrossium, habere debeant XII equos, videlicet duos pro se, unum pro uno turcimanno, quinque equos pro quinque famulis et IIII equos pro salmis eorum et qui portabunt exigua domini regis et VI famulos pedestres. Et pro eorum salario expensas et naullo equorum, quilibet ambaxator habere debeat a communi pro uno mense libr. sex gross. qui mensis incipiatur prima dies qua applicuerint in curia domini regis Et si plus uno mense steterint in curia domini regis, habere debeant inter ambos pro eorum salario et expensis et eorum familie yp̄p̄ tres, et de ipso salario et expensis dicti ambaxatores teneantur facere expensas eis et familie eorum, videlicet familie eorum de victu et nolo (naullo) equorum, et commune Raugusii teneatur solvere salarium consvetum familie eorum. Et quod dicti ambaxatores non possint accipere aliquem equum alicuius civis nisi eum de sui volutate voluerit commodare.

Item in eodem minori consilio ex auctoritate predicta captum fuit et firmatum, quod de avere communis presentetur eidem domino regi in drappis et coppis de argento et aliis rebus yp̄p̄ D.

Item in eodem minori consilio ex auctoritate predicta captum fuit et deliberatum, quod quicumque fuerit electus in dicta ambaxata, non refutatur sub pena D yp̄p̄, si vadit per plateam.

Marcus de Lucaro et Junius de Georgio electi fuerunt ambaxatores in ambaxata predicta per consilium parvum[2]).

---

[1]) In margine: Discessit die primo aprilis. Rediit die IIII madii in vesperis.

[2]) In margine: Die primo aprilis disscesserunt et redierunt die festi sanc. Petri de junio.

Die XXII marzii. In minori consilio, sono campane more solito

Die secundo mensis marzii. Thoma de Bodaza in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit comes Grauosi, Mali et Vmbole cum salario consveto, et incipit servire die iii marzii.

Die quinto mensis marzii. In minori consilio, more solito congregato, captum fuit et deliberatum nemine discrepante, quod precipiatur hominibus ysule de Jupana, videlicet omnibus a media ysula citra versus levantem, quod debeant portare a ripa maris usque sumitatem montis, qui vocatur castellum, tria milliaria de calcina eorum expensis, pena ad voluntatem domini comitis, dummodo de dicta calcina primo muretur circuitum muri castri, quod debet fieri super dicto monte, et de faciendo primo dictum murum detur bona plazaria de l yp̄p̄ per monasterium de Pectina.

Marcolus de Tediusio est plaz pro dicto monasterio de Pettina, quod ita fiet, ubi sibi dictum est.

Die sexto mensis marzii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, ex auctoritate et balia eis concessa et atributa a maiori consilio captum fuit et firmatum, quod eligantur duo sollempnes ambaxatores ituri ad dominum nostrum, dominum ducem et commune Venetiarum, qui ambaxatores unusquisque habere debeat a communi pro suo salario yp̄p̄ xl et pro eorum expensis et familie, debent habere omni die quo discederint de Raugusio donec reversi fuerint Raugusium yp̄p̄ viii inter ambos. Et dicti ambaxatores teneantur habere iiii famulos inter ambo, quibus commune teneatur solvere omni die gross. i pro quolibet de quanto steterint in eundo, stando et redeundo, et ambaxatores teneantur eis facere expensas victu.

Marcolus de Tediusio et Laurenzus de Bubana in dicto minori consilio electi fuerunt ambaxatores in ambaxata predicta.

Die viii mensis marzii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum per sex partes ipsorum et plures, quod de inpromtu dccc yp̄p̄, quod fuit inpositum de mense novembris proxime preteriti exigatur ad presens pro expensis necessariis ambaxatoribus, qui ire debent ad dominnm regem et ad dominum ducem, medietas dicti inpronti.

Die viiii marzii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, quod omnes illi quibus

---

congregato, captum fuit et deliberatum, quod turcimanus, qui ibit cum ambaxatoribus predictis habere debeat de avere communis pro omni die quo steterit in eundo, stando et redeundo gross. i et insuper pro dono pro toto viagio yp̄p̄ quinque.

Laurencius de Bubana et Marchus de Babalio in dicto minori consilio, electi fuerunt extimatores equorum ambaxatorum et familie eorum.

Et si dicti duo ambaxatores, qui ire debeant Venetias expediderint aliquod in co(r)redando aliquos nobiles de Venetiis, quod id quod expediderint restituatur eis de avere communis usque xx yp̄p̄, et hoc credatur dicto dictorum ambaxatorum.

positum fuit inprontum de DCCC yp̄p̄, hinc ad diem dominicam XVIII iius mensis, quilibet debeat solvere medietatem totius, quod sibi innitur de dicto inpronto, sub pena unius gross. pro quolibet yp̄p̄.

DICTA DIE. In minori consilio, sono campane more solito conegato, captum fuit et firmatum, quod per dominum comitem precipiatur archo de Lucaro et Junio de Georgio ambaxatoribus ituris ad domim regem, quod hinc ad diem dominicam XXIIII huius mensis debeant actare et fornire omnibus opportunis in dicta eorum ambaxata, sub na L yp̄p̄ pro quolibet.

Dominus comes precepit dictis Marcho de Junio, quod ad hinc ad em predictam debea(n)t se fornire et actare omnibus opportunis in dicta nbaxata sub pena L yp̄p̄ pro quolibet.

DIE XII MENSIS MARZII. In consilio rogatorum, sono campane ore solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt XXXVII coniarii capta fuit pars per omnes, salvo per dominum comitem, quod itas Raugusii stringatur omnibus personis tam Venetis quam aliis ensibus et Rauguseis tali modo, quod alique mercationes non possint trahi de civitate causa mittendi eas in Sclauoniam, videlicet versus uantem, donec dicto consilio placuerit.

DIE XIII MENSIS MARZII. In minori consilio, sono campane more lito congregato, capta fuit pars nullo discrepante, quod eligantur XII biles homines pro scaraguardis, quorum sex custodiant una nocte cum is sex alterius scaraguardie, et alii sex altera nocte cum aliis sex altes scaraguardie, quorum officium duret hinc per totum mensem aprilis oxime venturum; de quibus XII duo ipsorum sint capitanei.

Margaritus de Crosio, capitaneus, Andreas de Galozo, Vole de Zighe, squa de Binzola, Nichola de Petrena, Lampridius de Piero de Menze, italis de Petrena, capitaneus, Thoma de Dersa[1]), Marcolus de Scarich, pitaneus, Petrus de Cranca, Bisti de Palma de Bisti, Luce de Vitangna, habriel de Gleda, Dobre de Binzola.

DIE XV MARZII. In minori consilio, sono campane more solito ngregato, captum fuit et deliberatum, quod aliqua persona audeat vel esumet emere cauolos, porras, erbas, finiclos, spargios vel aliquas alias bas vel fructus alicuius arboris, ghallinas seu ova extra civitatem Rausium sub pena VIII yp̄p̄ pro quolibet et qualibet vice, neque in Rausio, causa reve(n)dendi sub pena unius yp̄p̄ pro quolibet contrafaciente qualibet vice, et accusator habeat medietatem bandi, si per eius acsam veritas poterit reperiri.

Item in dicto minori consilio eodem die captum fuit et delibetum, quod massarii communis possint ve(n)dere de frumento communis i et quibus eis placuerit, ferendi extra civitatem ubi dictis emptoris seu emptori placuerit excepto Cataro, solvendi pro quolibet stario oss. XVII.

---

[1]) Hoc et praecedens nomen in msc. deletum.

Blaxius Pitat in dicto minori consilio factus fuit scribanus in corrida Nicholize de Martinusso, vocata sanctus Dominichus.

DIE XVI MENSIS MARZII. Thoma de Dersa in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit comes Breni et Juncheti pro uno anno cum salario consveto, et incipit cras die XVII mensis huius.

DIE XVII MARZII. Niccho de Scocilca factus fuit scribanus super condura Michi de Calamota.

DICTA DIE. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum (fuit) et deliberatum nullo discordante, quod nulla persona cuiuscunque conditionis existat, audeat vel presumet modo aliquo vel ingenio mutuare Petro, filio condam Valli de Sersio aliquam quantitatem pecunie vel alias quascumque res vel facere sibi aliquam credentiam seu obligationem, vel cum ipso facere aliquam obligationem cum carta et sine carta vel scriptura seu cum testificationibus ab hodie in antea, vel qui contra predicta et aliquod predictorum fecerit, nullum reddatur sibi ius et ipsa obligatio sit cassa et vanna et pro non facta habeatur.

DIE XX MARZII. Marinus de Siracha in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus in barcusio Pauli de Martinusso, vocata sancta Maria.

DIE XXII MARZII. Antonius de Mauressa in minori consilio, more solito congregato, factus fuit scribanus super conduram Scoze de Gaioppa, vocata sancta Maria.

Thoma de Marin de Tripe in dicto minori consilio, factus fuit scribanus super conduram Giorgo Caroso, vocata . . .

DIE XXIIII MARZII. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, capta fuit pars, quod precipiatur Marcho de Lucaro et Junio de Georgio ambaxatoribus ituris ad dominum regem Vrossium, quod usque diem sabbati XXXI huius mensis proximum per totam diem debeant discedere de Raugusio et sequi iter eorum sub pena c yp̄p̄ pro quolibet.

Dominus comes precepit dictis Marco et Junio, quod hinc ad diem sabbati proximum per totam diem debeant discedere de Raugusio et sequi iter eorum sub pena c yp̄p̄ pro quolibet.

Item in dicto consilio rogatorum dicta die capta fuit pars, quod ambaxatores, qui debent ire ad dominum nostrum dominum ducem et commune Venetiarum, debeant ire quo citius ire possunt, et quod ad hoc ut citius vadant armetur una barcha expensis communis super qua vadant.

DIE XXIIII MARZII. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, capta fuit pars, quod per dominum comitem et suum parvum consilium eligantur sex usque VIII homines, sicud dicto domino

comiti et suo minori consilio (placuerit), unus videlicet pro sclacata (sclatata), qui sint una cum ipso domino comite et suo parvo consilio ad deliberandum, ordinandum et componendum commissionem ambaxatorum qui ire debent ad dominum ducem et commune Venetiarum.

Isti fuerunt ad predicta:

Margaritus de Crosio, Marchus de Lucaro, Nichifor de Rania, Laurenzus de Bubana, Marinus de Menze, Polus de Gundola, Johannes de Celippa.

Item in dicto consilio rogatorum eadem die captum fuit et deliberatum, quod litteris nobis missis pro parte domini nostri domini ducis et communis Venetiarum quibus continetur quod armari debeamus duas galeas et eas tenere paratas gente et omnibus opportunis, qui ire debeant cum alia armata communis Venetiarum prout dominus dux ordinabit, contra imperatorum Grecorum, respondeatur per litteras aut committatur ambaxatoribus nostris, qui ire debent ad eum, quod parati simus eidem concedere et dare tantam gentem ex qua dicte galee armari possint expensis domini ducis et communis Venetiarum; et si commune raugusinum posset ipsas armare suis expensis hoc libentius facerent, set novit deus, commune raugusinum est in tam magna paupertate, quod non posset eas de eorum pecunia armare.

Die xxvi marzii. Paue de Catena in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus in corrida Saue de Bonda, vocata sancta Maria.

Die xxvii marzii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum per duas partes et plures, quod duo nobiles homines mittantur pro ambaxatoribus in servitio communis ad excellentem virum dominum Stepanum ducem Vsore, Bossine et de la Sale et aliorum plurimorum locorum cum illa commissione, que domino comiti et suo minori consilio placuerit eis committere.

Item in dicto maiori consilio eodem die captum et deliberatum fuit, quod de avere communis per dictos ambaxatores presentetur eidem domino Stephano tam in rebus comestibilibus quam in aliis exiguis ẏp̄p̄ cl prout a dicto domino comite et suo minori consilio placuerit ordinare.

Dicta die. Nichifor de Rania et Michel de Menze in minori consilio electi ambaxatores ad dominum Stepanum predictum.

Die xxxi marzii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod commisio ambaxatoribus qui ire debent ad dominum regem Vrossium ordinetur et fiet per dominum comitem et suum parvum consilium, et illis vi, qui(bus) etiam debeat ordinare commissio ambaxatorum iturorum ad ducalem excellentiam.

Die xxxi marzii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, cum sex sapientibus aiuntis super deliberatione commissionis ambaxatorum iturorum ad dominum regem super responsione facienda

eidem domino regi super quam facit communi Raugusii, quod precipiatur Menze de Menze, quod debeat exire de fortiliza, committatur et excusent civitatem Raugusium ea via et modo qua dabitur eis in commissione, quod non debemus ei facere dictum preceptum, et quod non precipiatur sibi, quod exeat de dicto castro.

Die iiii mensis aprilis. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum nemine discordante, quod dominus comes cum suo minori consilio habeat plenam et liberam potestatem, auctoritatem et baliam, providendi, ordinandi et stabiliendi de familia, equis, expensis faciendis nobili et discreto viro Johanni de Caldacario scribe et notario domini ducis et communis Venetiarum, qui per dominum ducem et commune Venetiarum mittitur ad dominum regem Rascie, et de dono sibi faciendo de avere communis, alte et basse, quomodo sibi placuerit et de committendo sibi quicquid ei videbitur convenire pro bono civitatis nostre.

Die quinto mensis aprilis. Chonstantinus, filius Georgii de Chostina in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus super barchusio de Bogodassa de Raugusio, vocato sanctus Franciscus.

Die sexto mensis aprilis. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discrepante, quod becchari raugusini et omnes volentes ve(n)dere carnes possint quaslibet carnes ve(n)dere fol. I pro qualibet libra, ultra quam contineatur in statuto hinc per totum mensem junii proxime venturum sine aliqua pena.

Banitum fuit per Petrum preconem.

Die viiii aprilis. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discrepante, quod magister Giramons physicus affirmetur ad salarium communis pro uno anno proximo cum salario et pactis, quibus stetit isto anno preterito, et quod in primo consilio, quod fiet pascha resurectionis domini, ponatur pars eius si videbitur eis de confirmando vel non.

Die x aprilis. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod ad persequendum duo ligna piratorum, que intraverunt culfum et que visa fuerunt Raugusio, armentur due galee, quam citius fieri potest missure ad conservationem omnium fidelium domini ducis et communis Venetiarum et ad offensam dictorum piratorum et omnium aliorum cursariorum usque illa loca et partes, que domino comiti et suo minori consilio placuerit ordinare.

In minori consilio, more solito congregato, capta fuit pars, quod eligatur unus nobilis homo capitaneus dictarum duarum galearum et duo commiti videlicet unus super unaquaque galea. Michel de Menze electus fuit capitaneus, Blaxius de Caboga commitus galee dicti capitanei, Saue de Bonda fuit electus commitus alterius galee.

Item in eodem minori, dicta die, capta fuit pars, quod eligantur

II nobiles homines, qui ire debeant per astariam ad decernendum et scribendum LXX homines meliores, quos noverint a remis, qui ire debeant et teneantur super dictis galeis et alii duo per ysulas, qui decernere et scribere teneantur CXXX homines de ysolis meliores quos noverint a remis, omnium ysularum et totum residuum usque complimentum tocius dictarum duarum galearum, accipiatur de civitate per commitos et noclerios dictarum galearum.

Nicchola de Petrena et Luce de Vitagna electi fuerunt ad eundum per ysulas ad decernendum et scribendum CXXX homines. Nicchfo de Bodaza et Dobre de Binzola electi fuerunt ad eundum per astariam ad scribendnm et decernendum LXX homines.

Die XI aprilis. In consilio maiori, sono campane more solito congregato, captum (fuit) et deliberatum, quod omnes illi, qui ibunt super dictis galeis et essent in aliquo officio, quod pro dicta eorum andata non admittatur eorum, sed in eorum redditu Raugusio remaneant in officio eorum, ac si ituri non essent.

Die XXV (aprilis). In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discrepante, quod ad presens eligantur duo salinarii. Primus: Vita, filius Rosini de Babalio electus fuit salinarius. Secundus: Nichola, filius Marini de Cherpa electus fuit salinarius per Gregorium de Menachis.

Margaritus de Crosio, Climenti de Gleda promiserunt et se obligaverunt eidem Gregorio de conservandum eum indempnem a dicta plazaria.

Die XXVII aprilis. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod propter dampnum, quod Goie de Petrena gabelloctus doane sancte Marie substinuit pro vetatione et prohibitione facta, quod aliquis non posset extrahere aliquas mercationes causa ferendi eas in Sclauoniam, et propter ligna piratorum que discurrerunt per mare, cuius occasione ligna non potuerunt more solito navigare, quod scopitentur sibi yp̄p̄ XV.

Die XXVII aprilis. Micho de Marcus in minori consilio, sono campane more solito congregato, electus fult comes ysularum, cuius terminus incipit die quinto madii proxime venturo.

Die XXVIII aprilis. In minori consilio, sono campane more solito congregato, (captum fuit et deliberatum), quod illi mercatores, qui dederunt drappos, qui presentati fuerunt domino regi Vrossio et comiti Stephano de Bossina, percipiant terciam partem introitus doane pro solutione totius, quod recipere debent, et solutis dictis mercatoribus, dicta tertia pars remaneat obligata illis qui fecerunt inprontum DCCC yp̄p̄, de quo inpronto solverunt solummodo medietatem, qui mercatore(s) debent incipere ad solvendum in kal. madii proximis.

Die XXX aprilis. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit *pars discordantibus* solummodo duobus consiliariis,

quod illa fenestra, que est in turri, que fit per monasterium pulcellarum iuxta muros civitatis ex parte ponentis, debeat claudi expensis dicti monasterii. Et si per monasterium voluerit fieri aliam fenestram, possit eam fieri facere suis expensis supra murationem xx manuum de lapidibus, incipiendo a muratione rasente terra eundo sursum, que sit ampla unus pedes, et dictum monasterium teneatur dictam fenestram ferrare bonis ferris intus et extra.

Die predicta. De mandato domini comitis et sui minoris consilii per Petrum preconem communis incantata fuit pluribus diebus per civitatem ghabella sancte Marie, et quia non inveniebatur, qui plus vellet dare, data et deliberata fuit ad incantum in publica concione sonorum campane in platea communis more solito congregato, Gregorio de Menachis pro septingentis decem yp̄p̄ cum pactis et conditionibus consvetis, qui annus incipit cras die primo madii.

Die iii madii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discordante, quod litteris nobis missis pro parte domini nostri domini ducis et communis Venetiarum, continentibus ducale mandatum, quod interdicatur secundum formam pactorum, (quod) nullus rauguseus vadat vel mittat seu portet aliquas mercationes nec victualia, nec cambia ad terras subiectas domino imperatori Grecorum sub pena libr. c pro continenti, et illi qui in imperio erunt, per totum istum mensem recedant cum eorum havere de imperio sub pena libr. c gross. pro quolibet qui esset de maiori consilio, et de libr. cc parvorum pro quolibet qui non esset de maiori consilio, et de libr. l pro continenti de eo, quod facerent de mercationibus, prout ipse dominus, dominus cum suis consiliariis opportunis deliberavit et provisit super fideles suos de Venetiis; respondeatur cum illa reverentia, qua decet, quod parati sumus facere et adimplere omnia, que in dictis litteris continentur, secundum formam pactorum.

Item in dicto maiori consilio eodem die captum fuit et deliberatum, quod illi cccc yp̄p̄, qui non fuerunt exacti de inprontu dccc debeant exigi, quibus exactis cc yp̄p̄ convertantur in construendo turres civitatis, et yp̄p̄ c convertantur in reaptando galeam communis et yp̄p̄ c in aliis expensis. Et de primis denariis, qui exigentur de gabella sancte Marie, tollantur yp̄p̄ cc et remittantur in communi pro illis cc, qui accepti fuerunt de dicto inpronto pro construendo turres.

Die iii madii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod ex parte domini comitis et communis raugusini Vitomir de Stai, scribantur littere continentes, illum terminum quem domino comiti et suo minori consilio placuerit sibi assignare, infra ipsum terminum debeat satisfacere vel esse in concordia cum Giue, filio condam Gheruasii de Scilo de xxv petiis de fustano, uno equo cum sella et freno, iiii tauati, uno flasscone, uno cingo, iii spatis, iiii sachis, ii paribus de besaciis, duabus cappis, ii camisciis, ii paribus calligarum, ii paribus de brachis, ii paribus de calzariis, uno pari de vsactis, ii cutellis, ii cinturis, ii capellis et de yp̄p̄ xx

in denariis, que res et omnes denarii per eundem Vitomir et homines suos per fortium fuerunt ablate eidem Giue, quas res vel yp̃p̃ . . . . pro eximatione ipsarum, si idem Vitomir non restituerit eidem Giue, vel si non fuerit in cordia cum eo in termino sibi assignando per dominum comitem et suum parvum consilium, quod idem Giue habeat solvamentum et repressalias super ipsum Vitomir et homines de Tribina in avere et persona in civitate et districtus Raugusii, de ipsis rebus et denariis seu de yp̃p̃ . . . . pro exstimatione ipsarum[1]).

Die iii madii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, capta fuit pars nullo discordante, quo de dampno illato Petro Zauernico super condura Marini de Gilio quando ibat in Ampulia in servitio communis, restituatur eidem per commune Raguseum, et de ipso dampno credatur sacramento dicti Petri usque xxviiii yp̃p̃ et ab inde infra, dummodo tantum scomputetur de ipso dampno, quantum ipse Petrus tenere seu recipere debet de auaria facta de rebus perditis super ipsa condura.

Die quinto mensis madii. In minori consilio, more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod cum affictus et redditus domorum archiepiscopatus, qui erant obligati et ypathecati Sime, filio Pancrati de Benessa pro yp̃p̃ trecentis, quos mutuavit fratri Francisco, vicario domini fratris Laurentii, olim archiepiscopi raugusini pro sacra dicti archiepiscopatus, ut in cancellaria communis tenetur, essent eidem Sime per capitulum ecclesie sancte Marie ablati pro expensis necessariis inferendo decretum electionis diaconi Marini de Martinusso electi in archiepiscopum ecclesie raugusine, habeat regressum in aliis bonis, redditibus et proventibus dicti archiepiscopatus in eo, quod sibi restat recipere de dicto debito.

IX. Anno 1322—1324.

Capitulum de litteris preceptoriis et citatoriis et preconizationum factarum tempore nobilis et potentis viri domini Lodoyci Mauroceni comitis Ragusini in anno domini millesimo trecentesimo vigesimo secundo, indictione quinta.

Die xviii aprilis. Domince preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod aliqua persona haberet vel sciret Bratussam famulam Dime de Masscana que . . . . aufugisse ab eo, hodie per totam diem debeat eam manifestare domino comiti, nec eam debeat retinere, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xviiii aprilis. Milze preco communis de mandato domini comi-

[1]) Die dominico sexto madii, misse fuerunt eidem Vitomir littere ex parte domini comitis et communis assignando sibi terminum xv dierum ad predicta omnia exequenda.

tis et sue curie, gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet emere aliquas res alicuius conditionis vel valoris a Frane muto, vel ab eo accipere aliquod pignus sub pena sol. quinque gross. pro qualibet persona

Die xxiiii aprilis. Petrus preco comunis retulit se de mandato domine comitis preconizasse alta voce (in) locis consvetis, quod nulla persona tam civis quam foresterius audeat vel presumet modo aliquo vel ingenio portare per civitatem Raugusium aliqua arma offensibilia sub pena in statuto specificata.

Die xxiiii aprilis. Petrus preco communis retulit, se de mandato domini comitis preconizasse alta voce (in) locis solitis, quod nulla persona debeat ire post tercium sonum campane contra formam statuti, sub pena in statuto specificata.

Item preconizavit, quod nulla persona debeat aliquid credere vel mutuare familie domini comitis cum pingnore et sine pingnore, et qui contrafecerit compelletur ad restituendum omne id, quod acceperit sine aliquo pretio et de credentia nullum fieret ei ius, et quod nulla tabernaria det eis bibere, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxv aprilis. Milze preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona debeat transire per vineam Vitalis de Petrena positam in Calamota vel facere dampnum aliquod in bosco suo, vel accipere de lignis dicti sui bosschi sine eius licentia, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxvi aprilis. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie Marco de Zanni et Marino Nouello, quod a die presentationis earum debeat per se vel per sufficientem responsalem coram nobis et nostra curia comparere, si vollunt aliquid dicere, opponere et allegare, se non esse absolutum a quadam plazaria, quam fecit pro Cherno de Bona, Vita de Dricas, Mathe de Picinico et Andrea de Pabera penes Andream de Despan de Scutori, alioquin procedetur pro(ut) eis videbitur esse iustum eorum absentia non obstante et termino.

Die xxviii aprilis. Milze preco communis de mandato domini comitis, ad petitionem Michi de Masscana, gridavit in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumet acceptare vel retinere Mirinam servitiallem dicti Michi, qui affugit ab eo, ut idem Micho asseruit, pena ad voluntatem domini comitis.

Die secundo madii. Dominze preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumet transire cum bestiis vel sine bestiis per vineam Vite de Sorco, vel in ipsa aliquod dampnum facere, pena ad voluntatem domini comitis.

Dicta die. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie Juret et uxori sue, quod a die presentationis harum ad duos menses

subsequentes personaliter per se vel per procuratorem et pagatorem debeant comparere coram eo, responsuri de jure Margarito de Poza de xx sol., quos receperunt ab eo pro parte solutionis unius vinee posite in Breno, quam sibi vendiderant, que vinea per sententiam domini comitis et eius curie fuit subtrata eidem Margarito, alias procedetur contra eos et eorum bona, ut de iure fuerit procedendum, eorum absentia non obstante[1]).

Die III madii. Milze preco communis de mandato domini comitis, gridavit in locis solitis, quod si qua persona haberet vel sciret Eliam filium Cranisclaui, famulum magistri Niccholai Petrari, qui affugerit ab eo, debeat eum dominum comiti presentare, et quod nullus debeat eum receptare, pena ad voluntatem domini comitis.

Die VII madii. Petrus preco communis retulit se de mandato domini comitis ad petitionem Jacobi de Casiza, gridasse in locis sollitis, quod nulla persona debeat intrahere vineam dicti Jacobi positam in Juncheto, vel in ipsa aliquod dampnum facere cum bestiis et sine bestiis, pena ad voluntatem domini comitis.

Anno domini millesimo trecentessimo vigesimo secundo, indictione quinta, die XX madii, misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie Dime de Pabora, quod a die presentationis harum ad duos menses subsequentes per se vel per sufficientem procuratorem et pagatorem debeat coram domino comite et eius curia comparere ad respondendum de jure Bella, filie de Medas de yp̄p̄ CXXXIII, quos sibi tenetur, carta manu diaconi Andree de Benessa notarii, alias procedetur contra eum et eius bona, prout de jure fuerit procedendum.

MCCCXXII, indictione quinta. Die III junii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie Damiano, filio de Nicchole de Scilo, precipiendo ei, quod a die presentationis harum ad unum mensem per se vel per sufficientem responsalem et pagatorem debeat coram domino comite et sua curia comparere responsurus de jure Sime, filio Pangrati de Benessa . . . . Margariti de Benessa, fratris sui, de quodam debito de libr. XVII et sol. III den. venet. gross., quos sibi tenetur, carta manu Pauli magistri . . . . physici notarii; alioquin etc. scientes etc[2]).

---

[1]) Die XXIIII madii. Nicchola de Gundola retulit, se presentasse dictas litteras eidem Juret die X madii in Spalanto presente domino abbate de Melita et Marino de Larzona.

Dicta die. Per dominum comitem et eius curiam prorogatus fuit terminus dictis Juret et uxori sue, elapsis dictis duobus mensibus, aliis duobus mensibus cum hac conditione, quod si non venerint ad terminum supradictum, vinum et fructus vinee eorum debeant sequestrari per dominum comitem et eius curiam donec ratio cognoscatur inter eos.

[2]) Die XXVII junii. Sime de Stepan aurifex et Tollan, filius de Bolliebrat eorum sacramento retulerunt se dictas litteras presentasse et dedisse eidem Niccholo in civitate Spalanti die XXIII junii.

Die xiiii junii. Thoma de Thoma dixit quod dicte littere fuerunt sibi presentate per Luce de Binzola in Pristren die v junii in presentia Jure de Palmota, Sime, filii Vrsatii de Bodaza, Domagne Banconi et Marini de Tomaxino.

Die xxii junii. Petrus preco communis retulit, se de mandato domini comitis gridasset in locis sollitis, (quod nemo) audeat vel presumat receptare vel retinere Bratussam famulam Todorate, uxorem condam Thome, que auffugit a dicta Toderata, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxviii junii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie Petro, filio magistri Johannis Mudrica, quod a die presentationis harum ad tres menses coram domino comite et sua curia debeat comparere per se vel per sufficientem responsalem et pagatorem responsurus de jure Nale de Zerena de quoddam debito yp̄p̄ dl, carta manu diaconi Andree de Benessa notarii, ad solvendum, si a curia sententiabitur debere solvere, alioquin procedetur contra eum et eius bona prout de iure fuerit procedendum, et de presentatione harum latoribus presentibus juratis nuntiis dabitur plena fides.

Dicta die. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie Paulo de Zunella, quod a die presentionis harum ad iii menses subsequentes per se vel per sufficientem responsalem et pagatorem, coram domino comite et sua curia debeat comparere ad respondendum de jure Nale de Zerena, de residuo vini, pretii c sol., unius casalis, quod emit a Laurenzio, filio condam Benuenuti Declamite, a quo Laurenzo ipse Nale habet totam potestatem de dicto pretio ad solvendum si a curia condempnabitur, alioquin contra eum et bona sua procedetur prout de jure fuerit procedendum, et de presentatione ipsarum latoribus presentium dabitur plena fides.

Cranoe Cacarezo et Milgost Stechinci correri, juraverunt ad sancta dei evangelia predictas litteras presentasse ipsi Petro et Paulo, cuilibet suam.

Cacaregio correrius predictus suo sacramento retulit, se presentasse dictas litteras ipsi Petro et Paulo in Rudinico die vi julii una cum dicto Milgosto in presentia Cascie de Climenti et Tepsa de Radoglau et unius, qui vocatur Radoe.

Die iiii julii. Bogoe preco communis, retulit, se de mandato domini comitis, gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet receptare vel retinere in sua domo Mirnam famulum Michi de Masscana, pena ad voluntatem domini comitis.

Die viii julii. Bogoe preco communis retulit, se de mandato domini comitis gridasse in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumet modo aliquo vel ingenio receptare in sua domo Radostam (in)fantem de Staniza calligario, qui auffugit ab eo, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xviii julii. Milze preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumat intrahere

vel transire per vineam Junii de Zamangno positam in Breno, pena ad voluntatem domini comitis.

Die viiii augusti. Petrus preco communis, gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet receptare vel retinere in sua domo Vtessam, filium Radusse famulum Cibre de Pobrata qui aufugit ab eo non completo termino, quod sibi servire tenetur, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxii augusti. Domince preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse (in) locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet modo aliquo vel ingenio receptare in domo sua Riuam de Calamaria servam Laurentii de Sauina, que aufugit eo, vel sibi aliquod auxilium vel favorem prestare, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xvi septembris. Milze preco communis retulit, se de mandato domini comitis gridasse (in) locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet modo aliquo vel ingenio receptare vel retinere in sua domo vel ligno quemdam familiarem domini comitis, qui aufugit ab eo heri sero, set ipsum debeat manifestare et presentare domino comiti, pena ad voluntatem domini comitis.

Die vii octubris. Petrus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet receptare in sua domo Gradoe, filium Milten famulum Dabisei sartoris qui auffugit ab eo, set eum coram domino comite presentare pena ad voluntatem domini comitis.

Die vii octubris. Petrus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet modo aliquo vel ingenio scaricare aliquod lignamen grossum vel lapides super aliquem ex pontibus de portu, sub pena unius yp̄p̄ pro quolibet et qualibet vice.

Item in eodem die gridavit in locis solitis, quod nulla tabernaria, que ve(n)dat vinum ad minutum debeat adfilare in instrago in quo ve(n)det vinum sub pena unius yp̄p̄ pro qualibet et qualibet via.

Die xxiiii octobris. Bogoe preco communis gridavit in locis solitis, de mandato domini comitis ad petitionem Francisci Specialis, quod nulla persona audeat vel presumet receptare vel occultare Radosclauam, filiam de Milua et famulam dicti Francisci, que auffugit ab eo, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxvi octubris. Petrus preco communis de mandato domini comitis ad petitionem Menze de Menze gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet acceptari vel retinere, vel aliquod auxilium prestare Mile famule dicti Menze, que aufugit ab eo, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxxi octubris. Petrus preco communis retulit se de mandato domini comitis ad petitionem domini Mathei de Allexio, Marini, filii Michaelis de Sclaui et Michaelis de Zorgio gridasse in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet transire per vineam eorum de Zelapec vel in ipsam bestias mittere seu aliquod dampnum facere, pena ad voluntatem domini comitis.

Die v novemrris. Petrus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet acceptare vel retinere in domo sua Radochua Razeuiz, qui aufugit de Radomiro fratre suo et tenebatur servire v annis, ut continetur in carta scripta manu diaconi Andree de Benesssa, notarii, pena ad voluntatem domini comitis.

Die viiii novembris. Bogoe preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet receptare vel retinere in sua domo Radochua Razeuiz, qui aufugit a Radomir fratre suo, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xiiii novembris. Petrus preco communis de mandato domini comitis ad petitionem Rate uxoris condam Pasque de Rania, gridasse in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumat receptare Ghenam famulam dicte Rate, que aufugit ab ea, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xii decembris. Petrus preco communis de mandato domini comitis, gridavit in locis solitis, quod nulla persona debeat intrahere vineas et terras monasterii pulcellarum positarum in Belien vel ipsis aliquod dampnum facere cum bestiis et sine bestiis, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxx decembris. Misse fuerunt litttere ex parte domini comitis et communis raugusini nobili viro domino Vochse comiti Dalmisie, consilio et communi dicte civitatis, rogando et requirendo ipsos et quemlibet eorum, quod hinc ad mediam quadragesimam proximam debeant satisfacere Giue de Siracha, Bogoe de Lubrizza, Obrat Stepechio, Sime et Johanni de Picozo civibus rauguseis de mercationibus et rebus eis et cuilibet eorum ablatis de mense novembris proxime preteriti per quamdam eorum barcham armatam, de yp̄p̄ cccc, pro valore rerum eis ablatarum et de expensis propterea factis, quam satisfactionem si fecerint hinc ad dictum terminum bene quidem, alioquin a dicto termino in antea dicti Giue, Bogoe, Obrat, Sime et Johannes habent repressalias a nobis contra commune et homines dicte civitatis in avere et personis ubique de cccc yp̄p̄ et de expensis que sunt yp̄p̄ lv; que littere fuerunt misse per Marinum de Boctolina, publicum preconem communis, qui juravit etc[1]).

---

[1]) Die xx februarii. Marinus de Boctoline preco predictus constitutus ante presentiam domini comitis et sue curie, suo sacramento retulit se dictas litteras presentasse eidem Vochse et judicibus dicte terre de mense januario proxime preterito circa ex tum dicti mensis, et nullam sibi dedit responsionem.

Mcccxxii(i) indictione sexta. Die dominico ii januarii. Petrus publicus preco communis de mandato domini comitis publice gridavit in locis sollitis, quod omnes persone, que primo acceperunt et eis impositum fuit . . . . de frumento communis ad rationem gross. xv pro quolibet stario, et secundario omnes alie persone, quibus impositum fuit de frumento communis ad rationem gross. xiiii pro quolibet stario, hinc ad xv dies proximos, debeant eum solvere massariis communis, quilibet prout habuit de dicto frumento sub pena unius gross. pro quolibet stario, ille qui non solvitur.

Die xii januarii. Petrus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet modo aliquo vel ingenio emere aliquas res mobiles cuiuscumque conditionis existant ab aliquo de familia magistri Thomaxii cirolaci salariati communis, vel eis credere, vel mutuare cum pingnore et sine pingnore, vel eis seu alicui eorum aliquid mutuare vel in depositum ponere, pena ad voluntatem domini comitis, et insuper quicquid crediderit, emerit vel mutuaverit sit nullius valoris. Item quod nulla persona debeat eos vel aliquem eorum elevare in sua barca vel ligno causa ducendi ipsos vel aliquem eorum extra civitatem Raugusium absque licentia domini comitis, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xvi mensis januarii. Petrus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet modo aliquo vel ingenio caricare vel mittere in sua barca vel ligno aliquem Sclauium vel Sclauiam, ferendi eum vel eam alibi, nisi primo habuerit ex eo vel ea publicum instrumentum sub pena yp̄p̄ . . ., pro quolibet seu qualibet Sclaua, qua ponetur in ligno et qualibet vice.

Item nulla persona audeat honerare aliquem Sclauum vel Sclauam post vesperas sub pena v yp̄p̄ pro quolibet Sclauo et Sclaua et qualibet vice.

Die xviii januarii. Petrus preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet receptare vel retinere in sua domo vel alibi Rugues, servam de Negul Vlaco, que auffugit ab eo, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxiii januarii. Petrus preco communis retulit se de mandato domini comitis, ad petitionem uxoris olim Junii de Gundola, gridasse in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet transire per vineam suam positam in Breno vel in ipsa aliquod dampnum facere, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxx januarii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et communis Raugusii, judicibus, consiliariis et communi civitatis Antibari . . .

Die xxx januarii. Petrus preco retulit se de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod si qua persona voluerit venire Raugusium

ad festum sancti Blaxii, possit tute et secure venire stare et redire in avere et persona tribus diebus ante festum et tribus diebus post festum. Exceptis personis que tenentur communi pro sanguine, que non possint venire.

Die sabbati quinto mensis februarii. Bogoe preco communis gridavit alta voce in locis sollitis, quod nulla persona cuiuscumque conditionis et status existat, audeat vel presumet modo aliquo vel ingenio receptare vel retinere in sua domo vel alibi Junium et Mathe de Pabora vel aliquem, pena ad voluntatem domini comitis; et si qua persona vel scit eos vel aliquem eorum, debeat eos vel eum manifestare domino comiti in continenti, pena ad voluntatem domini comitis.

Item eodem die gridavit, quod si qua persona manifestaverit domino comiti, ubi predicti Junius et Mathe sunt, vel aliquis eorum, dominus comes dabit ei de suo proprio yp̄p̄ viginti quinque, et de avere communis, prout sibi placuerit.

Die xiii februarii. Scuril preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumet modo aliquo vel ingenio retinere in sua domo Bratussam, famulam de Bogoe Buzonouich, vel ei aliquod auxilium vel favorem prestare, sed hodie ea(m) coram domino comite presentare; pena ad voluntatem domini comitis.

Petrus preco communis, de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona debeat intrare vel transire per vineam domini Menze de Menze positam in Breno, seu in eam bestias aliquas mittere, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xvii mensis februarii. Domince preco communis de mandato nomini comitis et de voluntate partium gridavit in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumet modo aliquo vel ingenio caricare vel in aliquo ligno ponere in quantitate panis vel bucellarum causa portandi ipsos extra civitatem Raugusium per mare vel terra sine licencia domini comitis sub pena unius yp̄p̄ pro quolibet et qualibet vice, et insuper perdat panem seu bucellatos, seu extimationem ipsorum.

Die xx februarii. Domince preco communis de mandato domini (comitis) gridavit in locis sollitis, quod nulla persona debeat transire per vineas seu per terras Pauli de Gundola positas in Juncheto vel in eis seu aliqua eorum mittere eliquas bestias vel facere aliquod dampnum, pena ad voluntatem domini comitis.

Die vi marzii. Petrus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona debeat transire per vineam Jacobi de Glauato positam in Malfo, vel in ipsa aliquod dampnum facere cum bestiis vel sine bestiis, pena ad voluntatem domini comitis.

Mcccxxiii indictione sexta, die viii marzii. Misse fuerunt littere ex [d]omini comitis et sue curie Petro, filio Theodori de Ghisla,

precipiendo sibi, quod a die presentationis harum ad duos menses proxime venturos personaliter vel per sufficientem responsalem et pagatorem, qui respondeat et solvat pro eo, si a curia condempnabitur, debeat coram eis comparere responsurus de jure Nicchole de Menze in una parte, de quarta parte unius debiti de octingentis quinquaginta yp̄p̄, quos sibi dare et solvere tenetur, ut continetur in carta, scripta manu diaconi Andree de Benessa notarii, in anno domini millesimo trecentesimo undecimo, indictione nona, die xx intrante mense . . . . Et in alia parte de yp̄p̄ mille quadringentis, quos dare et solvere tenetur, ut continetur in carta, scripta manu dicti diaconi Andree in anno domini millesimo trecentesimo quarto decimo, indictione xii, die tercio intrante mense novembris, Michaeli de Menze fratri suo et Junio de Georgio de uno debito yp̄p̄ ducentorum octuaginta, quos dare et solvere tenebatur Tripe de Georgio, patri dicti Junii, una cum Nicchola, filio condam Mathei de Bodaza, carta manu diaconi Andree de Benessa notarii, in anno domini millesimo trecentesimo sexto decimo, indictione xiiii, die iii exeunte mense madii; et de tercia parte unius alterius debiti de yp̄p̄ octingentis xxxiiii carta manu dicti diaconi Andree in anno domini millesimo cccxi, indictione nona, die xx intrante mense aprilis, et de vigore omnium dictorum debitorum, alioquin contra ipsum et bona sua procedetur prout de jure fuerit procedendum, eius absentia non obstante, et de presentatione harum latori presentium dabitur plena fides.

Cocarezo et Dobroqual Latesich juraverunt ad sancta dei evangelia ire et presentare predictas litteras eidem Petro[1]).

Die xx marzii. Bogoe preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona debeat ire vel transire per vineas domini Climenti de Gangulis et ser Mathei de Georgio positas in Breno, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxii marzii. Petrus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona debeat receptare vel aliquod auxilium dare Prodane, filie de Crancho et famule Andree Pauli de Sorco que auffugit ab eo, et tenebatur sibi servire v annis, pena ad voluntatem domini comitis.

Die martis v aprilis. Petrus publicus preco retulit se de mandato domini comitis, ad petitionem Thomasii Longobardi de Barolo, preconizasse in locis consvetis, quod si qua persona dedisset aliquod pingnus ipsi Thomaxio pro aliqua quantitate pecunie debeat illud exigere a dicto Thomaxio, videlicet a die dominico proxime preterito ad viiii, alioquin dabitur licentia ipsi Thomaxio, posse vendere dicta pingnora sine aliqua alia presentatione.

---

[1]) Eodem anno, indictione et die viii aprilis. Cacarezo et Dobroqual Latesich corerii predicti retulerunt eorum sacramento, coram domino Marco de Albasiis socio domini comitis et juratis judicibus Simone de Recux et Matheo de Petrena, sese presentasse et exhibuisse dictas litteras eidem Petro de Ghisla die martis sancti . . . . xxii marzii in zoba (sic) de Senize, loco dicto Zerestina.

Die x aprilis. Bogoe preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumet transire vel intrahere vineas Petri Vetrani et Petri de Zeria, pena ad voluntatem domini comitis.

Die x aprilis. Bogoe preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet intrahere vel transire per vineam Nicchole de Petrena, vel in ipsa aliquod dampnum facere posita in Jupana in capite inferiori, pena ad voluntatem domini comitis.

Dicta die. Domince preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumat intrahere vel transire per vineam Andree de Sorco positam in Breno, pena ad voluntatem domini comitis.

Die IIII madii. Bogoe preco communis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumet retinere in suo domo vel alibi Pripnam, filiam Cranoe et famulam Michi de Masscana, que auffugit ab eo, pena ad voluntatem domini comitis.

Die XXIII madii. Petrus preco communis retulit, se de mandato domini comitis ad petitionem magistri Dionisii gridasse in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumet modo aliquo vel ingenio receptare vel retinere in domo sua vel alibi Mile famule dicti magistri Thomasii, vel sibi aliquod auxilium, consilium, vel favorem prestare, pena ad voluntatem domini comitis.

Die XXVIIII madii. Petrus preco communis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumet modo aliquo vel ingenio intrahere vel transire per vineam et terram Cherne de Dersa, positam in Juncheto, vel in ipsis aliquod dampnum facere cum bestiis et sine, pena ad voluntatem domini comitis.

Die x junii, banitum fuit per Domince preconem, quod si quis habeat petere aliquod ius tam pro propinquitate quam alia de causa super bonis Marchi de Vulce, qui fuit interfectus super conduram Georgii Carosi compareat et faciat se scribi hinc per totum mensem presentem junii. — Maria Soror olim dicti Marchi presentavit se ut proximior[1]).

Die XVIIII junii. Bogoe preco communis de mandato domini comitis ad petitionem Sclaui Camerder gridavit in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumet intrahere vineam suam de Vmbola, vel in ipsa aliquod dampnum facere, pena ad voluntatem domini comitis.

Dicta die. Petrus preco communis retulit, se de mandato domini comitis gridasset in locis sollitis, quod nulla persona debeat paregiare nisi ad paregium Vmbole, pena ad voluntatem domini comitis.

---

[1]) Adscriptum reperitur charte adnexae.

Die iii julii. Petrus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona debeat intrahere vineam Marini de Ghetaldo, positam in Jupana, vel in ipsa aliquod dampnum facere, pena ad voluntatem domini comitis.

Die iii julii. Bogoe preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasset in locis sollitis, quod nulla persona debeat retinere Gradeca Belobratiz famulam Dabisei sartoris, que aufugit ab eo; pena ad voluntatem domini comitis.

Dominze preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumet retinere Radosclauam filiam Dobrosclaue et famulam Gilie de Gangulis que aufugit ab ea, pena ad voluntatem domini comitis.

Die vi julii. Petrus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod si que persona habeat petere aliquod ius tam pro propinquintate, quam alia quacumque de causa super bonis, que condam fuerunt Radox de Spico, qui fuit mortuus super condura Georgii Carosi in Ampulia, compareat coram domino comite et faciat se scribi cancellarie per totum istum mensem, alias ab inde in antea non audiretur.

Die xxiiii julii. Petrus preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasset in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet retinere vel acceptare Mathiam, filiam condam Rodoe, famulam Stane uxoris condam Mathei de Bodaza que aufugit ab ea, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxxi julii. Scuril preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumet retinere vel acceptare Medoe Mildrasich famulum suum, qui aufugit ab eo et tenebatur sibi servire iii annis, ut continetur in carta scripta manu diaconi Andree de Benessa notarii in anno domini mcccxxii, indictione quinta, die xxv aprilis; pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxi augusti. Petrus preco communis de mandato domini comitis gridavit publice et alta voce in locis sollitis tam in lingua latina quam in sclauonessca, qui velit aliquid dicere, vel opponere Scorote, qui est in fortia communis, de aliquo dampno, furto, derubatione, iniuria vel offensa per ipsum commissa vel perpetrata aliquo tempore hinc retro, compareat coram domino comite et faciat scribi cancellario suam lamentationem hinc ad xv dies proxime venturos et suas probationes, scientes quod eis fiet sumarie iustitie complimentum.

Die xxviii augusti. Petrus preco communis retulit se de mandato domini comitis ad petitionem Thomaxii de Barolo, publice et alta voce gridasset in locis sollitis, quod si qua persona dedisset aliquod pingnus eidem Thomaxio pro aliqua quantitate pecunie, hinc ad tres dies proximos debeat ipsum exigere a dicto Thomaxio, alias a dicto termino in antea dabitur sibi licentia posse vendere dicta pignora sibi impignorata.

Die viii octubris. Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Tripone fabro, precipiendo sibi, quod a die presentationis harum ad unum mensem proximum debeat comparere coram domino comite et sua curia ad solvendum relicta per Drasen, olim uxorem suam in suo testamento, vel obstendendum quare non teneatur solvere, alioquin a dicto termino in antea dominus comes concedet licentiam pitropis dicte Drase, posse vendere tantum de bonis suis que sufficiant usque ad integram solucionem relictorum per eam, et de presentatione harum Bogoe de Radidrac, latori presentium dabimus plenam fidem.

Die xviii octubris. Ex parte domini comitis et sui minoris consilii misse fuerunt littere Junio de Georgio precipiendo sibi, quod modo aliquo vel ingenio audeat vel presumet vendere, alienare, obligare et impignorare de bonis que condam fuerunt Draghi de Thoma positis in Cataro vel eius districtu avi Jacobi, filii condam Grube cuius est tutor, pena arbitrio domini comitis, et hec ad petitionem uxoris Marini Simonis de Binzola.

Die xxiiii octobris. Giue, filius condam Marini de Menze et Mladen gener de Gemiso eorum sacramento testificaverunt coram domino comite et juratis iudicibus Blaxio de Caboga et Michele de Menze, quod Bogoe de Radidrac presentavit et dedit eidem Tripono predictas litteras in Cataro, hodie sunt xi dies.

Die iiii mensis novembris. Petrus preco communis de mandato domini comitis et de voluntate sue curie gridavit in locis sollitis, quod nulla persona cuiuscumque conditionis existat, audeat vel presumet modo aliquo vel ingenio audeat vel presumet acceptare vel receptare in domo sua Jacominum, filium magistri Giramontis sub pena c yp̄p̄, et quicumque habeat eum in sua domo vel scit eum ubi est in continenti debeat eum manifestare vel presentare coram domino comite sub pena c yp̄p̄, et quicumque accusaverit contrafacientem habeat medietatem banni, si per eius accusam veritas poterit reperiri.

Die xii novembris. Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Pasque de Ghero precipiendo sibi, quod deberet restituere Pale de Domin Petrei yp̄p̄ lx den. gross. de Rudinico, quos sibi abstulit per furtum in Rudinico, loco dicto Cenarna, ut in lamentatione dicti Domin Pale continetur. Et si de dicto precepto sentiret se gravatum per se vel per sufficientem responsalem et pagatorem debeat comparere coram eo, obstensurus de jure suo a die presentationis harum ad unum mensem, alias procedetur contra eum, ut de jure fuerit procedendum.

Die xxx novembris. Radosclauo de Milos et Clappe de Prodan eorum sacramento coram juratis judicibus, Michel de Menze et Dobre de Sorco retulerunt se dictas litteras presentasse eidem Pasque in Cenarna die xx novembris, qui Pasqua, retulerunt, quod eis respondidit, quod nil acceperat eis, et postea dixit: si egoabs tuli sibi ipsos, habebam quare accipere.

Die iiii decembris. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis Andree del Seno, precipiendo ei, quod a die presentationis harum ad

duos menses debeat exigere vel exigi facere a magistro Conbe duos orales de seta pro xv yp̄p̄ pro pingnore, alias elapso termino dabitur ei licentia posse vendere dictos orales, et de presentatione harum latori presentium dabitur plena fides; per Clime Thomaxium.

Die iiii decembris. Petrus preco communis de mandato domini comitis ad petitionem Georgii de Gostina gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumat transire per vineam dicti Georgii positam in Dalafota vel in ipsa mittere aliquas bestias vel facere dampnum in ea, pena ad voluntatem domini comitis.

Dicta die. Petrus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona debeat intrare vineam Vole de Volze positam in Breno vel in ipsa aliquod dampnum facere, pena ad voluntatem domini comitis.

Die iiii decembris. Bogoe preco communis de mandato domini comitis ad petitionem Vite de Vitagne gridasse in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet intrahere vel transire per vineam et terras dicti Vite positas in Malfo vel in ipsis aliquod dampnum facere cum bestiis vel sine bestiis, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xx decembris. Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Domagne de Antonio in presentia pitropo Junii de Masibrada precipiendo sibi, quod omnes mercationes et res, que remanserunt penes eum tamquam de bonis dicti Junii debeat vendere pro meliori pretio, quod inde consequi potuerit, quod pretium in manu domini comitis raugusini debeat destinare per securum nuntium a die presentationis harum ad duos menses sub pena sibi arbitrio domini comitis aufferenda, sciens, quod de presentatione harum latori presentium dabimus plenam fidem.

Mcccxxiiii indictione vii. Die viii januarii. Petrus preco communis retulit se de mandato domini comitis ad petitionem Ghergi de Dominca gridasset in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet intrahere vineam et terram dicti Ghergi, quam tenet ad affictum a monasterio Lacrimonensi positam in Crestez, vel in ipsa aliquas bestias mittere vel facere aliquod dampnum, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxii januarii. Bogoe preco communis gridavit in locis solitis, quod nulla persona debeat intrahere vineam filiorum Jacobi de Casiza positam in Juncheto, vel in ipsa aliquod dampnum inferre cum bestiis vel sine, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxviiii januarii. Petrus preco communis de mandato domini comitis publice et alta voce gridavit in locis sollitis in latino et sclauonessco, quod quelibet persona, que vult venire Raugusium ad festum sancti Blaxii possit tute et secure venire, stare et reddire in avere et persona, eundo, stando et redeundo tribus diebus ante festum sancti Blaxii et tribus diebus post festum predictum, exceptis illis qui sunt baniti de civitate Raugusii de sanguine.

Die xii februarii. Petrus preco communis retulit se de mandato comitis ad petitionem Junii de Menze gridasset in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet intrahere vineam dicti Junii positam in Breno vel in ipsa aliquod dampnum facere cum bestiis vel sine bestiis, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xv februarii. Misse fuerunt littere ex parte domini comitis et sue curie per Marinum de Bogdanello, Sumana de Bratisso, ad petitionem Andree de Volzo precipiendo ei, quod a die presentationis harum ad tres menses subsequentes per se vel per sufficientem responsalem et pagatorem debeat comparere coram domino comite et sua curia ad respondendum de jure dicto Andree et ad solvendum si a curia sententiabitur, inprimis de uno debito et vigore ipsius de xxx yp̃p̃, quos dictus Sumanna et Manellus dela Madalena et Andreas, filius Pascalis et Marcus, filius Simonis eidem Andree dare et solvere tenentur, ut continetur in carta scripta manu diaconi Andree de Benessa notarii; et de quodam alio debito de yp̃p̃ lx et vigore ipsorum, quos una cum Andrea molinario et Andrea de Tupsa eidem Andree dare et solvere tenentur, ut continetur in carta scripta manu dicti diaconi Andree notarii, alioquin procedetur super ipsum et bona sua prout de jure fuerit procedendum, eius absentia non obstante, et de presentatione harum latori presentium dabimus plenam fidem.

Die xvii februarii. Dominze preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumet modo aliquo vel ingenio acceptare vel retinere in sua domo Eliam fratrem Prodasse et famulum Radeni de Prodassa, qui aufugit ab eo, hodie sunt iii dies et tenebatur sibi servire sex annis, carta manu diaconi Andree de Benessa notarii in anno domini millesimo trecentesimo vigesimo tertio, indictione sexta, die xv februarii, et abstulit sibi xii gross.

Die xviiii februarii. Petrus preco communis gridavit in locis solitis, quod nulla persona debeat intrare vineam Domagne de Poueressco positam in Jupana vel in ipsa aliquod dampnum facere vel incidere ligna montane sue, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxvi februarii. Petrus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod omnes ille persone que habuerunt de frumento communis hinc ad viii dies proxime venturos debeant illud solvere massariis communis sub pena unius gross. pro quolibet stario, scientes, quod non dabitur eius plus terminum.

Die primo marzii. Petrus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona tam rauguseus quam forensterius cuiuscunque conditionis existat cum suo vel alieno ligno super quo esset aliqua familia audeat discedere de portu Raugusii, nisi primo denuntient domino comiti qualiter ipse habeat familiam super ligno suo, et ubi vult ire, sub pena x yp̃p̃ pro quolibet patrono ligni. Et postquam

lominus comes fecerit zercare dictum lignum non audeat caricare aliquam liam familiam sub dicta pena. Et quod nullus audeat honerare aliquam amiliam post vesperas sub pena yp̄p̄ x pro quolibet et qualibet vice.

Die iiii marzii. Petrus preco communis retulit se de mandato domini omitis gridasse in locis solitis, quod nulla persona audeat intrahere ineam suam positam in Breno cum bestiis vel sine bestiis, vel aliquod lampnum in ipsa facere vel dare, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xviii marzii. Petrus preco communis de mandato domini comitis ridavit in locis sollitis, quod nulla persona debeat intrahere vineam lenze de Menze positam in Juncheto, vel in ipsa aliquod dampnum nferre cum bestiis vel sine, pena ad voluntatem domini comitis.

Dicta die. Petrus preco communis de mandato domini comitis grilavit in locis sollitis, quod nulla persona debeat intrahere vineam uxoris aurenzi de Sauina positam in Juncheto vel in ipsa aliquod dampnum nferre cum bestiis vel sine, pena ad voluntatem domini comitis.

Die dominico xxv marzii. Petrus preco communis de mandato domini omitis gridavit in locis sollitis, quod quecumque persona, que habet liquid petere vel recipere a domino comite vel eius familia hinc ad viii ies veniat et faciat se scribi cancellario communis quantum et a quo ebet recipere, cum ipse dominus comes sit paratus solvere et satisfaere illis qui sibi crediderunt, et de familia sua facere eis rationem. Et uod ab hodie in antea nulla persona audeat vel presumet mutuare vel acere credentiam alicui de familia sua cum pingnore et sine pingnore, cientes, quod nullum fiet eis jus et compellentur ad restitutionem pingoris sine aliqua solutione.

Die primo aprilis. Petrus preco communis gridavit in locis sollitis, uod nulla persona audeat intrahere vineam Bose de Vitagna positam Juncheto vel in ipsa aliquod dampnum inferre, pena ad voluntatem omini comitis.

Die xxiiii aprilis. Ex parte domino comitis et sue curie misse ierunt littere Giue de Prodano de Caboga, ad petitionem Vlachi famuli ii, quem promisit docere in arte sua quatenus a die presentationis arum ad xv dies debeat venire Raugusium ad tenendum et docendum ctum Vlacum eius famulum secum prout tenetur, cum ipse Vlacus sit aratus sibi servire et facere facta sua prout tenetur, alioquin dictus ominus comes cum sua curia liberabit eum ab omni servitute et sertio, quod sibi tenetur.

Die xxviiii aprilis. Bogoe preco communis de mandato domini mitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona debeat transire vel trare per vineam Pasque de Brissina positam in Juncheto, pena ad luntatem domini comitis.

Die iii madii mcccxxiiii, indictione septima. Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Petro de Balisclaua precipiendo sibi quod a die presentationis harum ad duos menses subsequentes per se vel per sufficientem responsalem et pagatorem, qui respondeat et solvat pro eo, si a curia condempnabitur, debeat coram ipso et sua curia comparere responsurus de jure Petro, filio Marcoli de Tediusio procuratore dicti sui patris de quodam debito de yp̃p̃ lxxvi et vigore ipsius, quos eidem Marcolo dare et solvere tenetur de presenti viagio, ut continetur in carta scripta manu diaconi Andree de Benessa notarii in anno domini millesimo trecentesimo vigesimo secundo, indictione, quinta die octavo intrante mense octubris. Et Gheruasio, filio Junii de Bona, de quodam debito de yp̃p̃ clxxxxvii et vigore ipsius, quos sibi dare et solvere tenetur de presenti viagio et ex potestate et auctoritate sibi data et concessa a Marino fratre suo, ut de ipsa auctoritate et potestate continetur in publico instrumento scripto manu diaconi Andree de Benessa notarii in anno domini millesimo trecentesimo vigesimo tertio, indictione sexta, decimo intrante mense septembris. Et prima carta ex qua data fuit dicta potestas scripta fuit manu dicti diaconi Andree de Benessa in anno domini millesimo trecentesimo vigesimo secundo, indictione quinta, die octavo decimo intrante mense septembris, alioquin procedetur contra ipsum et bona sua prout de jure fuerit procedendum et sibi videbitur esse iustum, eius absentia non obstante; sciens, quod de presentatione harum latoribus presentium nostris iuratis nuntiis dabimus plenam fidem.

Milos de Peruoe et Dobroqual corrador juraverunt ire et presentare dictas litteras eidem Petro.

Die xvi madii. Milos de Peruoe et Dobroqual coratores predicti, retulerunt eorum sacramento coram domino Vrso Justino, sedente loco domini comitis et juratis judicibus Martino de Petrena, Blaxio de Caboga et Michele de Menze se presentasse dictas litteras eidem Petro in Bossina die x madii.

Die xxvi madii. Pasqua de civitate veteri habitator Raugusii testis examinatus super predictis coram domino Vgolino Justino comite Raugusino et juratis iudicibus Marino de Petrena et Junio de Uolcasso suo sacramento dixit, quod iam sunt circa xviii dies, quod ego et Missco socius meus eramus in Captaro, et in nostra presentia Marcolus de Tupsa presentavit et exhibuit eidem Giue dictas litteras quas dominus comes sibi mittebat in servitio Vlachi famuli eius et de hoc sumus testes assignati per dictum Marcolum.

Missco Juanovich testis examinatus, ut supra, suo sacramento dixit ut idem Pasqua.

X. A. 1343.

Liber reformationum tempore egregii et potentis viri domini Marci Mauroceno, comitis ragusini, sub anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, indictione XI. Die XIIII madii aplicuit ad regimen civitatis Raugusii.

In consilio rogatorum sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxvi. consiliarii, posite fuerunt due partes. prima videlicet de donando domino comiti arbensi nuper venturo ad faciendum nuptias et secunda de non, et captum fuit per xxxv ipsorum de donando sibi non obstante una ballota posita in contrarium.

Item in eodem consilio rogatorum posite fuerunt due partes, prima videlicet pro honorando dominum comitem arbensem predictum, quod armetur una condura xxx remorum cum IIII naucleriis, cum qua ire debeant IIII nobiles homines, qui habere debeant pro eorum salario et expensis yp̄p̄ xx, et insuper quod dicto domini comiti donentur de avere communis pro dono et presenta chastrati xx et duas vigetes vini. Et secunda pars fuit de armando unam condurram xxx remorum cum IIII naucleriis cum qua ire debeant IIII nobiles homines ut dictum est, et insuper quod eidem domino comiti donentur xxx castrati et IIII vegete vini et capta fuit prima quatenus eat. Et secunda pars fuit solumodo de donando et presentando dicto domini comiti chastratos XL et IIII vegetes vini, et ea parta fuit prima pars per xxv ipsorum de armando una condurra xxx remorum, cum IIII naucleriis cum qua ire debeant IIII nobiles cum salario xx yp̄p̄ omnes simul. et quod donentur ei xxx chastrati et due vegetes vini, non obstantibus XI, qui fuerunt in contrarium.

Die IIII junii. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, quod de avere communis dentur nobili viro Vislauo omni die de quanto steterit in Ragusio yp̄p̄ duo in rebus comestibilibus.

Die quinto junii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum et deliberatum fuit, quod de avere communis dentur ex dono Francischino scribano domini Johannis Fuschareno olim comitis ragusini yp̄p̄ x.

Die octavo mensis junii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum et deliberatum fuit, quod de avere communis donentur domine imperatrici de Bolgaria, de avere communis yp̄p̄ x pro solvendo pensione domus in qua ad presens stetit.

Item in eodem minori consilio captum fuit de dando Mate de Grubessa yp̄p̄ VI. qui ivit commitus condure armate ad honorandum et sociandum dominum comitem arbensem usque Catarum, et ibidem dictus Mate servivit xv. diebus.

Item in eodem minori consilio captum fuit de mittendo pro dono uxori Petri de Sabe in pipere et cafarano yp̄p̄ duo, eo quod ipsa

recepit nostros nobiles homines in domo sua, qui iverunt Catarum ad honorandum comitem arbensem et insuper pluries presentavit eos.

Item in dicto minori consilio captum fuit de dando Marino de Zupana yp̄p̄ xv. pro naulo dicte condure, que ivit Catarum in servitio communis pro honerando dictum dominum comitem arbensem.

Item in dicto minori consilio, Jellena de Grubessa electa fuit sallinaria per dominum comitem.

Junius de Zeria, in dicto minori consilio electus fuit sallinarius per Menze de Menze.

Marcus de Babalio in dicto minori consilio electus fuit sallinarius per Marinum de Gurbessa.

Anno domini MCCCXLIII, indictione XI. die X. junii. De mandato nobilis et potentis viri domini Marchi Mauroceni honorabilis comitis ragusini et sui minoris consilii sono campane, incantatum fuit totum bladum communis quod recoligit in terris communis positis in Uergato pro anno presenti pluribus diebus per Bogoe preconem communis, et quia non inveniebatur qui plus vellet dare, datum et deliberatum fuit per ipsum dominum comitem et suum parvum consilium Nifico condam Nicole de Gondola pro yp̄p̄ xx cum omnibus suis consvetudinibus.

Die predicta. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt centum consiliarii, posite fuerunt due partes, prima videlicet de confirmando magistrum Tomasium cirologum pro duobus annis ad salarium communis, cum salario, pactis et conditionibus quibus stetit tempore preterito; et secunda pars fuit de non confirmando eum, et (per) LXXXVI. ipsorum consiliariorum capta fuit prima pars de confirmando eum, non obstantibus XIIII ponentibus in contrarium.

Item in maiori consilio posite fuerunt due partes, prima videlicet de confirmando eum pro duobus annis, et secunda pars de confirmando eum pro tribus annis, et per LXXII. consiliariorum capta fuit pars, de confirmando eum pro duobus annis, non obstantibus XXVIII. ponentibus in contrarium.

In minori consiliio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt capitanei sesteriorum. Junius de Dersa sesterii sancte Marie, Prode de Bisicha, sesterii sancti Nicole, Mate Marini de Menze, sancti Blaxii, Mico de Bona, sesterii sancti Petri, Vole de Volzo de sesterio Pustrine, Vita Rossini de Babalio de chastello.

In dicto minori consilio facti sunt capitanei custodie mensis. Felice Pasque de Gride, Vale de Dersa, Slaucus de Luca, Gergus Mate de Petraga.

Die mercurii XXV junii. Pasqua de Chiun in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit salinarius per Andream de Lucari.

Frane muto, in dicto minori consilio factus fuit salinarius per dominum comitem.

Fillie Gergi de Petragna, in dicto minori consilio datum fuit sale per Menz.

Lampridius de Bonda in dicto minori consilio factus fuit salinarius per Marinum de Rania.

Slaucus de Luca in dicto minori consilio factus fuit comes insullarum.

In minori consilio sono campane more solito congregato electi fuerunt ad eundem Stagnum et Ponenta ad exigendum denarios pascute et gustidie Stagni. (Bisti de Bona)[1] et Giunius de Chasica, Giue de Zerena.

Die sabbati xxviii junii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxv consiliarii, captum et deliberatum fuit (per) liii. ipsorum, quod illa reformatio, que facta fuit in maiori consilio die sexto aprilis proxime preteriti, in qua continetur quod nulla persona tam civis quam foresterius audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio conducere seu conduci facere Ragusium vel in suum districtum per mare vel per terram frumentum vel ordeum per totum mensem junii, debeat firma et rata durare per totum mensem julii proxime futuri cum omnibus illis conditionibus et penis, que in dicta reformatione continentur. Et quod a kalendis augusti proxime venturi in antea quilibet possit libere conducere et conduci facere frumentum et ordeum et omne bladum ad sui voluntatem. Salvo, quod nullus possit ipsum frumentum condu(c)tum modo aliquo vel ingenio per aliquem Ragusinum vendere a kalendis augusti predicti usque ad quintam decimam diem augusti, a quinta decima vero die mensis augusti in antea, quilibet posset frumentum, ordeum et omne bladum vendere in Rauguseo in locis ordinatis sicut sibi placuerit.[2]

Item in dicto maiori consilio captum et deliberatum fuit per l ipsorum consiliariorum, quod quelibet persona, que recipere debet denarios supra domum communis, possit accipere in pagamentum pro suo debito de frumento communis, pro precio quo venditur, usque ad illam quantitatem, que eis placuerit scomputando precium frumenti quod accipiet in debitum suum.

Die sabbati xxviii junii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxv consiliarii posite fuerunt due partes, prima videlicet de confirmando magistrum Fele protomagistrum communis pro uno anno, pactis et conditionibus, quibus stetit anno proxime preterito, et secunda pars fuit de non confirmando eum, et capta fuit prima pars per lx ipsorum, videlicet de confirmando eum pro uno anno cum salario, pactis et conditionibus, quibus stetit in anno proxime preterito, non obstantibus xvii. in contrarium.

Die primo julii. In minori consilio sone campane facti fuerunt capitanei sestororum: Menze de Menze, de sesterio Pustelle, Petraga Sauini de Bonda, sancte Marie, Mate Junii de Menze, santi Blaxii, Giue de Bona de sesterio sancti Nicole, Thoma de Dersa, de sesterio chastelli,

---

[1]) In msc. deletum.

[2]) In marg. Banitum fuit per Laurenzium.

In dicto minori consilio facti fuerunt capitanei custodie mensis: Georgi de Gleya, Lampridius Petri de Menze, Fuscus de Binzola, Petrus de Bicignolo.

Die eodem. In dicto minori consilio captum et deliberatum fuit, quod de avere communis dentur et donetur fratri Benuenuto, ordinis fratrum minorum yp̄p̄ x.

Die martis primo julii. Milgost stazionarius, Cuetan de Dragan, dati fuerunt tutores nepoti Marie Pancogole in minori consilio sono sono campane more solito congregato.

Die secundo julii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxx consiliarii, captum et deliberatum fuit nemine discordante, quod ad dandum materiam omnibus fidelibus communis Ragusii tam civitatis quam districtus, ut sin(t) pronpti ad servitia communis facienda, quod omnibus illis qui iverunt in galeam, vachetia (sic) et barcham armatam ad persequendum pirates, de qua arma(ta) fuit capitaneus Sauinus de Bonda, dentur cuilibet ipsorum de grano communis cupelli duo.

Item in eodem maiori consilio captum et deliberatum fuit de dando et donando Sauino de Bonda capitaneo supradicte armate yp̄p̄ xii de avere communis.

Item in eodem maiori consilio captum fuit de dando et donando Grube filio Marini de Grubessa comito dicte galee pro sua provisione yp̄p̄ viii de avere communis.

Item in minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt: Andrea de Lucari, Sauinus de Bonda qui deberent exstimare danum, vele et sartie condurre Marini de Zupana, que per commune accepta fuerunt pro galea armata in persecutione piratarum, qui exstimaverunt dari sibi pro salvamento dicti dampni yp̄p̄ x.

Die v julii. Giunius Felicis de Grede. in minori consilio factus fuit salinarius per dominum comitem.

Die viii julii. Menze, filius condam Laurentii de Menze electus fuit capitaneus custodie maris Narenti et Stagno loco Giue de Giaricha, in minori consilio sono campane ut moris est congregato, qui recessit ad suum officium xii. julii.

Die xviii julii. Thomas de Dersa, Giue Nicole de Gondola, in minori consilio electi fuerunt ad exigendum denarios vache de malgarisio.

Die xxiii julii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, quod carnes castratine debeant vendi fol. v. qualibet libra et alie carnes per rationem, hinc et per totum mensem augusti proximum. Bannitum dicta die per Laurenzium.

Dicta die. Nicus de Zauernico, Ziue Nicole de Gondola, in Puscela; Marinze de Zilipa, Nicus Marini de Volze, sancte Marie; Ghergus Vi-

talis de Petrega, Pale Andree de Sorco, sancti Petri; Nicola Andree de Sorco, Vita Rossini de Babalio, castelli; Mathe Junii de Menze, Andreas de Benessa, sancti Blaxii; Laure de Bodaza, Giue de Bona, sancti Nicole, in minori consilio, sono campane more solito congregato, facti fuerunt ad scribendum homines dictorum sesteriorum a xiiii annis supra et lxx annis infra, et fuit preceptum, ut usque ad diem veneris debeant dedisse in scriptis.

Die primo augusti, xi indictionis. In minori consilio, sono campane more solito congregato, Sime de Georgio factus fuit scribanus super condurra, cuius est patronus Mico Gauan, qui iuravit etc.

Nicola de Gride, capitaneus custodie mensis augusti, Marinus de Sclauoe, Vita de Zeria, Pasche de Chumo, Paulus de Petragna, in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit scribanus super condura cuius est patronus Marinus de Zupari vocata sanctus Andreas, qui iuravit etc.

Die primo augusti. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxviii consiliarii, posite fuerunt due partes, prima videlicet de confirmando magistrum Nicolaum de Padua physicum pro duobus annis, secunda fuit de non confirmando, et captum fuit prima pars, videlicet de confirmando eum pro duobus annis non obstantibus duobus ponentibus in contrarium.

Item in eodem maiori consilio, posite fuerunt due partes, prima videlicet de adendo sibi yp̄p̄ xx pro affictu domus ultra salarium, quod habuit anno preterito, quod fuit libr. viii gross. et secunda fuit de non adendo dictos yp̄p̄ xx, et captum fuit per lxi ipsorum de adendo sibi yp̄p̄ xx pro affictu domus ultra sallarium viii libr. gross.

Anno domini mcccxliii, die primo augusti. Item in eodem maiori consilio captum et deliberatum fuit per liiii ipsorum, quod ad expensas communis fieri debeant due scale de lapidibus in calcina iuxta illas duas portas ecclesie fratrum minorum, que sunt ex parte ponentis dicte ecclesie, ad hoc ut comedius possint persone intrare ad dictam̄ ecclesiam, que scale sive gradus fieri debeant sicud domino comiti et suo minori consilio visum fuerit et non aliter.

Die xii augusti. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxi consiliarii, captum et deliberatum fuit nullo ipsorum discordante, quod cum his diebus coram domino comite venerint multe querele et lamentationes adversus homines Dabisei, facientes multas derubationes et violencias hominibus nostri districtus et specialiter in Brenno, quod de avere communis soldizentur xx homines cum illo soldo, quo videbitur domino comiti et suo minori consilio et mittantur ad custodiam Brenni, qui custodire debeant dictum locum Brenni, hinc per totum mensem setembris, et habere debeant omni die pro suo sallario dupplum eius quod habebit unus dictorum xx custodum.

Die xii augusti. Lampredius Chiacha electus fuit capitaneus custodie Brenni in minori consilio, sono campane more solito congregato cum salario supra specificato, qui iuravit etc.; et recessit cum xx hominibus ad dictam custodiam die xiiii dicti mensis.

Dicta die. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, quod carnes castratine possint vendi fol. v libra per totum mensem setembris proximum, et alie carnes pro ratione.

Die xiiii mensis augusti. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxvii consiliarii, captum et deliberatum fuit per lx ipsorum. quod dominus comes cum suo minori consilio habeat libertatem hinc ad unum annum quotiens sibi placuerit accipiendi salem ab illis personis, qui haberent illum incanovatum Raugusii, pro illo precio, quod domino comiti et sui minori consilio videbitur, si opus fuit emere sal pro communi, et completo dicto anno, reformatio que facta fuit actenus, que dicit, quod illi qui habent salem incanovatum tenentur illum dare communi pro yp̄p̄ ii, remaneat in sui firmitate.

Anno domini mcccxliii. Die xiiii augusti. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxvii consiliarii, captum et deliberatum fuit, nullo ipsorum discrepante, quod illud planum Pasque de Stilo et Junii de Scocilcha, quod est ante civitatem Stagni totum sicud stat ad presens et esse debeat communis ad faciendum de ipso quicquid dicto communi placuerit, et quod eligantur tres nobiles viri qui assignare debeant dictis Pasche et Junio pro restauratione dicti plani tantum de partibus communis in Stagno simul et in uno loco quantum eis videbitur fore iustum.

Giue de Georgi, Petrus de Rauina, Felice Mathei de Grede electi fuerunt assignatores ad dandum et assignandum dictis Junio et Pasque tantum de partibus communis in Stagno in uno loco quantum eis videbitur pro restauratione illius plani, quod dicti Pasqua et Junius habent ante civitatem Stagni, ut supra dictum est.

Die xx augusti. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxvi consiliarii, captum fuit et deliberatum, per lxi ipsorum de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio posse se concordare et convenire cum quacumque persona, si placuerit et videbitur, quod frumentum de Apullea aducatur Ragusium usque in salmas mille, dando illi, seu illis qui dictum frumentum condusserint dimidium gross. pro quolibet sextario. Et qui conduxerit dictum frumentum posset ipsum vendere, ad sui beneplacitum.

Die primo septembris. Giue de Zerena, Pale de Sorgo, Giue condam Lucari de Bona, Felize Pasque de Grede, Cherne de Grede, Pale de Pabora, in minori consilio, sono campane more solito congregato, facti fuerunt capitanei sesterorum de mense septembri, qui iuraverunt etc.

Miche de Dersa, Mathe de Gerbessa, Pale de Bissiga, Vole de Dersa, in dicto minori consilio, facti fuerunt capitanei custodie de mense septembri, qui juraverunt.

In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXVI consiliarii, captum et deliberatum fuit, de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio posse se concordare et convenire cum quacumque persona si videbitur et placuerit, quod frumentum de Apullea aducatur Ragusium usque in salmas mille, dando illi, seu illis, qui dictum frumentum conduserint dimidium gross. pro quolibet stario, et qui conduserint dictum frumentum possint illud vendere ad sui libitum et voluntatem.

Die XXI setembris. Lampridius, condam Marini de Menze, electus fuit sallinarius per dominum comitem et suum minus consilium, et hec gratia fuit sibi facta eo, quod in servicio communis equus eius nimio labore obiit.

Dicta die. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXVIII consiliarii, captum et deliberatum fuit, per LXVII ipsorum, quod introitus gabelle sancte Marie maioris, qui olim erat deputatus ad hedificationem turrium et stallarum et aliorum operum communis, amodo in antea deputetur ad reparationem dicte ecclesie sancte Marie maioris.

Item in maiori consilio, ut supra, captum fuit et firmatum, per LX ipsorum consiliariorum, quod quilibet qui fuerit electus ad aliquod officium et habuerit aliud officium, de quo habeat aliquod salarium a communi, possit se tenere ad unum; quod si communi placuerit, et aliud refutare, et quod nullus possit habere duo officia amodo in antea.

Die XXII setembris. Giue Tediusio in maiori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit comes Stagni secundum ordinem civitatis pro sex mensibus, qui comes tenetur habere et tenere continue in dicto suo regimine IIII famulos et tres equos, et pro suo sallario et soldo dictorum IIII famulorum suorum et equorum et omnibus suis et dictorum tam famulorum quam equorum expensis habere debeat yp̄p̄ ducenta. Et insuper teneatur et debeat tenere secum suis expensis cibi et potus, presbiterum cancellarium suum, et commune teneatur solvere dicto presbitero cancellario suo sallarium consvetum. — Qui recessit ad suum regimen die quinto novembris.

Dicta die setembris. Petrus de Rauina in maiori consilio, sono campane more solito congregato, electus fuit capitaneus in Tersteniza secundum consvetudinem civitatis pro sex mensibus cum salario yp̄p̄ centum. Qui capitaneus teneatur habere in dicto suo regimine, ad eius soldum et omnibus suis expensis duos famulos et duos equos; cui capitaneo debent obedire homines de Dobraue et omnes alii de Dobraue versus ponentem et quod semel in mense debeant se convenire cum comite Stagni in codam loco communi pro bona conservatione totius ponte, et teneantur se ad invicem subvenire si necesse fuerit. — Qui recessit ad suum regimen die ultimo octubris.

Milgost stazonarius, Radolin stazonarius, in minori consilio, sono campane more solito congregato, dati fuerunt tutores Vele, filie condam Maroe Stepanich de Zuppana simul cum Dobra, matre dicte Vele.

In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXXVIII consiliarii, captum et deliberatum fuit, per LXVI ipsorum, de firmando ordine custodie, secundum quod infra per capitula continetur non obstante ordine custodie actenus facte. In primis, quod omni mense eligantur IIII capitanei custodie mensis et sex capita sexteriorum, quorum officium sit custodire, illo modo et ordine quo continetur in quadam reformatione facta tempore nobilis et potentis viri domini Phylippi Bellegno sub anno domini MCCCXLI, die XXVI aprilis, excepto, quod illi XX homines qui habebant a communi omni mense gross. XV amplius non soldizentur, et quod quodlibet capud sexterii habeat omni mense a communi pro suo sallario yp̄p̄ duo, et ille capitaneus sive capud sexterii qui vel quod eligetur per unum mensem non possit iterum elligi ad dictum officium nisi inde ad unum annum subsequentem.

In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXXVIII consiliarii captum et deliberatum fuit, eorum nemine discordante, quod ad hoc ut civitas melius et tucius custodiatur, quod anno in annum omni anno, in minori consilio eligantur duo nobiles homines civitatis boni et sufficientes, quorum officium sit tenere librum custodie et omnes alias scripturas, que ad custodiam civitatis pertinent, et facere omnia que pertinent circha ordinem custodie, et dare ordinem quolibet mense pistoribus, capitaneis et capitibus sexteriorum, quorum officium durare debet per unum annum et habere pro quolibet in anno yp̄p̄ decem.

Saue de Bonda, Mathias de Grede, in minori consilio, sono campane more solito congregato, facti fuerunt officiales custodie noctis.

Bogun et Radulinus stazonarii electi fuerunt tutores Vele Marini, filii condam Stepan de Zupan, in minori consilio, sono campane etc., qui iuraverunt etc.

Anno domini MCCCXLIII, die XXVIIII setembris, festo sancti Michaelis. Isti sunt officiales electi tempore nobilis et potentis viri, domini Marchi Moraceno honorabilis comitis Ragusini, officium quorum durare debet usque ad unum annum.

Iudices: Giunius de Giorgio, Dobre de Sorgo, (Felice de Grede, die XXVI novembris), Clementus de Goze, Sime de Benessa, Nicola de Lucari, (Marinus Junius de Bona, die VIII junii).

Consiliarii: Marinus de Binzola, Nale de Zerena, Jure de Caboga, Giue de Serecha, Giue Nicole de Gondola, Mate Junii de Menze, (Nicchola de Bucchia, die VIIII julii), Picarius Saue de Bonda.

Advocatores maioris curie: Marcoliza de Cirena, Mate Marini de Menze, Giue de Caboga, (Pale condam Dimitrii de Pabora), Mate Felicis de Grede.

Justiciarii: Ghabrielus de Gleda, Luce de Lucari, Marinus de Ranina, Petrus de Poza, Nale de Prugulo.

Advocatores communis: Junus de Dersa, Marinus de Uolzo, Nicola de Polscesta.

Judices parve curie: Tomas de Dersa, Poue de Catena, Vlacus de Resti.

Advocatores parve curie: Petrus de Crancha, Luce de Scharichio.

Camerlengi: Paulus de Sorgo, Giue de Zirena (Maroe de Catena), Giue de Bona, die xxviiii julii Vlacus filius condam Marini de Slaui.

Fondatarii: Jache de Gondola, Vita de Zeria (cassatus die ultimo aprilis, quia ivit ad Stagnum), Marinus Nicole de Goze, Andreas condam Palme de Sorgo, die ultimo aprilis.

Procuratores sancte Marie: Felice Mathie de Grede, Martinus de Menze, Andreas de Bodaza.

Passatores extra civitatem: Pale de Resti, Bone de Gungola, Dame de Bucignolo (Mico Junii de Bona die xi. aprilis).

Passatores in civitate: Jacobus de Matessa, Bosie de Vitane (Misce de Gayslavo).

Super arma communis: Dime de Mascagna, Prode de Bisicha.

Super terrenum et sale communis: Nifficus Nicole de Gondola, Dobre Petri de Menze, Blasius de Bodaza.

Super laboreto arsenatus: Giue Mathei de Giorgio, Giue Pauli de Gondola, (Syme de Binzola die xxii. julii), Pasqui de Bucignolo (Marinus condam Lucari de Bona, die xxviiii jul.).

Super cecham communis: Marinus Junii de Bona (Maroe Junii de Menze), Nicus Andree de Sorego, Vita ser. Mathei de Giorgio (Giue de Teduysio xviii. junii), Laurizza de Volcasso.

Super navigii et arma: Vale de Dersa, Nixa de Sarecha, Dobre de Binzola.

Scribanus becharie: Andreas ser Marini de Ranina.

Super ponderando frumentum: Marinus de Spaualdo, Vita de Binzola.

Judices questionum partium Ponte: Andreas de Lucari (Vole de Volzo), Todorus de Bodaza, Nicola Jacobi de Sorego (Nicus de Zauernico die xviii junii).

Comes Granose: Nicus de Scocilcha.

Officiales custodie civitatis: Andreas de Petraga, Nicus Marini de Uolzo.

Procuratores monasterii Lacromonensis: Dobro de Sorco, Michael de Dersa.

Advocatus monasterii Lacromonensis: Gabriel de Gleda.

Consilium rogatorum: Giue de Giorgio, Stipe de Sorego, Paulus de Gondola, Martinus de Menze, Nicola de Petragna, Vrsius de Zirena, Lauriza de Volcasso, Marcoliza de Cirena, Felice de Mathia, Gabriellus de Gleda, Marinus de Volzo, Marinus Junius de Bona, Paulus de Rasci, Nificus de Gondola, Dame de Bucignolo (mortuus), Giue de Caboga (mortuus), Pasqua de Bucignolo (mortuus), Nicola de Posestra, Tomas de Dersa, Junius de Dersa, Luce de Lucari, Vita filius ser Mathei de Giorgio, Blasius de Bodaza, Petrus de Poza, D. magna de Menze, Andreas de Lucario, Michael de Dersa, Vole de Uolze, Mathe de Grede, Nicola Jacobi de Sorego, Marinus de Grubessa, Matheus de Giorgio, Thodorus de Bodaza, Marinus Lucari de Bona, Giue Pauli de Gondola, Lucas de Gambe, Ursus de Zerena[1], Felize Mathei de Grade, Lampre Laurenzi de Menze (mortuus), Syme de Binzola, Vita de Sorco, Pasqua de Goze,

---

[1]) Hocce et quae sequuntur nomina alia manu adscripta sunt.

Nicola Laurentii de Menze, Andreas Palme de Sorgo, Nichsa de Saracha, Petrus de Grubessa, Vestis (?) de Zerena, Andreas de Bodaza, Giue de Teudisio, Giue de Catena, Nicola de Lucari, Giue de Resti, Marinus de Pesta.

Anno domini millesimo trecentesimo xliii, die ultimo setembris. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem interfuerunt xxxviii. consiliarii, captum fuit et deliberatum, uno solummodo discordante, quod dominus comes cum suo minori consilio habeat libertatem posse se concordare cum qualibet persona que vellet conducere furmentum Ragusium et quod possit dare omnibus qui ipsum furmentum vellent conducere pro quolibet stario uno grosso infra, intelligeñdo, quod sub isto ordine possit se concordare cum illo patrono seu mercatore furmenti, qui est ad presens cum furmento a Lacroma.

In dicto maiori consilio captum et deliberatum fuit, quoniam reformatum fuit pridie, quod nulla persona cuiuscumque conditionis esset, nullo modo vel ingenio audeat conducere seu conduci facere furmentum vel ordeum per mare vel per terram Ragusium, cuius rei causa gabellotti fundaci magnum dampnum passi sunt tam occasione introitus quam etiam occasione stacionum, quod pro restauratione et emenda cuiusquam sui dampni et interesse ac etiam pro v. stationibus, quas commune tenuit in suo servitio, dentur dictis gabellotis presentis anni yp̄p̄ xl.

In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum quod carnes castratine possint vendere ad rationem vi foll. libra, et alie pro ratione usque ad festum nativitatis domini proximum.

Die quinto octubris. Brancho filius Terdislaui Dobrauchich, in minori consilio, sono campane more solito congregato, de gratia speciali factus fuit civis Raugusii, qui iuravit ad sancta dei evangelia esse fidelis domini ducis Venetie, domini comitis et communis Ragusii, et facere omnes factiones tam reales quam personales, et esse obediens omnibus preceptis, que de cetero, per ipsum dominum comitem et commune Ragusinum de cetero inponentur.

Die sexto octubris. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem interfuerunt lxxiii consiliarii, captum et deliberatum fuit per lxxi ipsorum de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio incantandi doanam ragusanam et delliberandi illam sicut ei placuerit et pro quanto eis videbitur.

Item captum et deliberatum fuit in dicto maiori consilio, per lxvii ipsorum de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio posse incantare et delliberare sallinas Stagni usque terminum quinque annorum et non plus, et deliberandi illas pro quanto dicto domino et suo minori consilio videbitur.

Die xi. octubris. In maiori et generali consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxv consiliarii captum fuit et firmatum, per lxv. ipsorum consiliariorum quod

processus et consilium factum tempore nobilis viri domini Johannis Fuscari olim comitis Ragusini . . . usque nunc sit cassum, vanum et nullius efficacie vel valoris.

In dicto maiori consilio, sono campane ut dictum est, captum fuit et firmatum, per omnes nullo contrario ipsorum consiliariorum, de dando plenam et liberam potestatem, auctoritatem et bayliam dicto comiti et suo minori consilio, quod per propriam . . . posset facere gratiam donandi et concedendi de terra communis supra sanctum Jacobum cuidam qui vult facere ecclesiam ibi, terrenum pro faciendo ecclesiam et ortum, et terrenum pro faciendo domos et casalia, et terrenum pro villanis qui stabunt ibi, et illos frinchari et dare frinchigiam sicud . . . videbitur domino comiti et suo minori consilio.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum, per omnes nullo discordante, de concedendo gratiam ambassatori domini regis Racxie posset inmittere civitatem Ragusium pro suo usu et familia quedam sua barilia, que habet plena vino, non obstante reformatione et statuto in contrario loquenti.

Die xxi. octubris. Trippicus de Goze, electus fuit salinarius per Junium de Giorgio in minori consilio, sono campane more solito congregato. Marinus de Spaualdo electus fuit sallinarius per Simonem de Benessa in minori consilio, sono campane more solito congregato. Filius Jache de Crosi electus fuit salinarius per Climentum de Goze, in minori consilio, sono campane more solito congregato. Filius Dragotte de Dersa, electus fuit salinarius per Jure de Chaboga, in minori consilio sono campane more solito congregato.

In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum et deliberatum fuit, quod de avere communis dentur pro eleemosina fratri Petro ordinis Predicatorum de conventu ragusino, fratri . . nepoti suo, ituris ad studium yp̃p̃. x.

Eodem die. In minori consilio sono campane more solito congregato, ad petitionem, requisitionem ac precibus domine abbatisse monasterii sancti Bartholomei et sui conventus pro commodo et evidenti utilitate dicti conventus captum et deliberatum fuit, de concedendo libertatem dicte abbatisse et sui conventui posse locare ad affictum eorum territorium, quod est positum sub dicto monasterio usque ad viginti annos omnibus personis, que voluerint in dicto territorio construere domos lignaminis pro illo affictu, quod deliberatum fuerit ad incantum, et quod infra dictum terminum dictorum viginti annorum ulla novitas fieri possit a dicto monasterio illis personis, que dictum territorium acceperint ad affictum.

Die xxv. octubris. Domin Vitale de Cranca, et Matheus Derse, sindici communis recesserunt de Ragusio ad eundum ad romanam curiam.

Anno domini mcccxliii. Die octavo mensis novembris. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxiii consiliarii, captum et deliberatum fuit per

LXVIIII ipsorum, quod Bosie de Vitane non possit nec debeat ab odie in antea venire ad aliquod consilium maius vel minus nec rogatorum, nec ad quod aliud consilium civitatis, nec accedere personaliter ad aliquam curiam, videlicet magnam vel parvam, nec habere possit aliquod officium nec beneficium civitatis nec districtus Ragusii, quousque dictus Bosie non solverit communi Ragusio yp̄p̄ quadringentos, quos idem Bosie solvere tenetur dicto communi occasione doane maioris, quam dictus Bosie posuit ad incantum pro yp̄p̄ VIIIIM quingentis, quam doanam seu incantum postmodum dictus Bosie renuntiavit in manus domini comitis et sui minoris consilii, que quidem doana nomine et pro parte dicti Bosie iterum incantata et deliberata fuit de consensu et voluntate dicti Bosie pro yp̄p̄ VIIIIM et centum Petro de Pozza. Et si dictus Bosie huic reformationi in aliquo casu contrafaceret vel veniret per modum aliquem vel ingenium, quod pro quolibet casu et qualibet vice qua contrafaceret vel veniret contra predicta vel aliquod predictorum, stare debeat uno mense in carceribus communis. Et nichilominus hec reformatio et omnia, que in ia continentur contra dictum Bosie firma perdurent, donec ipse Bosie entegraliter communi persolverit dictos yp̄p̄ quadringentos.[1])

Anno domini MCCCXLIII, indictione XI. die octavo novembris. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXXIII. consiliarii captum et deliberatum fuit per XLVIII ipsorum de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio posse eligere quinque sapientes, qui providere et consulere debeant de corepcione statutorum, et ea, que per dictos sapientes fuerint adinventa, dicti sapientes reducere debeant ad dominum comitem et suum minus consilium, et ipse dominus comes cum suo minori consilio reducere debet predicta ad maius et generale consilium; et circha corepcionem statutorum illud solummodo sit firmum et ratum, quod per dictum maius et generale consilium fuerit deliberatum et firmatum.

Die XV. novembris. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum et deliberatum fuit, quod Giue de Scorento, possit conducere seu conduci facere Ragusium viginti milliaria casei cum infrascriptis pactis et conditionibus videlicet, quod dictus Giue dictum caseum debeat condusisse in Ragusium hinc ad unum mensem, et quod

---

[1]) Deletum, atque in margine adnotatum: „Revocata est". Dein sequitur:
Anno domini MCCCXLV. indictione XIII. die XVI. madii. In minori consilio sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXXXIIII. consiliarii captum fuit et firmatum, per LVIII ipsorum consiliariorum, quod ob reverentiam Dragis Mane, matris eius et propter inopiam Bose de Vitagni predicta reformatio processus facti super ipsum Bose et pena yp̄p̄ CCCC, in quibus ipse Bose incidit ex eo, quod incantavit doanam magnam tantum, quod postmodum fuit minus deliberata dictum pretium yp̄p̄ CCCC de gratia speciali cancellatum ex toto et remittatur sibi pena yp̄p̄ CCCC, et quod ipse Bose remaneat in eo statu, sicud alii nobiles homines.

quando dictum caseum seu pars ipsius venerit Ragusium, dictus Giue denuntiare teneatur domino comiti, quantum caseum per eum conductum est Ragusium, quod quidem caseum tenetur ex pacto tenere in Ragusio uno mense et dimidio, et omni die vendere de dicto caseo in platea communis omnibus emere volentibus; et si dictus Giue a die qua dictum caseum conductum erit Ragusium, usque ad unum mensem et dimidium ipsum caseum totum vendere in Ragusio non poterit et domino comiti et suo minori consilio videbitur, quod per ipsum Giue non stetit nec remansit dictum caseum ad vendendum in Ragusio, quod dictus Giue post dictum mensem et dimidium possit extrahere de Ragusio totum illum caseum, quod sibi restabit ad vendendum de dicta quantitate viginti milliarum.

Anno domini MCCCXLIII, die XV. novembris Junius de Dersa, Martinussius de Menzio, Martolus de Cirena, Nicola Jacobi de Sorego, Mate Felicis de Gride, in minori consilio electi fuerunt sapientes ad providendum super corepcione statutorum.

In minori consilio etc. captum et deliberatum fuit, quod ad presens dentur cuilibet custodie Stagni pro parte solutionis dicte custodie Stagni duo staria de furmento communis ad rationem de grossis viginti pro quolibet stario, insuper dentur cuilibet custodie in follaris yp̄p̄ duo.

Die XXV. novembris. Giue de Sarecha et Andreas de Petraga, in minori consilio sono campane etc. dati fuerunt tutores filii Gergi de Petraga.

Anno domini MCCCXLIII, die XXVIIII. novembris. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXII consiliarii. captum et deliberatum fuit per XLII ipsorum. Motis precibus communis Farre tanquam nostrorum specialium amicorum de faciendo gratiam Rolando, nomine et pro parte dicti communis posse naulizare semel unam de barchis nostrorum civium vel districtus portate ducentorum sestariorum, cum qua possit semel conducere ad dictam civitatem Fare usque ad quantitatem ducentorum sestariorum furmenti, unde sibi placuerit illud accipere preterquam de Ragusio et suo districtu.

Die quinto decembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et deliberatum, de ponendo partem in maiori consilio, si eis videtur facere gratiam Mathe, filio Felicis de Grade, videlicet de remittendo ei penam XXV, quam incidit secundum formam statuti eo, quod renuit ire sindicus communis in curiam domini pape.

Die ultimo decembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, Matias de Ribuxa factus fuit capitaneus in Stagno ex late(re) maris Narenti pro sex mensibus cum salario et commissione consveta.

Item in dicto minori consilio Giue de Villano, factus fuit vicecomes ysularum.

XI. Anno 1344.

Anno domini mcccxliiii. die xv. januarii. In maiori consilio, sono campane, ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxv. consiliarii captum et deliberatum fuit, per lxv. ipsorum de mittendo pro uno sufficienti et solempni medico physico cum illo salario et pactis, quibus videbitur domino comiti et suo minori consilio.

In eodem maiori consilio captum et deliberatum fuit per lxvii ipsorum consiliariorum de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio de mitendo domino regi Raxie unam sollempnem ambassiatam cum illa commissione et cum illis donis, cum qua et quibus videbitur domino comiti et suo minori consilio.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et deliberatum per lx ipsorum consiliariorum, quod ille seu illi qui elligerint ad eundum ad dictam ambasiatam non possint refutare dictam ambasatam sub pena ducentorum yp̄p̄. non obstante forma statuti in quo continetur pena solumodo xxv. yp̄p̄.

Simo de Benessa, Martolus de Cerena et Pasqua de Poze, ambassatores cum salario et familia, expensis, sicud alii habent et cum commissione fienda in consilio rogatorum.

Die xv. januarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum et firmatum fuit, quod de gracia speciali Giue de Siorento possit extrahere de Ragusio milliaria decem chasei, dimitendo in Ragusio milliaria quinque casei, et quod dicta quinque milliaria casei ydem Giue teneatur vendere in Ragusio ad minutum in platea communis, et quod de dicto caseo omni die donec duraverit vendere tenetur omnibus volentibus de ipso emere, ut moris est.

Die xxv. januarii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxiiii consiliarii captum et deliberatum fuit per lxi. ipsorum, quia usque in presentem diem per dominum comitem et suum parvum consilium salline Stagni non potuerunt affictari alicui persone pro iusto precio, quod si ipse dominus comes cum suo minori consilio dictas salinas non poterit affictare ad incantum pro precio quod sibi videatur iustum et rationabile, dictus dominus comes cum suo minori consilio ab odie in antea constituere et ordinare debet officiales supra dictas sallinas Stagni, non obstantibus tribus ponentibus in contrarium.

Die xxv. januarii. Clemens de Goze, Nicola de Menze, Petrus de Pozza, Nicus de Sorego, uxor condam Michaelis de Menze, in minori consilio, sono campane more solito congregato, dati fuerunt tutores filie condam Michaelis de Menze, nate ex secunda uxore.

Bona de Priasno per Syme de Benessa, Parue de Capsicza per Nale de Perena, Felice de Pasqua de Grade per Mathe de Menze, uxor Vrsi de Gleia, in minori consilio, sono campane more solito congregato, facti fuerunt salinarii.

Giue de Georgio in minori consilio, sono campane more solito congregato, electus fuit tutor heredum Georgii de Gangulo prime uxoris, cum Todero de Bodazia, qui iuraverunt.

Andre de Bodaczia et Mathe de Grede, in minori consilio sono campane more solito congregato, electi fuerunt tutores heredum Jorgii de Gangulo secunde uxoris, qui iuraverunt.

Die x. februarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum de eligendo unum hominem pro suprestanti laborem salinarum communis de Stagno, qui suprestante ire debeat cum duobus ex minori consilio ad Stagnum et esse cum comite Stagni et cum aliis quibus ei videbitur esse, et totum ordinem et modum, qui dabitur eodem suprestanti per dictos duos minoris consilii et per comitem Stagni debeat facere et executioni mandare, et totum modum et ordinem, qui dabitur eidem suprestanti, debeant predicti duo minoris consilii referre domino comiti et suo minori consilio, qui suprestante habere debeat a communi pro suis expensis et salario libras yp̄p̄ x. in mense, et ibi debeat stare ad beneplacitum domini comitis et sui minoris consilii.

Giue de Saracha, Mathe condam Junii de Menze, minoris consilii qui debent ire ad Stagnum cum suprestante.

Menze condam Luna de Menze suprestante.

Die predicta. In minori consilio sono campane more solito congregato, Vinize de Bucignolo fuit electus ad eundum Venetias pro galea, quam concedit ducalis dominatio communi ragusino, et pro remigio cum salario yp̄p̄ x in mense. Manze de Zeria factus fuit scribanus ad eundum cum dicto Vinice pro dicta galea cum salario yp̄p̄ vi in mense.

Die xviii. februarii, xii. indictione. Martolus de Zirena et Nicola condam Jacobi de Sorego, in minori consilio dati fuerunt tutores filie Maroe Junii de Uolcaso.

Die xxiiii eiusdem. Stipe de Canligo, Angelus de Messi, uxor Bobycye, in minori consilio dati fuerunt tutores heredum dicti Bobicye.

Die xxvi. februarii. Radolinus stazonerius, Radoslauus Caliz et Cueta uxor condam Clapce Orbi, in minori consilio sono campane more solito congregato, dati fuerunt tutores bonorum condam Clapce Orbi, qui iuraverunt.

Die ultimo februarii. Lampridius de Menze, in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit comes Brenni, cum salario xl yp̄p̄.

Anno domini mcccxliiii, indictione xii. Magister Jacobus de Padua physicus ex virtute et auctoritate syndicatus dati et concessi Mencio condam Laurenzii de Mencio a domino comite et suo minori consilio, et etiam ex auctoritate atributa ipsi domino comiti et suo parvo consilio

a minori et generali consilio civitatis Ragusii, adsumptus fuit ad salarium communis pro uno anno; qui magister Jacobus prefatus habere debet pro suo salario dicti anni yp̄p̄ ccc, et omni mense pagam unius mensis, et tenetur exercere artem suam cum illis pactis et conditionibus, quibus tenetur magister Nicolaus de Padua et prout actenusceteri physici salariati communis medicare consveverunt. — Qui applicuit Ragusium die xxi februarii.

Die ii marzii. Quoniam custodia Stagni non fiebat cum illo ordine, modo, qui ad bonam custodiam requiritur, ex quo Stagno et tote Punte et per consequens civitati Ragusio poterat magnum dampnum et periculum yminere, ideoque in maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt cii. consiliarii, captum et deliberatum fuit per lxi. ipsorum, quod ad hoc de cetero in Stagno tucior custodia fiat, soldizentur de avere communis xxiiii boni et probi homines de Ragusio, qui habere debeant in anno pro suo soldo pro quolibet yp̄p̄ xxx, et omni mense quilibet eorum habeant pagam suam a doana maiori communis, qui xxiiii soldati teneantur custodire omni nocte, videlicet duo pro qualibet posta.

Anno domini mccoxliiii, indictione xii. Die xv. marzii. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxvi consiliarii, captum fuit et firmatum per lxxiii ipsorum consiliariorum de faciendo gratiam Luche de Gambe posse extrahere de Ragusio de suo frumento starios mille frumenti et ferre illud Venetias, dummodo dictus Lucas teneatur et debeat ad omnem voluntatem domini comitis facere venire de frumento Apulie mille starios frumenti infra unum mensem postquam dominus comes sibi denuntiaverit, et si de Apulia habere non posset, quod tracta esset vetita, quod ipse teneatur totidem starios mille conduci facere Ragusium infra dictum terminum de Spinarecia, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxi. marzii. In minori consilio sono campane more solito congregato, facta fuit gratia Clime de Gloia posse extrahere de Ragusio starios c. de suis fabis et navigare ad illas partes ubi sibi placuerit in terris amicis domini ducis ac communis Venetiarum, dummodo teneatur et debeat ad nomen Ragusii starios cc frumenti, hinc videlicet. . . . . .

In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt centum duo consiliarii, captum fuit et deliberatum per lxxxxvi ipsorum de confirmando Soffredum in cancellarium communis pro uno anno cum salario sex librarum gross. in anno, cum condicione, quod amodo in antea dicto Soffredo non augmentetur salarium ultra dictas sex libras gross. et quod Simon ser Chelli eius socius habeat medietatem lucri pene.

In eodem maiori consilio Simon ser Chelli fuit confirmatus ad officium cancellarie pro uno anno cum sallario quatuor libr. gross.

Die septimo aprilis. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum et deliberatum fuit de eligendo unum socium Menze del Gallo, officialem super sallinas Stagni, qui socius debeat stare

ad Stagnum cum dicto Menze, et habere qualibet die gross. v usque ad kalendas madii, et a kalendis madii in antea quilibet ipsorum, tam Menzius quam socius eius, habere debeat qualibet die gross. v pro quolibet, tam pro salario, quam pro eorum expensis de tanto tempore, quanto ad dictum officium steterint.

Vita de Cenia electus fuit socius dicti Menze ad dictum officium sallinarum cum pactis et conditionibus supradictis.

Item in dicto minori consilio Laurenza de Bodaza electus fuit officialis cum salario gross. x in mense, qui stare debeat in Ragusio et respondere dicto Menzio et eius socio de omnibus, que ipsi officiales significabunt ei pro necessitate et oportunitate sallinarum et tocius sui officii[1]).

Die xi aprilis. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt cxiiii consiliarii, captum fuit et firmatum, per ciiii ipsorum consiliariorum, de concedendo licentiam Luche de Gambe posse extrahere de Ragusio mille salmas frumenti de suo frumento et ferre Venetias conputando in ista instantia mille salmas starios, mille frumenti concessi ad extraendum dicto Luche die xv martii, cum hac conditione, quod dictus Lucas teneatur et debeat ad omnem voluntatem domini comitis facere conduci de frumento Apulie totidem Ragusium, et si de Apulia haberi non posset, videlicet, quod tracta esset prohibita, quod ipse teneatur totidem videlicet salmas mille conduci facere Ragusium eodem modo de Spinareza, pena ad voluntatem domini comitis.

Marcus de Babalio, in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit sallinarius per dominum comitem.

Catarina de Scilo in dicto minori consilio, facta fuit sallinaria, electa per Niccholam de Lucari.

Uxor Simonis de Recus facta fuit salinaria in dicto minori consilio, electa per Giue de Sarecha.

Nifficus de Bodaza in dicto minori consilio, factus fuit sallinarius electus . . . .

Die xxiii aprilis. In minori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxxviii consiliarii, exclusis illis de consilio, qui non potuerunt nec debuerunt interesse secundum formam statuti.

Mate condam Junii de Menzio factus fuit comes Stagni pro sex mensibus cum eisdem pactis et commissis quibus stetit Giue de Tediussio et alii. Qui secessit die primo junii ad eundum ad dictum suum regimen.

Die xxv aprilis. Angelus de Massi, in minori consilio, sono campane more solito congregato, datus fuit tutor una cum Domagna Labio, pupille Millatici aurificis, videlicet Millize, cui Angelo commisum

[1]) Die vii julii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, quod consideratis laboribus, quod Laurenza predictus habet pro dicto officio, quod sibi addatur sallarium prouti decet gross. x in mense, debet habere ab hodie in antea gross. ii qualibet die incipiendo a viii julii.

fuit, quod exercere debeat cum dicto Domagna tutelam predictam ab hodie in antea solummodo ad recipiendum, dispensandum et ministrandum yp̄p̄ centum viginti tres, qui debent exigi a communi de profictu suorum denariorum temporis preteriti.

Die xxvii aprilis. Per Dobre de Binzola, Sauinum de Bonda, Marinum Poli de Sorgo, Nifficum de Galozo et Matheum condam Junii de Menze officiales super laborem Stagni, facta et reddita fuit ratio in minori consilio, sono campane more solito congregato, de omni et toto eo quod pervenit ad manus eorum, et pro expensis per eos factis occasione dicti officii usque presentem diem.

Summa introitus yp̄p̄ mmccccLxxvii. Summa expense per eos facte yp̄p̄ mmccccLxxxviii gross. i.

Die xxvii aprilis. Margus de Zauleco et Misce, filius Mathei tragurani in minori consilio, sono campane more solito congregato, dati fuerunt tutores heredibus Pasche della Sypanta.

Die xxvii aprilis. Laure de Saruba in minori consilio, sono campane more solito congregato, electus fuit custos ad custodiendum galeas communis et arnensia sibi accomandata cum conditione, quod ipse debeat custodire tam de die quam de nocte galeas communis, arnensiam ipsam et armegiare et disarmegare et facere omnia que expediverit ad voluntatem domini comitis et sui consilii, et debet habere quolibet mense a communi pro suo salario yp̄p̄ iiii et dimidium.

Res et arnensia sibi accomandata infrascripta: resti iiii, ferri iii, palamaria ii de sartia, timone i con neze, ii fornide, arbori ii, altenen ii, altepnell de banderio iiii, timon cell. ii, banestreria xvi, item remi como so mesi in Venesia, fogon i, scala i.

Die iiii madii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt Lxxviiii consiliarii, posite fuerunt due partes, prima videlicet de confirmando magistrum Felim protomagistrum arzanatis pro uno anno cum salario pactis et conditionibus quibus stetit anno preterito et alia pars fuit de non confirmando eum, et capta fuit pars per Lxx ipsorum consiliariorum de confirmando eum ut dictum est, non obstantibus viiii mittentibus de non accipiendo, terminus eius in fine anni preteriti fuit confirmatus.

In dicto maiori consilio, captum fuit et firmatum, per Lxiiii ipsorum consiliariorum, quod quelibet persona habens partem tam in Stagno, quam in Punta possit pasculare in sua contrata capita bestiarum cc . . . ., et si qua persona esset que haberet partem et non haberet unde posset tenere ad pasculandum bestias cc, possit accipere ad pasculandum de bestiamine hominum de Ragusio tam nobilium quam popularium usque dictam summam bestiarum cc, et quod si quelibet contrata esset furnita, videlicet, quod quilibet miserit usque dictum numerum, quod nullus possit mittere ultra dictum numerum, sed si quelibet contrada non esset furnita ad ratum bestiarum cc pro parte, quod homines de eadem contrata possint supplere et furnire illam usque illum numerum

ad rationem bestiarum cc pro parte solvendo ad rationem gross. x pro centinario bestiarum, atamen illi, qui non haberent partem in contrata et miserint in ea bestiam, possint si voluerint extrahere eorum bestiam et dare ad pastulandum in alia gerata ubi voluerint et se concordare potuerint.

Die IIII madii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, quod in arzanato communis debeat fieri unum solanum (solarium?) sicud ad voluntatem et beneplacitum ipsius domini comitis et sui minoris consilii.

Item in dicto minori consilio, captum fuit et firmatum, quod Giannes tubator communis habeat quolibet anno a communi Ragusii pro salario suo, commandare et tuba yp̄p̄ xxx videlicet, quod ubi dicebat, quod haberet yp̄p̄ xx dicatur yp̄p̄ xxx.

Die VIII madii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt XXXII consiliarii, captum fuit et firmatum, per XXVIII dictorum consiliariorum de mittendo pro Nicola de Buccia et de convitando eum ut veniat Ragusium, non obstantibus IIII mittentibus de non.

Item in dicto consilio rogatorum posite fuerunt due partes videlicet de vocando eundem Nicola de Cattaro, secunda de mittendo pro eo in Canale; et capta fuit pars de mittendo pro eo in Cattaro per XXVII ipsorum consiliariorum non obstantibus V, quod mittatur pro eo Cattarum.

Die XXIIII madii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, quod debeant eligi duo capitanei pro quolibet sesterio, excepto, quod sesterium sancti Petri et castelli debeant esse sub duobus capitaneis, et quilibet sesterius videlicet ambo duo capitanei debeant custodire qualibet nocte, videlicet unus capitaneus usque ad mediam noctem et alter usque ad aliam mediam noctem incipiendo sesterium pu(scribe), sub pena statuto contenta, quam custodiam predicti capitanei cum eorum sesterio facere debeant ad voluntatem domini comitis et sui consilii.

Capitanei sesteriorum sunt isti, in primis: Puscribe: Felice de Gride, Marinus Junii de Bonda. Sancte Marie: Gabriel de Glera, Petrus de Poza. Sancti Blaxii: Pasqua de Goze, Nale de Zerena. Sancti Nicole: Giue de Sorento, Giue de Caboga. Sancti Petri et castelli: Marcolus de Zerena, Giue de Zerena.

Die XXIIII madii. Item in dicto minori consilio, captum fuit et firmatum, quod ad portam civitatis apud Predicatores et ad portam de Pillis cuilibet ipsarum esse debeant duo capitanei cum X hominibus electis per dictos capitaneos ad custodiendum de die ad voluntatem domini comitis et non secedere inde sine licentia domini comitis et sui consilii, pena ad eorum voluntatem.

Vita de Bacante, Andreas de Petragna, capitanei ad portam civitatis apud Predicatores. Vita Volzi de Babalio, Symon de Resti, capitanei ad portam de Pille.

Item in dicto minori consilio, captum fuit et firmatum, quod debeant eligi duo capitanei, qui debeant invenire C homines, qui sint

parati ad custodiendum civitatem cum dictis capitaneis de die, usque ad voluntatem domini comitis, pena ad voluntatem domini comitis. Give de Saraccha, Vrsus de Zamagno, capitanei ipsorum.

Item in dicto minori consilio, captum fuit et firmatum, quod quatuor capitanei debeant eligi ad custodiam sancti Laurentii custodiendam, duo ex ipsis capitaneis cum x hominibus in die et de nocte cum v hominibus et similiter alii duo. Domagna Labro, Giue de Nostrun, capitanei, Drasen mercator, Cuetan de Dragan, capitanei.

Nicola de Posestra in minori consilio electus fuit ad eundum ad Jupannam et ordinare cum illis de insulis de bona custodia et de stando paratis, et ire ad Stagnum et ordinare cum comite Stagni de bona custodia, et de facere signum cum eo, si expediret, quod adavertetur aliquum novitus, quod (habeat) de die socium et de nocte socium, et ipse de presenti si . . . aliquid notificet domino comiti et minori consilio et debet stare ad voluntatem domini comitis et habere quolibet die gross. III.

Die xxv madii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxiiii consiliarii captum fuit et firmatum, quod omnes dicti consilii nullo breviter discrepante, de mittendo unum ambassiatorem Chiersacchio ad honorandum ipsum et presentandum et recommandandum mercatores in partibus illis conversantes, et rogandum ut non faciat novitus cum commissis, quomodo placebit domino comiti et suo minori consilio sibi dare.

Item captum fuit et firmatum in eodem consilio rogatorum, per xxx ipsorum consiliariorum de mitttendo dona eidem Chiersacchio, cuidam alii baroni suoto de yp̄p̄ cc. sicud domino comiti et suo minori consilio videbitur et placuerit, et altera fuit de yp̄p̄ cl, que vicit.

Item captum fuit et firmatum in eodem rogatorum consilio de dando ambaxiatori ituro ad dominum Cheursacchium yp̄p̄ xl pro eius salario, itinere et pro suis expensis et duorum famulorum, quos debet ferre secum et debet presentare dona et . . . . et commune teneatur solvere sibi saltem famulos et naulum equorum et navigiorum. Giue de Caboga ambassiator.

Salinarii: Anna Marini de Teduysio, per Giue de Saracha, Dea de Marcus per Juren de Caboga, Pasqua de Bunsinn per Nicolam de Lucaro, filius Bose de Vitagna per Nale de Zerena.

Die xxvi madii. In minori consilio, sono campane more solito congregato. Milgostus Prinulleuich factus fuit (vice) comes cum salario et conditionibus sicud Bogoe et alii huiusmodi salarii.

Die xxx madii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxvii consiliarii, captum fuit et firmatum, per lxi ipsorum consiliariorum de concedendo gratiam Vladislauo de Nicolich posse navigare ad presens vinum de Curzola ad partes suas, non ferendo in portum Ragusii vel districtus pro facere nuptias, non obstantibus vi volentibus de non.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum per lxv

ipsorum consiliariorum, quod cum ad presens fieri oporteat salinum communis in Stagno et non habeatur pecunia pro labore ipso, quod posset accipi de denariis salis communis tam pro faciendo labore salinario, quam pro labore arzanatus sicud domino comiti et suo minori consilio videbitur.

KAL. MENSIS JUNII. ANNO DOMINI MCCCXLIIII, INDICTIONE XII, DIE IIII JUNII. Lorinus Riczi et Galus Cattani, in minori consilio, sono campane more solito congregato, facti fuerunt cives civitatis Ragusii, qui iuraverunt ad sancta dei evangelia in dicto minori consilio esse fideles domini ducis et communis Venetiarum et domini comitis Ragusini et communis ipsius, et facere omnes factiones reales et personales et sustinere alia honera prout et sicud alii cives et fideles faciunt et facere teneantur.

DIE X JUNII. Pasqua de Chiuno in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit capitaneus in Stagno ex latere maris Narenti.

DICTA DIE. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt XXX consiliarii, posite fuerunt due partes, prima videlicet de donando modo ad presens novitie iture ad Cattarum, et secunda fuit de non donando, et capta fuit pars de donando per omnes.

Item in dicto rogatorum consilio posite fuerunt due partes, prima videlicet de donando yp̃p̃ XX, secunda de donando yp̃p̃ XXV, et capta fuit pars de donando yp̃p̃ XXV per XXI consiliarium.

DIE XX JUNII[1]. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXXXVIII consiliarii, captum fuit et firmatum per omnes nullo breviter discordante de mittendo ambaxiatorem domino bano Bossine ad honorandum ipsum, qui nuper venturus est ad terram Chelmi.

Item in dicto maiori consilio, captum fuit et firmatum, per LXXXII ipsorum consiliariorum de mittendo duos nobiles ambaxiatores ad honorandum dominum banum Bossine.

Item in dicto maiori consilio posite fuerunt due partes, prima videlicet de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio posse expendere de avere communis pro bono, hutilitate et augmento communis Ragusii usque illam quantitatem pecunie, que sibi videbitur et placuerit; secunda pars fuit de dando libertatem predictam modo predicto domino comiti et minori consilio et consilio rogatorum, sicud alias fuit quando ivit Pasqua de Gozo et Marinus de Bona; et capta fuit pars per LXX de dando libertatem domino comiti et minori consilio et consilio rogatorum, non obstantibus XVIII.

DIE XXI JUNII. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt XXX consiliarii, captum fuit et firmatum per omnes nullo breviter discordante de expen-

[1] In msc: JULII.

dendo virtute et auctoritate balie, concesso eidem consilio rogatorum a maiori consilio usque mille c gross. domino bano Bossine et suis baronibus, videlibet uoyuode et aliis usque yp̄p̄ DC pro habendo intentionem communis, ut supra dictum est, veniendo negotium ad affectum.

Item in eodem consilio rogatorum, captum fuit et firmatum per XXIIII ipsorum consiliariorum de dando ambaxiatoribus ituris ad honorandum dictum dominum banum yp̄p̄ XXV pro quolibet, pro eorum salario dicti viagii, alias autem expensas ut habuerunt alii, videlicet Pasqua de Gozo et Marinus de Bona in omnibus.

Die XXII junii. In consilio rogatorum, in quo quidem consilio interfuerunt XXXIIII consiliarii, captum fuit et firmatum, per XXXIII ipsorum consiliariorum, quod ambaxiatores ituri ad dominum banum Bossine debeant petere a domino bano Bossine omnes terras et loca que alii ambassatores petere consveverunt, ut in commissione ipsorum plenarie continetur, et si de predictis terris et locis dominus banus nollet concedere Scolium, Postarnicia et homines ipsius scolii, quod non obstante isto scolio et hominibus ipsius, ipsi debeant procurare hinc alias terras, villas et loca, ut commissum est eis. Symon de Benessa, Giugnius de Gozo ambassatores.

Die predicta. In minori consilio, sono campane more solito congregato, Dime de Stilo factus fuit vicecomes ysularum.

Die XXIIII junii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt XXXVI consiliarii, captum fuit et firmatum, per XXXIIII ipsorum consiliariorum de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio posse providere de expensis necessariis qualibet die, de quanto steterit Nicola de Bucchia in Ragusio pro honorando eum, sicud dictis videbitur et placuerit et de expendenda pecunia de avere communis, non obstantibus II nolentibus.

Kal. mensis julii. Anno domini MCCCXLIIII, indictione XII, die XI julii. In consilio rogatorum, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii XXXVII, captum fuit et firmatum per omnes nullo breviter discrepante, quod de dampnis usque diem XII factis hominibus et fiendis et fidelibus de extra fiant pacta et conventiones, ut in quadam apponillia sigillo Dabisci sclauonesca continetur.

Item in dicto consilio rogatorum, captum fuit et firmatum per XXXVI, quod dampnificatorum et malefactorum, qui dedere dampna quam plurima hominibus et fidelibus de Ragusio, de quibus aliqui sunt in fortium et carceribus Dabisca, quod Dabiscus debeat illos tenere captivos, et si casus adacciderit, qui ipsi vel aliquis ipsorum auffugeretur de carceribus, quod Dabiscus debeat ipsos facere banniri, quod non stent in districtu suo neque fratris eius proprio.

Item in eodem consilio, sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum nullo discordante, de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio posse expendere illos denarios, quos commune debet recipere pro vendito frumenti et blauii et aliorum fructuum de parte communis de Stagno et convertere in aptando ecclesiam sancti

Blaxii de Stagno prout et sicud domino comiti et suo minori consilio videbitur et placuerit.

DIE XIII JULII. Filius Bisti de Bona, per Marinum de Bona, filius Giue de Martinussio, per Climentem de Goze, Frane de Bisti, per Juren de Caboga, uxor condam Andree de Sclauze, per Giuen de Saracha, in minori consilio, sono campane more solito congregato, facti fuerunt salinarii.

Angelus de Basylio factus fuit scribanus super barchusium cuius est patronus Radenze, vocato sanctus Blaxius in minori consilio, qui iuravit.

DIE XX JULII. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio* interfuerunt LXXXXIIII, captum fuit et firmatum per LXXXXIII, quod domus magna communis impignetur Petro, filio Male de Bucchia pro yp̄p̄ decem mille, quos ipse vult mutuare super eam cum conditione expresse apposita, quod commune possit illam restattare quandocumque sibi placebit, dummodo de istis yp̄p̄ decem mille primo mercatores debeant recipere illud (quod) tenentur recipere super eam et postmodum restattare aliam domum que est in pingnore a Climento de Goze, et de residuo dictorum yp̄p̄ decem mille debeat solvi illis personis pro quibus et quibus commune solvit usuram, non obstante uno mittente in contrarium, volente, quod non inpignetur.

ANNO DOMINI MCCCXLIIII, INDICTIONE XII, MENSE JULII ULTIMO. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum et deliberatum fuit, quod usque ad festum sancti Michaelis de setembri proximum, carnes castratine possint vendi foll. v libra, et cetere carnes per rationem.

In maiori consilio, sono campane more solito congregato, captum et deliberatum fuit, quod cum pridie per homines Durachi fuerit capta una barcha de Ragusio honerata frumento que veniebat Ragusium, quod eligatur unus nobilis homo de Ragusio in ambasiatorem, qui ire debeat Durachium, et pro parte domini comitis et sui consilii et tocius terre, et petere et requirere a dictis hominibus de Durachio dictam barcham cum suo honere secundum formam et commissionem que dicto ambasiatori dabitur a domino comite et suo minori consilio.

In eodem maiori consilio, captum et deliberatum fuit nemine discordante, quod ad hoc ut copia frumenti haberi possit, quod dominus comes cum suo minori consilio habeat libertatem posse se convenire cum quibuscumque eis placuerit de faciendo conducere furmentum Ragusium de quibuscumque partibus, et quod promittere possit omnibus volentibus conducere furmentum Ragusium, usque ad festum sancti Michaelis proximum usque in gross. unum pro quolibet stario et minus, secundum quod eis videbitur, conductum Ragusium omni risicho et fortuna illorum qui eum conducet.

In eodem maiori consilio, captum et deliberatum fuit nemine discordante, quod panni, qui fuerunt accepti ab Andrea de Petraz restituantur ei, et quod dona et ambassata et illi qui electi fuerunt ad dominum banum Bossiue, revocentur.

Anno domini mcccxliiii, die tercio mensis augusti. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, ut moris est, in quo quidem consilio interfuerunt xxxi consiliarii, captum et deliberatum fuit uno solummodo discordante, quod in festo sancte crucis proximo, dominus comes cum suo minori consilio et cum aliquibus nobilibus hominibus civitatis Ragusii, quos dicto domino comiti et suo minori consilio placebit eligere, ire debeant usque ad confines Breni, ibique cum dictis electis videre, cognoscere et sententiare et determinare de confinibus districtus Brenni et similiter cognoscere, sententiare et determinare si per homines Raguseos est perventum in terrenum domini regis et ponere terminos et confines sicud eis videbitur et placuerit. Et totum illud, quod per ipsum dominum comitem et suum minus consilium et dictos electos fuerit cognitum, sententionatum et terminatum circha predicta et quodlibet predictorum sit firmum et ratum, et quod nullus de cetero possit contrafacere vel venire.

Die iiii augusti. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxv consiliarii, captum fuit et firmatum per lv consiliariorum, quod sicud in minori consilio, captum fuerit ut detur libertas domino comiti die xi aprilis de posse precipere Luche de Gambe, quod ad omnem ipsius domini comitis voluntatem debeat conducere frumentum salmas mille Ragusium sibi, et concessas extrahere de Ragusio inferre Venetias, cum conditionibus, quod debet totidem conducere de Apulia, si Apulie non esset prohibita, et si Apulie esset prohibita, quod debeat conducere de Spinareza ad voluntatem ipsius domini comitis, de dando libertatem domino comiti, posse precipere eidem Luche, quod ad omnem ipsius voluntatem debeat conducere frumentum ipsum totum et partem (sicut) domino comiti placuerit et quando, excepto de Narenta et de di Canale et ab inde extra, non obstantibus x nolentibus.

Die vii augusti. Clemens de Goze, Franussa, filia dicti Clementis et uxor condam Marinze de Zilippa, Don Michael de Bodaza, in minori consilio, sono campane more solito congregato, dati fuerunt tutores filie et heredum Manrize de Cilippa.

Die xiii augusti. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxiiii consiliarii, captum fuit et deliberatum per xxx ipsorum, quia ad audientiam domini comitis et sui minoris consilii pervenerat, quod Petrus de Babalio tenuit et tenet a domino bano Bosine forum Narenti, cum certis pactis et conditionibus, que vertuntur in magnum dampnum et detrimentum communis et tocius civitatis Ragusii. Cumque etiam ad audientiam ipsius domini comitis nuper proventum sit ex relatione unius Vlachi de terra Bossine, quod dictus Petrus coram dicto domino bano accusavit certos homines sive Blachos, qui venerunt Ragusium accipere salem, que omnia redundant in magnum sinistrum dicte civitatis et contra libertatem eiusdem, ydeo in dicto consilio rogatorum comissa fuit libertas et auctoritas dicto domino comiti et suo minori consilio inquirendi et investigandi contra dictum

Petrum de predictis et circha predicta et dependentibus ab eis, ac etiam de avere communis posse expendere pro investiganda veritate predictorum. Et quiquid per eos de predictis et circha predicta investigatum erit et inventum reducatur ad presens consilium rogatorum.

Die xvi mensis (augusti). In consilio maiori, captum fuit et deliberatum, quod ad hoc ut Zamblacoes habeat causam bene tractandi mercatores nostros, qui cotidie vadunt ad partes dicto Zamblaco subiectas, ad emendum et trahendum de dictis partibus furmentum et aliud bladum pro necessitate civitatis Ragusii et ad hoc ut dictus Zamblacus sit nobis benevolus et gratiosus pro presenti anno sicud fuit in preterito, et ad conservandam amiciciam secum, quod e avere communis dentur eidem Zamblaco et donentur yp̄p̄ sexaginta.

In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem interfuerunt lxvii consiliarii captum fuit et deliberatum nemine ipsorum discordante, quod cum nimis erat grave et inportabile pauperibus hominibus bibentibus et ementibus vinum ad tabernam solvere doane vini de octo follaris unum follarum, quod dicte doane vini tollatur medius punctus et reducatur ad pristinum statum, videlicet, quod pro dicta doana vini de cetero solvatur solummodo de duodecim follaris, unus et non plus.

Die xxx augusti. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxx consiliarii, captum fuit et firmatum per xxviii ipsorum consiliariorum, de eligendo sapienti, qui debeat superesse et explicandum se et examinandum terminos et articulos et totum illud quod necessarie fuerit super tenore litterarum missarum a sindicis de Romania jan....... super facto questionis epi(scopi), et super tenorem litterarum que mittentur in antea, et si expedierit expendere de avere communis quantum necesse fuerit et mittere nuptios et facere omnia, que eis videbuntur esse hutilia et necessaria circa predicta pro bono et hutili dicti negotii, et ante quam illud facerent, debeant primo venire ad dominum comitem et quidquid domino comiti et maiori parti istorum sapientum videbitur facere, fiat, et quod obmittendum, illud debeat obmitti, non obstante uno mittendo in contrarium.

Item in dicto consilio rogatorum, captum fuit per xxv dictorum consiliariorum de eligendis quinque sapientibus cum predicta commissione et auctoritate: Domagna de Menze, Syme de Binzola, Martolus de Zerena, Mathe de Grade, Mathe de Dersa, Paulus de Gondola, Nico de Uolze, electi fuerunt sapientes super predictis.

In minori consilio, sono campane etc. Petrus de Crancha fuit electus salinarius per dominum comitem, eo quod bene et solicite se habuit circha expeditionem Vlacorum, dando eis ordinem accipiendi salem.

Die xxv septembris. Marinus de Volze, Giue de Saracha, per . . . electi fuerunt judices ad eundum ad Dabiscum super questione, quam ipse fatetur de posse ius dicere sibi.

Die xxvii septembris. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxxxviii consiliarii, captum fuit et firmatum per lxxxxvii dictorum consiliorum, quod ad hoc, ut e labore ecclesie sancti Dominici citius officium ducatur, quod ad honorem et reverentiam omnipotentis die et eius beate virginis Marie matris et beati Dominici cuius titulo dicta ecclesia nuncupatur ac etiam pro honore domini comitis et communis raugusini, quod donetur de avere communis pro laborerio dicte ecclesie yp̄p̄ cl solvendo omni mense yp̄p̄ xxv usque completam solutionem dictorum yp̄p̄ cl non obstante uno mittente de yp̄p̄ c et sic obtenta est pars de yp̄p̄ cl.

Die xxviii septembris. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxxviii consiliarii, captum fuit et firmatum per lxvii ipsorum consiliariorum, expulsis de consilio illis, qui non potuerunt interesse nec debuerunt propter parentellam secundum formam statuti, quod quoddam instrumentum scriptum manu Johannis de Fans, quod Giue, filius Benis da Gondola, habet supra ipsum Benem patrem eius de yp̄p̄ sex mille eo, quod est contra deum et iustitiam et contra statuta Ragusii et in preiudicium iurium aliorum pupillorum filiorum dicti Benis, quod dictum instrumentum et omnis carta et scriptura ac potestas ipsius ac generaliter totum illud, quod descendisset vel descendere debeat quomodocumque et qualitercumque de dicto instrumento oculte vel private debeat et debeant ancidi, cassari, inritari et adnichilari, et quo casso, vano, adnichilato et nullius valoris vel efficacie proprio habeatur, habeantur ac si nunquam factum fuisset vel compositum, non obstantibus xvii nolentibus quod cassetur, et sic obtenta fuit prima pars de cassando ipsum ut factum est supra.

De mandato nobilis et potentis viri domini Marchi Maurocheni honorabilis comitis et sui minoris consilii, sono campane more solito congregato, incanta(ta) fuit pluribus diebus per civitatem gabella vini, quod venditur in civitate et districtu Ragusii pro uno anno cum conditionibus, quod amodo in antea debeat solvi de foll. xii unus et non plures, et quod omni mense solvere teneatur unam pagam quanta contingerit pro rata usque completam solutionem eius, quod incantabitur; et quia non inveniebatur, qui plus vellet dare data et deliberata fuit ad incantum in publica concione Laurenze de Bodaza pro uno anno pro yp̄p̄ mm cum aliis condicionibus ut habuerunt alii ipsam quantum de solutione et credenzia, qui annus incipit die xxviiii septembris.

Thadeus de Bodaza plezarius approbatus per dominum comitem et eius consilium.

Die v octubris. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxviii consiliarii, captum fuit et firmatum per lxvii ipsorum consiliariorum, de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio posse incantare doanam magnam et deliberare sicut domino comiti et suo minori consilio videbitur et placuerit.

Item in dicto minori consilio, captum fuit et firmatum per lx dictorum consiliariorum de dando libertatem domino comiti et suo minori

consilio posse dare et permittere de avere communis cuilibet volenti conducere frumentum Ragusium de quolibet stario frumenti usque in gross. I, et de quolibet stario tam ordei quam fabarum usque in medium gross. sicud eidem domino comiti et suo minori consilio videbitur et placuerit.

Die xv octubris. In consilio rogatorum, in quo quidem consilio interfuerunt xxx consiliarii, captum fuit et firmatum per xxIII ipsorum consiliariorum, quod cum ex parte Posnani Puchis misse fuissent littere nostro comiti et eius consiliariis ut depositum prodat per eum sive uxorem suam factum in Ragusio apud quemdam nobilem civem ragusinum sibi debet restitui, quod respondeatur pro parte domini comitis et communis Ragusii, quod nos habemus, quod depositum factum fuit et sicud factum fuit sic eum illis signis, pactis et ordine quibus datum fuit, fuit restitutum; ad aliud, quoniam dixit etiam nuntius dicti Rosnani horetenus, quod de dicto deposito restavit aliquid quod non fuit restitutum, quod respondeatur ei, quod mittat quem vult suum certum nuptium coram nobis petiturus jus suum et nos parati sumus sibi facere iustitie complementum.

Die predicta. Granninus Gallo, Marino Barandor de Venetiis magistri cauatorum promiserunt et se obligaverunt nobili et potenti viro domino M(arco) Mauroceno comiti Ragusii et suo minori consilio, sono campane more solito congregato, de eundo Venetias, ibi stando usque carnisprivium proximum, et post carnisprivium secedere de Venetiis cum primo navigio et venire Ragusium ad servitium communis sicud precepit ei(s) dominus comes; et interea dum fuerint reversi ab hodie xv octobris usque ad eorum reversionem habere debeant pro quolibet ipsorum pro salario omni mense yp̃p̃ v et naulum ytineris et reversionis a communi; et eciam commune faciet mutuari pro quolibet Venetias cum applicuerit yp̃p̃ x et similiter in reversione dando bonam securitatem de istis yp̃p̃ quando reciperent ipsos, et prima die qua fuerint reversi mox debeant in opere francari sold. vi yp̃p̃ x pro quolibet mense.

Die xvi octubris. Angelus de Lutizia, Criesa de Burgo, Angelus de Matsy, uxor condam Marga de Cauledo in minori consilio, sono campane more solito congregato, facti fuerunt tutores filii et filiarum Marghe de Cauledo, qui iuraverunt etc.

Die predicta. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxvII consiliarii, captum fuit et firmatum per xxI ipsorum consiliariorum, de mittendo unum hominem illis de Nicolich, conquerendo de inumerabilibus dampnis et robatione per eos et gentem suam nobis factum fidelibus et subditis nostris, et si per eos fiet illud, quod habemus merito contentari bene quidem, alias mittatur ambaxiata domino bano notificando ei (de) innumerabilibus dampnis et derubationibus et offensis nobis inlatis et genti nostre per illos de Nicolich et per gentem suam cum commissione que fuit opportunum circha predicta, et similiter super facto Dabisca scribere

domino regi Raxie de offensis, furtis et homicidio ac derobatis factis et continuo fiunt nostris districtualibus et nichilominus ire facere stanicum, ut est ordinatum, et super eum fiet quod debuerit et justum fuerit bene quidem, sin autem committere ambaxatoribus ituris ad dominum regem sicut videbitur domino comiti iam sit conquerendum.

Ista ea die xvi. In consilio rogatorum, ubi fuerunt xxxi consiliarii, captum fuit et firmatum per xxvii ipsorum consiliariorum, quod mittantur ii ambaxatores, quorum quilibet habere debeat pro suo salario yp̄p̄ l pro dicta ambaxata.

Item in dicto consilio, captum fuit et firmatum per xxviii de mittendo ipsos ambaxatores cum donis sicud alii, qui debeant ire, videlicet Junio de Giorgio et Symone de Benessa.

Item captum fuit et firmatum per xviii ipsorum, quod quilibet, qui fuerit electus ambaxator ire debeat in dictam ambaxatam sub pena c yp̄p̄.

Item in dicto consilio rogatorum, captum fuit et firmatum per xxi ipsorum consiliariorum, quod quilibet ambaxator iturus ad dominum banum habere debeat iiii equos. Cum famulis vero sicud consvetum est per alios, et de expensis.

Symon de Benessa, Marinus condam Lucari de Bona electi fuerunt in minori consilio, ambaxatores ad dominum banum pro factis predictis.

Die xvi octubris. Domagna de Menze fuit electus ire ad stanicum cum Dabisco insimul cum Giue de Saracha.

Pastrine de Resti prestavit in dictum stanicum.

Thomas de Dobran et Cuetanus de Dragan advocatores ad defendendum jura communis et specialium personarum.

In minori consilio, sono campane more solito congregato, facti et electi fuerunt ut supra.

Die xviii octubris. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxiii consiliarii captum fuit et firmatum per xxviiii ipsorum consiliariorum de mittendo unum hominem Dabisco Drugouich cum illa ambaxiata et commissione que videbitur domino comiti et suo minori consilio.

Marcolus de Zereua electus fuit ambassiator ad eundum ad Dabiscum.

Die xxii octubris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit, deliberatum et conclamatum, quod rusticus districtualis Ragusii, tam astarius quam ysularum, non debeat solvere doanam de frumento vel blauo pro suo usu et sue familie de suo labore.

Die xxviii octobris. In minori consilio, sono campane etc. captum fuit, quod carnes castratine possint vendi foll. v libra per totum mensem novembris proximum et omnes alie carnes per rationem.

Die xx octubris. Giue Mathei de Giorgio, Andreas de Bodaza in

minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt ad dividendum yp̄p̄ DCCC.

ANNO DOMINI MCCCXLIIII, DIE SECUNDO NOVEMBRIS. Guinius de Dersa Domagna de Menze, in minori consilio, ut moris est congregato, fuerunt ambasiatores ad dominum banum Bossine.

In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, captum fuit et deliberatum, de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio posse accipere illas libras c gross. que restant communi de denariis receptis a Nicholo Buchia et providere cum dictis denariis de habendo furmentum omni via et modo, quomodo domino comiti et suo minori consilio videbitur.

ANNO DOMINI MCCCXLIIII, INDICTIONE XII, DIE SECUNDO NOVEMBRIS. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXXXVI consiliarii, captum et deliberatum fuit per LXXVI ipsorum, quoniam Pasqua de Stilo est occupatus gravi impedimento sue persone, non solum corpore sed etiam mente, propter quod et aliis pluribus legisperitis causis non habitat domum quam tenet a communi ad affictum pro x annis, nec potest solvere communi affictum dicte domus, quod dicto Pasque fiat de gratia, quod affictus domus de cetero non curat sibi sed solummodo teneatur solvere affictum dicte domus pro tempore preterito et remitatur sibi affictus pro tempore futuro.

In dicto maiori consilio, captum fuit et deliberatum, quod cum ad presens novitas magna sit in partibus a bano, et de Apulia granum haberi non possit, quod Luce de Gambe qui tenetur communi conducere certam quantitatem furmenti concedatur de gratia, quod pro stariis mille furmenti possit et debeat conducere Ragusium staria mille quingenta inter fabas et ordeum de partibus Apulee hinc etc.

In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, captum fuit et deliberatum, quod ille persone, que electe fuerint in ambasiatores ad dominum banum Bossine, non excusare se possint modo aliquo vel ingenio si iverint per plateam sub pena yp̄p̄ centum.

Guinius de Dersa, Domagna de Menze electi fuerunt in dictam ambasatam, in minori consilio, sono campane ut moris est congregato.

DIE VIIII NOVEMBRIS. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt XXXVI consiliarii, captum et deliberatum fuit per XXIX ipsorum, quod propter multa dampna, furta, derubationes et homicidia que cotidie inferuntur hominibus et fidelibus civitatis et sui districtus Ragusini, quod provideatur ad presens de remedio oportuno.

Item in dicto consilio, captum fuit et firmatum per XXXI ipsorum, de differendo ad presens ambassiatam, que itura est ad dominum regem Rascie.

DIE XI NOVEMBRIS. In maiori consilio, sono campane ut moris congregato, captum fuit et firmatum de dando libertatem domino comiti

et suo minori consilio posse facere pingi salam maioris consilii et illam omnibus oportunis aptare et ornare prout eis videbitur convenire; et pro dicta occasione expendere de avere communis quantum eis videbitur expedire pro dicta occasione.

In minori consilio, sono campane more solito congregato, Felice de Grede, Marinus de Uolze ad stanicum cum illis de Nichulici Giue de Saracha prostantore, Paulus de Casaliza, advocator.

Die xii dicti mensis. Marcolo de Zereua, Nicus de Cauernico in minori consilio sono campane more sollito congregato, facti fuerunt tutores heredum Pasque de Bucigallo, qui iuraverunt.

Die xvi novembris. In consilio rogatorum prima pars fuit quod debeantur eligi certi sapientes, qui provideant et mandent executionem, omnia que inferius fuerint sibi commissa, qui sapientes nichil possint incipere nisi primo veniant ad dominum comitem, et tunc si maior pars ipsorum fuerit in concordia cum domino comite sic fiat. Et si omnes predicti sapientes vel maior pars ipsorum fuerit unius oppinionis, et illa opinio non videbitur domino comiti, quod tunc dominus comes debeat dictam opinionem reducere ad illud consilium quod domino comiti videbitur, et ibidem debeat observari sicud dominus comes tenetur, et per balla xl fuit capta pars presens.

Item in eodem consilio rogatorum posite fuerunt due partes, prima videlicet de eligendo dicta occasione et modo iiii nobiles homines et secunda de eligendo modo predicto tres, et capta fuit pars de eligendo iiii nobiles homines sapientes per xlii.

In dicto consilio rogatorum, captum fuit et firmatum per xl ipsorum consiliariorum de dando plenam et liberam auctoritatem et potestatem domino comiti et suo minori consilio corcordandi se et conveniendi cum uxore Posnani Purchia et cum aliis quibus expeditur occasione pignoris quod ipsa petit pro deposito a communi ragusino.

Die xvi novembris. In consilio rogatorum, in quo interfuerunt xl consiliarii, captum et deliberatum fuit per xxxvii ipsorum, quod duo de consiliariis minoris consilii simul cum Felice de Grede et cum Giue de Saracha ire debeant ad uxorem Posnani de Purchia, et loqui cum ea per illum modum et per illa verba, que dominus comes arengavit in dicto consilio rogatorum. Et si dicta uxor Posnani contentaverit facere et consentire verbis sibi expositis parte domini comitis et sui minoris consilii, quod tunc et eo casu dicti Felice et Giue possint de se et ex parte sua et eorum totum nomine profere dicte uxori Posnani sub forma et protestu doni solummodo et pro subventione sue necessitatis et non pro alia causa libr. xxxv gross. cum conditione et pacto, quod Posnani et uxor eius predicta faciet communi Ragusii et heredibus Andree de Pesta, ac etiam cuilibet singulari persone civitatis et districtus Ragusii plenam, generalem et irrevocabilem finem et pactum de proprio aliquid non petendo de quodam deposito certarum rerum, quas dicta uxor Posnani petit a dicto communi Ragusii.

Die xx novembris. In consilio rogatorum, sono campane ut oris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xl consiliarii ptum fuit per xxxviii ipsorum, considerata antica amicitia et fidelitate osnani de Purchia, quam semper habuit et habet erga commune Raisium et homines civitatis eiusdem, insuper considerato, quod longo mpore fuit detentus in carceribus domini regis cum uxore, omnibus is filiis, propter quod dictus Posnan est in magna necessitate, ad hoc iod inter commune Ragusinum et dictum Posnan et filios eius dicta nicitia confirmetur, quod uxori Posnani, que ad presens venit Ragusium mine et parte dicti mariti sui detur et donetur et subveniatur de acia et amore speciali ipsi Posnan et domine Ninosclaue uxori sue edicte, de avere communis yp̄p̄ dcc, et quod de dictis yp̄p̄ dentur sibi ad esens yp̄p̄ centum, qui scomputari ei debeant de dicta summa yp̄p̄ dcc.

Die xxv novembris. In minori consilio, sono campane ut moris t congregato, captum fuit et firmatum, ad hoc ut capitanei sesterio-im et capitanei mensis et ceteri custodes civitatis diligentius faciant et eri faciant custodiam civitatis et tollatur omnis defectus, quod eligantur fiant xii scaraguardie nobiles homines civitatis, quorum officium sit, iod omni nocte omnes vel pars ipsorum, prout eis videbitur, certa hora octis ire per civitatem videndo et scurtando si per capitaneos scyste-orum et mensis et per ceteros custodes sit illa custodia quam facere nentur secundum formam et tenorem reformationis, et prout debent; et per dictos scaraguardos reperietur, quod per illos seu aliquem illorum rit contrafactum de eo quod tenentur facere circha bonam custodiam vitatis, quod dicte squaraguardie per sacramentum teneantur denuntiare omino comiti illos qui contrafecerint. Insuper quod dicte scaraguardie er sacramentum teneantur omni mane seu aliqua hora cuiuslibet diei resentare se domino comiti et nottificare ei qualis custodia fit aut bona, it non bona.

Isti sunt squaraguardie electi in dicto minori consilio: Gha-riellus de Gleda et Nicola de Petraga capitanei scharaguardiarum in-ascriptorum.

Vole de Volzo, Todorus de Bodaza', Stiepe de Sorego, Luca de ambe, Mico de Zugno de Bona, Andreas de Lucaro, Marinus Junii de orego, Marcolus de Zereua, Simon de Binzola, Giue de Gondola, Ma-ieus de Gride, Domagna de Menze.

Die xxvi novembris. Dame de Scilo factus fuit salinarius per Giuem auli de Gondola in minori consilio ut moris est.

Nifficus de Bodazza factus fuit salinarius per ser Matheum de Gior-o in minori consilio ut moris est.

Mathe Jacobi de Crosio factus fuit salinarius per Jache de Menze minori consilio ut moris est.

Uxor Giue de Caboga facta fuit salinaria per dominum comitem in inori consilio ut moris est.

Jacobus de Capsiza factus fuit salinarius per dominum comitem in inori consilio.

Die xxvii novembris. In consilio rogatorum, in quo quidem

consilio interfuerunt xxxv consiliarii, captum fuit et firmatum per xxxiii ipsorum de dando libertatem domino comiti et quatuor sapientibus qui eligendi sunt, posse providere contra omnes illos qui offenderunt vel qui deinceps offendent nostros in avere et persona.

Item eodem die in dicto consilio rogatorum, captum fuit et firmatum per xxxiiii ipsorum consiliariorum, quod dominus comes cum dictis iiii sapientibus, qui eligendi sunt, possint et libertatem habeant expendere de avere communis yp̄p̄ decem millia contra omnes illos qui offenderunt seu qui deinceps offendent nos.

Item eodem die in dicto consilio rogatorum, captum fuit et firmatum nemine discordante, quod dicti quatuor sapientes qui eligendi sunt per sacramentum, teneantur bis in ebdomada venire ad dominum comitem et providere cum ipso super predictis et circha ea que eis commissa sunt, et tanto plus teneantur venire ad ipsum dominum comitem quantum placebit domino comiti causa providendi circha predicta.

Item in dicto consilio rogatorum captum fuit per xxviiii ipsorum, quod dicta libertas data domino comiti et sapientibus eligendis duret, perseveret et firma sit toto tempore regiminis presentis domini comitis.

Die xxviiii novembris. Stepe de Sorco, Jure de Gleia, in minori consilio, sono campane more solito congregato, dati fuerunt tutores filiis et heredibus Petri condam Marini de Menze, qui et iuraverunt.

Die v decembris. In minori consilio, sono campane ut moris est congregato, captum fuit, quod ambassiatores, qui vadunt ad dominum banum possint expendere omni die pro expensis suis et sue familie et pro annona equorum gross. xxxvi qualibet (die), ita tamen, quod dicti ambassiatores faciant scribere singulis diebus et per ordinem omnes expensas quas fecerint occasione dicte ambassiate.

Die viiii dicti mensis. Marinus Nicole de Goze, in minori consilio, ut moris est, datus fuit tercius tutor una cum Climento de Goze et Giue de Georgio tutores Nicsse, filii dicti Marini de Goze.

Die xxviiii novembris. In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt ciii consiliarii captum et firmatum fuit per lxxxxi ipsorum, quod libertas data expendendi decem millia yp̄p̄ contra omnes illos qui offenderunt seu de cetero offendent nostros data et concessa domino comiti et quatuor sapientibus eligendis per consilium rogatorum, secundum quod in precedentibus consiliis continetur, firma rata et autenticata sit per hoc presens et maius consilium non obstantibus xii ponentibus in contrarium.

Nicola de Petraga, Clime de Goze, Sime de Benessa, Martinussio de Menze, Todorus de Bodaza, in minori consilio sono campane ut moris est, electi fuerunt sapientes et auctoritate maioris consilii et consilii rogatorum data fuit eis libertas contra omnes illos qui offenderunt seu offendet nostros procedendi contra eos et expendendi de avere communis yp̄p̄ decem mille, ut supra in consilio et reformatione rogatorum continetur.

Vita de Giorgio, Giue Pauli de Gondola, electi fuerunt ad inveniendo custodes soldizatos Stagni.

Die x mensis decembris. In maiori consilio sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxxi. consiliarii captum et deliberatum fuit per lxxv ipsorum, quod si Pasqua de Brisigna poterit se concordare cum omnibus suis creditoribus, quibus tenetur usque in presentem diem ita quod sit liber et absolutus ab eis cum plena fine et remissione prout expedit, quod dictus Pasqua possit ad presens testari mediam suam partem sibi pertinentem et expectantem tam in Stagno quam in Punta, ita quod illud testamentum quod ad presens conditum erit per eum de dicta media parte Cernagore sit in hac parte eius ultimum testamentum firmum et ratum et perpetuo vallitурum et quod nullo alio testimonio renovari possit, quatenus circha dictam mediam partem Cernagore. Verum si dictus Pasqua non poterit se liberare a suis creditoribus ut dictum est, quod dicta media pars Cernagore remaneat obligata in suo statu secundum quod sunt obligate cetere partes Punte et Stagni.[1])

Petragna Sauini de Bonda, Sime de Grede, in minori consilio dati fuerunt tutores heredum filii Babagne de Ulcigno.

Die xviiii decembris. Tuodoro de Bodazza, Marino de Uolzo, Dobre de Binzola, Mico de Zugno de Bona, Nico de Polo de Gondola, Petraga Sauini de Bonda, in minori consilio facti fuerunt suprastantes laborerii Stagni.

Giue Marchi de Lucario factus fuit capitaneus ad mare Stagni cum salario et conditionibus quibus alii predecessores capitanei, in minori consilio sono campane.

Lampre de Bonda dictus Morina factus fuit comes insullarum in minori consilio sono campane.

Die xxx decembris. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerint xxxii consiliarii, captum fuit et deliberatum, quod elligatur ambassata, que itura est ad dominum regem Rassie, sed cum hac conditione, quod dicta ambassata non possit ire ad dictum dominum regem absque consensu et licentia consilii rogatorum, et captum fuit per xxvii.

XII. Anno 1345.

Liber reformationum et (omnium) consiliariorum tempore nobilis et potentis viri domini Leonardi Mozenigo honorabilis comitis ragusini, sub anno domini MCCCXLV. indictione XIII.

Die quinto januarii. In consilio rogatorum, in quo interfuerunt xxxvii consiliarii, captum fuit et deliberatum per xxxii ipsorum,

[1]) In margine: Die xxiii januarii additum fuit huic reformationi, quod ubi dicitur quod possit testari de media parte, dicat de tota, cum pactis et conditionibus supranominatis, et sic obtentum fuit in maiori consilio per lxxii ipsorum consiliariorum.

quod ambassata, que itura est ad dominum regem Rassie debeat ad presens parari et furnari omnibus opportunis ad dictam ambassatam, verum quod dicta ambassata ire non possit ad dictum dominum regem, absque licentia et consensu consilii rogatorum.

Item in dicto consilio rogatorum captum fuit, quod mittatur ad dominum regem Rassie unus nobilis homo cum illa commissione, que videbitur domino comiti et suo minori consilio.

Item in dicto consilio rogatorum captum fuit, quod mittatur unus ambassiator Durachium cum illa commissione, que videbitur domino comiti et suo minori consilio.

In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, captum fuit (per) LX dictorum consiliariorum, de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio posse inponere penam illam que sibi videbitur tam ambassatori eunti Durachium quam etiam illi persone que itura est ad dominum regem, et illa pena sit firma et rata, non obstante forma statuti.

In minori consilio sono campane ut moris est congregato, captum fuit et deliberatum, quod ambassator ille, qui ire debet ad dominum regem Rassie pro facto Dabisei habere debeat pro suo salario yp̃p̃ XL pro dicto viagio, item qualibet die habere debet pro suis expensis trium famulorum gross. XII. et commune solvere debet soldum dictorum trium famulorum, equorum et navigiorum in eundo et redeundo.

Item captum fuit in dicto consilio minori, quod ambassiator ille, qui debeat ire Durachium habeat pro salario dicti viag^i yp̃p̃ XX. Et habere debeat duos famulos suis expensis, et commune debeat solvere soldum dictorum famulorum et naulum navigii.

Item captum fuit in dicto minori consilio, quod ille qui electus fuit ambassiator, seu ille qui fuerit electus ad dominum regem Rassie, non possit refutare ire ad dicta loca si iverit per plateam, sub pena yp̃p̃ C.

Item captum fuit in dicto minori consilio qui ille qui fuerit electus ad eundum Durachium si iverit per plateam non possit refutare sub pena yp̃p̃ L.

Vitticus Mathei de Giorgio fuit electus ad dominum regem, et refutavit et ideo habetur pro condempnato yp̃p̃. C.

In minori consilio, expulsis propinquis secundum formam statuti, considerato quod ceperat viagium et acceperat multas mercationes, de quibus si non sistierit viagium, cum (haberet) in avere maximum dampnum in dicta mercatione, remissum fuit ei de pena yp̃p̃. L.

Mathe de Grede fuit electus ad eundum Durachium.

DIE X. MENSIS JANUARII. Nicola de Papazo, Pasqua aurifex, in minori consilio dati fuerunt tutores heredum Cranotte aurificis.

DIE XII. DICTI MENSIS. In consilio rogatorum, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt XXXII. consiliarii captum fuit, quod per dominum comitem et eius minus consilium respondeatur quod stanicum factum est, et quod illud stanicum amplius reyterare non intendimus, sed si eis placet facere iustitiam et satis-

factionem super illos qui non comparuerunt ad stanicum pridie ordinatum, sumus parati recipere iustitiam et satisfactionem de dampnis, robariis et homicidiis nobis factis per ipsos et gentem suam.

In minori consilio sono campane, ut moris est, concessa fuit dompno Nicole de Rauina tamquam abbati ecclesie s. Cosme, posse de terris dicte ecclesie positis in ysola Dallafote locare Thome de Petragna certas terras, que confinant Tome ex parte ponentis et ex parte pelagi cum ipso Tome usque in quintam generationem pro gross. xxv. solvendis annuatim abbati presenti et qui per tempora fuerit.

Die xiii januarii, xiii indictione. In consilio rogatorum, in quo interfuerunt xxxvi. consiliarii, captum fuit per xxx ipsorum, quod precibus et amore domini bani Bossine eidem domino bano de gratia concedatur gallea furnita et parata gente et omnibus oportunis, ad servitium ipsius domini bani.

Die xxiiii. januarii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxiiii consiliarii captum fuit et firmatum per xxi. ipsorum consiliariorum de supersedendo usque ad crastinum mane et differendo ad consultationem super facto ambassiate mittende domino regi Raxie.

Item captum fuit et deliberatum per xxvi. ipsorum consiliariorum de differendo usque ad diem incertum ad consultationem super facto novitatis frumenti quam faciunt Duracenses.

Die xxv. dicti mensis. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxv consiliarii captum fuit et firmatum per xxii dictorum consiliariorum, de expediendo ad presens ambassiatam ituram ad dominum regem Raxie, non obstantibus xiii nolentibus.

Item captum fuit et firmatum per xxviii ipsorum consiliariorum de adendo donis mittendis domino regi Raxie, quod ubi dicitur, quod donetur de avere communis pro dono libr. xl gross. debeat addi libr. x et dicatur libr. l. non obstantibus viii volentibus quod addatur libr. viiii. et postmodum captum fuit, quod ubi dicitur libr. l. dicatur libr. lx.

Die xxvi. januarii. Item in consilio rogatorum, in quo quidem consilio interfuerunt xxxiiii consiliarii, captum fuit et firmatum per xx ipsorum consiliariorum, de mittendo galeam occasione novitatis quam faciunt Duracenses de arestando frumentum barcarum de Ragusio et committendo ambaxatori ituri, quod dicere et exponere debeat Duracensibus, non obstantibus xiii in contrarium.

Die xvii februarii. Pribez Sestanovich et Crasomius Sestanovich, in minori consilio, sono campane more solito congregato, facti fuerunt cives Ragusii, qui juraverunt fidelitatem hoc modo, videlicet esse proprii ipsi et sui homines fideles dominationis ducalis Venetiarum et domini comiti ragusini et communis ragusini, et facere et obedire preceptis sibi factis et faciendis et facere omnes factiones reales et personales prout et sicut alii boni et fideles cives.

Die xxi. februarii. In minori consilio sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxvi consiliarii, captum fuit et firmatum per lxxiiii ipsorum consiliariorum de confirmando Symone ser Chelli ad salarium cancellarie communis pro duobus annis, cum pactis et conditionibus quibus stetit anno preterito, et incipit terminus in kal. marzii, proxime venturis.

In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxi. consiliarii, captum fuit et firmatum per omnes nullo breviter discrepante, de eligendo unum syndicum, qui vadat Venetias, et ibi scire et inquirere si potest salariatum ad salarium communis magistrum Nicolinum fisicum de Venetiis pro duobus annis, et possit eum salariatum cum salario usque libr. xxxv gross. . . . et si ipsum habere non posset, possit et debeat inquirere Venetiis, Padue et Bononie et ubique locorum usque Florentiam, ubi crediderit reperire quemdam bonum et expertum medicum fisicum et possit expendere usque libr. xxx gross. in viagio pro inveniendo unum bonum et excellentem medicum fisicum.

Item in eodem maiori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, quod sindico ituro pro dicto medico habeat et habere debeat quantum habuit Matheus de Grede, quando ivit sindicus qui ivit Venetias et Bononiam, qui habuit libr. iii gross. et sed si dictus sindicus nuper iturus pro dicto medico iret ad alias partes quam iverit ipse Mathe, tunc sit in providentia domini comitis et sui minoris consilii, de providendo sibi ut iustum et conveniens esse videbitur. Simon de Binciola fuit electus sindicus.

Die predicta xxv. februarii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxi consiliariorum, de differendo ad providendum et respondendum super tenore litterarum missarum ab ambassiatore communis Ragusii, qui fuit in Bossina usque ad diem mercurii, et capta fuit pars de differendo per xviii.

Die xvii. dicti februarii. Item in consilio rogatorum, in quo quidem consilio interfuerunt xxxi consiliarii, captum fuit et firmatum per xxvi de adendo pro nogotio commisse ambassiate ultra commissionem.

Item in dicto consilio rogatorum posite fuerunt due partes, prima videlicet de scribendo ambassiatoribus, qui sunt in Bossina, tenorem litterarum per eos missarum domino comiti et iuratis iudicibus et consiliariis et quod secundum tenorem litterarum sua ita debeant facere et executioni mandare. Et secunda pars fuit de non mittendo tenorem litterarum, sed de scribendo solum eis, quod debeant facere et executioni mandare prout nobis per suas litteras suplendo miserunt, et capta fuit secunda pars, videlicet de non scribendo eis tenorem suarum litterarum, sed scribendo ut dictum est.

Die xxvi. februarii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxi. con-

siliarii, captum fuit et firmatum per xxviiii ipsorum consiliariorum de committendo uno nobili homini vel pluribus sicud domino comiti et suo minori consilio videbitur et placuerit, quod vadat sive vadant et supplicent ducali dominationi, ut dignetur de gratia speciali concedere illud, quod illi sive illis commissum et impositum fuerit per dictum dominum comitem et suum minus consilium, non obstantibus ii. ponentibus in contrarium.

Item in dicto consilio rogatorum captum fuit et firmatum per xxvii ipsorum consiliariorum quod omnes denarii percepti tam ex venditione barche cursariorum predicte, quam etiam aliarum rerum et . . . cursariorum loco misericordie et pietatis debeatur dari et distribui illis qui eos ceperunt, et si non viverint illi quod debeat dari illis qui succederent pro eis et famulis eorum si familie reperirentur, sicud domino comiti et suo minori consilio videbitur dispensandum, non obstantibus iiii nolentibus.

Clemens de Goze, adcedens ante presentiam nobilis et potentis viri domini Marci Mauroceni et sui minoris consilii, sono campane ut moris est congregato, peciit absolvi a tutoria Valchi filii condam Giue de Goze presente dicto Valco, qui dominus comes cum dicto suo consilio, habito consilio super petitionem dicti Clime de voluntate dicti Vlachi presentis et consentientis absolvit dictum Clementem a dicta tutoria. Insuper dictus Valco dicta die fecit dicto Clemento plenam et generalem finem, remissionem et . . . de ulterius in propterea aliquid non petere a dicto Clemento occasione dicte tutorie, vocans se quietum et contentum de omni eo, quod sibi petere posset dicta de causa.

In nomine domini. amen. Anno domini mcccxlv, indict. xiiii, die xvi februarii. Magister Bernardus pictor facit manifestum, quod ipse promittit et se obligat nobili et potenti viro domino Marcho Mauroceno honorabili comiti Ragusii et suo minori consilio recipere vice et nomine dicti communis Ragusii ex auctoritate eis attributa et data a maiori et generali consilio dicte civitatis pingere totam caybam, que est super salam novam communis, prout et sicut sibi commisit et ordinavit dominus comes et suum minus consilium, qui per tempora fuerit, promisit etiam pingere murum totum circa circa salam intus de illis storiis et picturis quas sibi commiserit et ordinavit dominus comes et suum minus consilium, qui per tempora fuerit, et tenetur incipere ad laborandum et faciendum ipsas picturas in kalendis aprilis proximis et sequi ipsum laborerium usque per totum presentem mensem septembris, et sic consequenter teneatur sequi laborerium usque ad complementum ipsius laborerii et picture, dummodo commune ragusinum teneatur dare eidem magistro Bernardo totum laborerium . . . lapidibus, calcina et lignaminibus et opere magistrorum circa predicta, excepto pictura cum coloribus sine auro et azuro, teneatur etiam commune ragusium dare eidem magistro Bernaldo pomos et stellas auratas et aurum similiter et azuraum quantum necesse fuerit pro dicto laborerio, et ipse magister Bernardus tenetur dare omnes alios colores ad laborerium opportunos et laborerium persone pro pingendo, pro quo quidem laborerio supradicto faciendo et complendo commune ragusinum tenetur eidem magistro Bernaldo dare

yp̄p̄ cc, et ipse magister promisit de facere dare et tam pulcrum et bonum laborerium quod fuit extimationis ultra yp̄p̄ cc, et totum illud quod dictum laborerium fuit extimatum ultra yp̄p̄ cc, illud plus sit in providentia domini cōmitis et sue curie, qui per tempora fuerit, de providendo sibi secundum quod plus francaverit ultra yp̄p̄ cc et minus, verum quod dictus magister Bernaldus non possit adcipere ad aliud laborerium donec fuerit completum totum predictum laborerium sub penis et ad penam yp̄p̄ centum, et commune tenetur eidem dare yp̄p̄ x pro una domo ultra dictum pretium. E recepit ducatos xxxvi; item recepit ducatos vii, item recepit ducatos x, item recepit ducatos vi de auro. Fideiussio Junii de Scolcilca cassata de voluntate domini comitis et sue curie, quia noluit plus esse. Item die xxiiii septembris, dictus Bernardus recepit a Giue Pauli de Gondola yp̄p̄ viginti.

Die primo marzii. Vita de Volzo de Babalio in minori consilio, sono campane more solito congregato factus fuit vicecomes Brennii et Juncheti et aliarum circumstantium.

Nico de Uolzo et Giue Pauli de Gondola in minori consilio electi fuerunt procuratores monasterii s. Marci et monasterii s. Bartholomei de consensu utriusque abbatisse.

Marinus de Spaualdo factus fuit salinarius in minori consilio.

Die xviii marzii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxiii consiliarii captum fuit et deliberatum quod libr. septem gross. et dimidia, que deficiebant ad plenam solutionem quingentorum yp̄p̄ domini bani, per dominum comitem et suum minus consilium inponantur ad inprestitum illis personis, quibus ipsi domino comiti et dicto minori consilio videbitur.

Die quinto aprilis. In maiori consilio sono campane ut moris est congregato, magister Fele, protomagister arsenatis communis firmatus fuit ad salarium communis consvetis pactis et conditionibus quibus anno preterito, et incipit annus sui salarii die quo fuit terminus seu finis anni preteriti; verum quod dictus magister Fele non possit de Ragusio recedere pro eundo Venetias vel ad alias partes et loca nisi habeat licentiam a maiori parte generalis consilii.

Die viii aprilis. Giue filius Poli de Gondola factus fuit tesaurarius s. Marie, qui iuravit etc.

Die xii. aprilis. In consilio rogatorum etc. captum fuit et firmatum per lvi ipsorum, quod super pignus, quod habet commune a Nicchola de Bucchia, inveniantur tot denarii qui sufficiant ad mittendum ambassatam ad dominum banum Bossine cum omnibus donis, expensis opportunis ad dictam ambassatam.

In dicto consilio rogatorum captum fuit nemine discordante, quod de gratia et amore dominus comes Curzole possit naulizare unum de nostris barchis pro ferendo Curzolam furmentum, et hec gratia facta fuit precibus dicti domini comitis.

In dicto consilio captum fuit, quod partes, que sunt in Cernagora possint et debeant mitti ad incantum pro v annis.

Die xii. aprilis. In consilio rogatorum sono campane ut moris est congregato, captum fuit, quod domino bano Bossine et Junio Chalich ex parte dominationis mittantur littere requirendo ipsum dominum banum, quod mittat illos homines quos promisit et secundum quod promisit nostris ambassiatoribus.

Die xviiii aprilis. Marinus de Spaualdo, Paulus de Giorgio, filius Mathe, per Marinum de Zerena, filius Vrsi de Dabro, per dominum comitem, Dea Nicole Georgii per Marinze, Pasque de Bussina per Stepe, in minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt salinarii.

Tuodorus de Petragna et Giue de Bona, in minori consilio, sono campane more solito congregato, facti fuerunt examinatores equorum ambaxiatorum.

In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum quod dominus comes possit conveniri cum illis personis quas voluit ut conducant furmentum Ragusium usque ad starios mille frumenti, dando et promittendo de avere communis medium gross. pro stario, sub pena que sibi videbitur.

Giue de Teduysio in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit pitropus et commissarius testamenti don Helie de Juppana una cum Frane et cum domino Thoma loco Nicole de Petregna, qui iuraverunt.

Nicus de Uolzo factus fuit tutor filii Palis de Magralessio simul cum Nicola de Menze et Giue de Teduysio.

Die xxi. aprilis. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxviiii consiliarii, captum fuit et firmatum nullo breviter discrepante, quod ad hoc ut compleatur ecclesia sancti Blaxii, que fit in Stagno, ad honorem dei et beati Blaxii donetur et detur de avere communis pro complemento ipsius ecclesie yp̄p̄ xxii.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per lxxvi ipsorum consiliariorum de confirmando magistrum don Martinum barberium ad salarium communis pro duobus annis cum salario yp̄p̄ xl in anno, non obstantibus tribus in contrarium.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per lx ipsorum consiliariorum, quod cum ad presens non presentent officialibus zecche argentum, propter quod zeccha nichil laboret et argentum sit cari sollito, quod debeant eligi tres sapientes qui provideant super facto zecche illud quod sit bonum et utile communis et salvamento mercatorum, et quicquid ipsi providerint, infra octo dies debeant reduxisse ad dominum comitem et suum minus consilium, et dominus comes cum suo minori consilio reducet provisionem dictorum trium sapientum ad maius consilium, et quicquid in minori consilio captum fuerit sit firmum et ratum.

Giue filius Poli de Gondola, Martinussius de Menze, Marinus Lucari de Bona, electi officiales ad predicta.

Die xxi aprilis. Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per lvii ipsorum consiliariorum, quod debeant eligi tres nobiles homines, officium quorum sit quod omnes officiales communis, qui mane . . t de denariis communis teneantur reddere rationem eisdem et mostrare sumarie exitum ipsorum et introytum, et postmodum quando aliqui ex dictis officialibus qui habuissent de pecunia communis pre manibus noluerit reddere rationem domino comiti et suo minori consilio, predicti tres officiales debent esse in maiori consilio cum eorum libris et dare scire domino comiti et suo minori consilio certitudinem si ratio introitus et exitus summatim est, sicud per officiales redentes rationes monstrant.

Item quod quilibet dictorum trium officialium habere debeat in anno pro salario a communi yp̃p̃ xx.

Item quod dictorum officialium duret officium usque ad festum s. Michaelis, et in festo s. Michaelis eligantur sicut alii officiales eliguntur, et semper debeat unus ipsorum remanere sicut in consilio minori captum fuit

Petrus de Caboga,[1] Nicus Marini de Uolze, Lauriza de Bodaza, Nifficus Nichole de Gondola, electi fuerunt officiales super predictis.

Stepe de Zauleco in minori consilio sono campane more solito congregato, electus fuit tutor heredum Vite de Dominicas simul cum aliis tutoribus.

Giue de Teduysio, Jace de Casio, in minori consilio sono campane more solito congregato, facti fuerunt tutores filiorum et heredum Jache Marini de Gosio.

Die xxii aprilis. In minori consilio, sono campane more solito congregato, concessa fuit licentia Marino condam Poli de Sorgo, Tuodero de Petragna et Giue de Gondola tutoribus Marini filii Nicole de Petragna posse accipere de introytibus, et obligare introitus posse Nicole pro faciendo expensas opportunas et necessarias sicut convenit pro mittendo ad sciendum per diversas partes si Marance filius dicti Nicole vivit nec ne.

Die xxviiii dicti mensis. In consilio rogatorum, in quo quidem consilio interfuerunt xxxv consiliarii, posite fuerunt due partes, prima videlicet de donando et faciendo elemosinam hominibus de Ragusio qui presentialiter vadunt ad passagium, et secunda fuit de non donando; et capta fuit pars xxxiii ipsorum consiliariorum de donando.

Item in eodem consilio rogatorum posite fuerunt due partes, prima videlicet de donando pro quolibet gross. xviii, et secunda fuit de donando gross. xii pro quolibet; et capta fuit pars per xxiii de donando pro quolibet gross. xviii.

Die vi madii. Nisce filius Jonis factus fuit scribanus super conduram, cuius est patronus Micoe frater Gauran, vocata s. Johannes evangelista qui iuravit etc.

---

[1]) In msc. deletum.

Die xvi. madii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt ciiii consiliarii, captum fuit et firmatum per lxxxxii ipsorum consiliariorum, quod cum multum vinum forense conducatur Ragusium contra formam statuti, et banpni et in preiudicium doanne vini, eo quod ipsum vinum forense aducitur occulte, de quo nulla doana solvitur, cuius rei causa Lauriza de Bodaza qui est doanerius doane vini multum dampnum consequitur, quod sibi remittatur de illo quod solvere tenetur occasione dicte gabelle vini de gratia speciali libr. xii gross. expulsis de consilio consanguineis, secundum formam statuti.[1])

Anno domini mcccxlv, die xxvii madii. In consilio rogatorum, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxi. consiliarii captum fuit et firmatum per xxii ipsorum, quod mittantur aliqui nobiles viri ad Dabisium super facto questionis confinium terrarum domini regis et nostri districtus ad videndum, terminandum se cum dicto Dabisio de dictis confinibus ita, quod de dictis confinibus et terris amplius per ipsum Dabisium questio non fiat, dando sibi inteligere, quod de illis rebus, querimoniis et dampnis nobis per ipsum et gentem suam factis, intendimus esse coram domino rege et uti nostris racionibus contra dictum Dabisium.

Item dicta die et hora in dicto consilio rogatorum fuit captum et firmatum per xxiii ipsorum, quod ambassiata itura ad dominum regem Rassie supersedere debeat donec domino comiti et dicto consilio videbitur fore tempus mittendi dictam ambassiatam.

Marcus de Babalio, per dominum comitem, filius Bose de Vitana per Jache de Menze, filius Georgii de Gagulis per Matheum de Giorgio, facti fuerunt sallinarii in minori consilio, ut moris est.

Mico, filius Giue de Caboga, Gergo filius Niffichi de Bodaza, Giunus filius Petri de Ranina, Pasqua filius Clementis de Gleda, Vita filius Marini de Gataldo, in minori consilio facti fuerunt capitanei sesteriorum mensis junii.

Vita de Ceria, Bosse de Vitana, Sime de Bodaza, Laure de Marcus, Pale de Stole, in minori consilio facti fuerunt capitanei custodie mensis junii.

Die septimo junii. In consilio rogatorum, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxii consiliarii, captum fuit et firmatum per xxx ipsorum, quod illi nobiles viri, qui electi sunt per dominum comitem et suum consilium ire debeant ad videndum, inquirendum et diligenter decernendum et cognoscendum et ponendum confines inter terrenum nostri districtus in Brenno ad locum qui dicitur le Morete et inter dictos confines ponere talia signa, que sint ad perpetuam memoriam dictorum confinium.

In dicto consilio rogatorum captum fuit et firmatum, quod

---

[1]) In msc. fasciculo sequitur: „Anno domini mcccxliii primo augusti. Isti sunt". . . ut infra pag. 190 dein: „Capitulum litterarum citatoriarum . ." ut infra pag. 193. Tandem continuat a. 1345.

dicti nobiles viri electi et qui elligentur, ire debeant ad ponendum se cum Dabisco Cicorich et cum illo tractare concordium et reconciliationem de dampnis et querimoniis que habemus adversus eum per modum, quod dictum concordium et reconciliatio sit honor nostre dominationis et bonus status nostre communitatis; verum quod totum illud, quod per eos tractatum fuerit, antequam diffiniatur cum eo, debeat venire ad dictum consilium rogatorum, et illud quod per idem consilium erit diffinitum et captum, sit firmum et ratum et non aliter.

Die octavo mensis junii. in consilio rogatorum, in quo quidem consilio interfuerunt xxxiii consiliarii, captum fuit et firmatum per xxxi ipsorum, quod debeant mitti duo nobiles homines ad mittendum signa firma et perpetua inter confines nostri districtus et terrenum domini regis in Brenno, et totum illud, quod reperient esse pastinatum in terreno domini regis ultra posita signa, debeant per omnino exradicari et radicitus evelli ad hoc, ut de dictis confinibus ulterius questio non oriatur.

In dicto consilio rogatorum captum fuit et firmatum per xiii ipsorum, quod duo nobiles homines vadant ad Dabiscum, qui refferant ei pro parte dominationis quod proferta sua, quam fecit nostris ambasiatoribus, placeat dominationi et suo consilio, si ipse Dabiscus curabit mittere ad effectum et facere per operam totum illud, quod promisit dictis nostris ambassiatoribus.

Die decimo junii. In dicto consilio rogatorum captum fuit et firmatum, quod denarii, qui sunt oportuni pro expensis fiendis in laborerio Stagni, ad presens adcipiantur ad improntum cum conditione quod restituantur illi sive illis qui ipsos imprestabunt de denariis qui recoliguntur de sale communis.

Die xvi junii. In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxiiii consiliarii captum fuit et firmatum per lvii ipsorum, quod pena centum florenorum quam incurrit magister Nicolaus fisicus de Bononia, eo quod non venit ad salarium et servicium communis ragusini secundum pactum et obligationem quam fecit cum Symone de Binzola sindico nostri communis, considerata eius legiptima excusatione remittatur sibi et absolvatur, et quod scribatur dicto Simoni quod habeamus eum pro excusato et quod faciat et curet quod commune ragusinum sit liber a dicto magistro Nicolao et ipse a nostro communi cum cautelis et sollempnitatibus opportunis.

In minori consilio, sono campane ut moris est congregato, data et concessa fuit auctoritas dompno Nicole de Ranina abbati ecclesie sancti Cosme de ysola de Medio posse dare et locare Tome de Petraga unum petium terre dicte ecclesie positum in dicta insula apud possessienem dicti Tome usque ad quintam generationem pro gross. xxv annuatim solvendo dicto dompno Nicole pro affictu dicte pezie terre.

In dicto maiori consilio captum fuit et firmatum nemine discrepante quod mandetur in commissione Simoni de Binzola, quod inquirat de uno sufficienti medico cirusico, et antequam idem Simon firmet

pactum et concordium cum eo rescribere debeat domino comiti et suo minori consilio de conditione dicti magistri cirusici et de eius salario et illud quod per maius consilium chapietur sit ratum et firmum et non aliter.

Item in dicto maiori consilio fuit captum et firmatum per LVIII ipsorum, quod magister Menegellus de Venetiis, romanius, adsumatur ad sallarium communis pro uno anno, et habere debeat pro suo salario predicto anno yp̄p̄ XL et pro affictu domus dicti anni yp̄p̄ v. pro quo salario teneatur servare de arte sua omni tempore quando expedierit communi in civitate et ad Stagnum et ad pontam Stagni, verum quod possit sibi solvi facere ab omnibus singularibus personis quibus serviet de arte sua.

Frane muto, per Jache de Menze, Tripe de Goze per ser Mateum de Giorgio, uxor Marini de Villano, per Andream de Bodaza, Lena quondam Priasni de Ranina, in minori consilio ut moris est, electi et facti fuerunt salinarii.

Die XVIII junii. In consilio rogatorum, in quo quidem consilio interfuerunt XXXVIII consiliarii, captum fuit per XXXI ipsorum de ambassiata, que electa est ad dominum regem Rassie, per totum presentem mensem junii recedere debeat de Ragusio et vadat ad dictam ambassiatam.

Item in dicto consilio rogatorum captum fuit et firmatum per XXXVI ipsorum, quod pro tanto tempore quanto habeat esse sindicus noster in curia domini pape, idem noster sindicus possit in dicta curia procurare pro domino nostro archiepiscopo in servicium litis quam habet cum . . . .

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum, quod ad honorem dei et beati Francisci dentur de avere communis yp̄p̄ CL in subsidium operis ecclesie fratrum minorum de Ragusio

In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, considerata legiptima excusatione Simonis de Benessa, quam habet de nuptiis, quas ad presens facere intendit cum genero suo Marco, captum fuit et firmatum nemine discordante, quod dictus Simun ex nunc sit absolutus ab ambassata, quam ire tenebatur et electus erat ad dominum regem Rasscie.

Die XXV junii. In consilio rogatorum, in quo interfuerunt XXXIII consiliarii, captum fuit et firmatum per XVIII ipsorum, quod considerato honere questionis quam commune habet in curia domini pape et pro maiori cautela dicte questionis, quod eligantur sex sapientes et adantur aliis v sapientibus, qui omnes simul cum domino comite habeant eandem libertatem, quam habuerint primi v sapientes et prout in reformatione domini Marci Mauroceno, olim comitis Ragusini continetur. Marino de Lucari de Bona, Nale de Cirena, Sime de Benessa, Clime de Goze, Giue de Teudisio, Tuodoro de Bodaza, electi sapientes cum aliis v sapientibus super agendis et consulendis in questione quam commune Ragusium habet in curia domini pape.

Die xxvii junii. In dicto maiori consilio captum fuit et firmatum nemine discordante, quod uxor Lampre de Menze possit dare genero suo pro maritacione filie sue de dotibus suis libras octo gross. et hoc factum fuit dicte uxori Lampre de gratia speciali.

Tripe filius Teodori de Bodaza, Marinus de Slauze, Lucas de Gambe, Jache de Menze, Marinus de Lausella, Vrso filio de Niffico de Bodaza, capitanei sesteriorum mensis julii.

Mate de Gurbessa, Petrus filius Marini de Gataldo, Pone de Catena, Marino filio Niffico de Mazadon, capitanei mensis julii.

Anno domini mcccxlv indictione xiii. In minori consilio sono campane ut moris est congregato, captum et deliberatum fuit virtute unius sentencie date per nobilem et potentem virum dominum Leonardum Mocenigo honorabilem comitem Ragusinum et suam curiam, ut in actis cancellarie continetur sub anno domini et indictione predictis, die sexto dicti mensis julii, quod Giure de Gleda habere et tenere debeat illos yp̄p̄ centum, qui depositati fuerunt in camera communis ad petitionem Tisisslaue de Giorgi de precio venditionis unius domus lapidee, que olim fuit Andree de Giorgio, quos yp̄p̄ centum dictus Giure debet tenere salvos in terra ad utilitatem dicte Tisisslaue, qui Giure fuit contentus et confessus habuisse et recepisse dictos yp̄p̄ centum ad utilitatem dicte Tisisslaue salvos in terra ut dictum est.

Die primo julii. In consilio rogatorum, ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxii consiliarii captum fuit et deliberatum per xviiii ipsorum, quod ambassiatores, qui ad presens ad dominum regem Rassie penitus tractare debeant cum Nichola de Buchia, quod illud gravamen pannorum quod imponitur mercatoribus omnino tollatur et amplius non aggraventur.

Item quod mercatores nostri qui sunt ad presens Ragusii et qui debent recipere certam quantitatem pecunie a domino rege Rassie de debito veteri, habeant libertatem eligendi unum nobilem hominem, officium cuius sit exigere dictum debitum, et quod tam dicti mercatores, qui sunt in Ragusio, quam etiam illi qui sunt in Slauonia, teneantur providere dicto officiali x pro centenario de omni eo quod de dicto debito per dictum officialem fuerit exactum.

Giue de Siracha, Marinus Lucari de Bona, Nico de Zauernico, Giue Pauli de Gondola, electi fuerunt ad eundum ad parlamentum cum illis de Nicolich.[1])

Die viiii julii. In consilio rogatorum captum fuit et firmatum de mittendo tres nobiles homines ad Bogissam Nicolich cum illa commissione, que placuerit domino comiti et suo maiori consilio dare eis ad tractandum, pacificandum et terminandum cum dicto Bogissa de restitutione dampnorum factorum per ipsum Bogissam et gentem suam fidelibus de Ragusio et de fiendis in antea. Et quidquid predicti tres fecerint, firmaverint et tractaverint sit firmum et ratum.

---

[1]) In msc. deletum.

Giue de Syracha, Marinus Lucari de Bona, Giue Pauli de Gondola, electi fuerunt in minori consilio ad eundum ad dictum Bogissam.

Die x julii. In maiori consilio, ut moris est congregato, in quo interfuerunt lxxvii consiliarii captum fuit et firmatum per lviii ipsorum, quod eligantur sex nobiles homines per dominum comitem et suum minus consilium, quorum officium sit ponere unum inprontum ducentarum librarum grossorum inter centum personas, de quo improntu debeat emi bladum pro quomodo et utilitate communis Ragusii, ita tamen, quod hinc ad viii menses proximos dictum improntum restituatur dictis centum personis; qui denarii debent extrahi de venditione dicti bladi. Et si ante dictum terminum octo mensium extrahentur dicti denarii de dicto blado antea restitui debeant. Insuper quod officium dictorum sex sit providere simul cum domino comite et suo minori consilio viam et modum qualiter dicte libr. ducente gross. debeant investiri in blado, et habent libertatem cum dicto domino comite et suo consilio mittendi pro blado ad quascumque partes prout eis videbitur unum et plures sindicos cum illa commissione et mandato que et quod videbitur domino comiti et suo consilio, et dictis sex electis: Clemens de Goze, Sime de Benessa, Martinussius de Mencio, Paulus de Gondola, Marinus Lucari de Bona, Giunius de Giorgio.

Die xiii julii. Petrus de Caboga, electus fuit syndicus ad eundum in Apuleam pro emendo bladum cum illa commissione, que da(ta) fuit sibi per dominum comitem et suum minus consilium et per additionem sapientum; qui Petrus fuit electus in minori consilio, ut moris est, et recessit ad dictum suum iter xiiii julii.

Die xxiii julii. In consilio rogatorum, ut moris est congregato, in quo interfuerunt xxxviii consiliarii, captum fuit et firmatum per xxv ipsorum quod eligantur quinque sapientes apud dominum comitem, qui sapientes simul cum domino comite debeant providere super tenore statutorum de vino non conducendo Ragusio et ad modificandum, ampliandum et restringendum dicta statuta, et de adendo et minuendo illa et insuper de novo facienda, prout dicto domino comiti et dictis sapientibus placuerit providere; et totum illud, quod per dictos sapientes fuerit adinventum, factum, correctum et ordinatum, si dicto domino comiti placuerit et videbitur, debeat reduci ad minus consilium et postmodum ad maius, et totum illud quod capitur in maiori consilio circha predicta vel aliquod predictorum sit firmum et ratum.

Sime de Benessa, Clime de Goze, Martinussius de Menze, Paulus de Gondola, Giue de Teudisio, in minori consilio, electi fuerunt sapientes ad providendum de quod vinum non conducatur Ragusium secundum libertatem reformationis proxime prescripte.

Slaucus de Luca electus et factus fuit capitaneus in mari Stagno in minori consilio, ut moris est.

Die xxviii julii. Nicus filius Give de Martinussio, in minori consilio sono campane more solito congregato, factus fuit salinarius primus.

In minori consilio captum fuit, quod ponatur pars in maiori consilio, provisione inventa per suprascriptos provisores vini, quod in maiori consilio eligantur sex nobiles homines et sex in minori consilio per scultinum et per ballotas deauratas secundum quod eliguntur comites Stagni, et quod omnes isti ellecti ballotentur in maiori consilio, et illi tres qui plures ballottas habuerint, remaneant officiales super vino non de foris non conducendo Ragusium nec in eius districtum; que pars fuit capta et firmata in maiori consilio per LXXVI ipsorum non obstantibus ballotis XXIII, que fuerunt in contrarium.

Die ultimo julii. In maiori consilio sono campane ut moris est congregato, in quo quidem interfuerunt CIII consiliarii, captum fuit et deliberatum per LXX ipsorum, quod elligantur tres nobiles homines boni et sufficientes officiales pro uno anno, qui tenentur, debent custodire tempore vindimiarum omni via et modo quo melius fieri potest, quod vinum foresterium et etiam vinum Stagni et Ponte modo aliquo vel ingenio non veniat nec exoneretur neque vendatur in Ragusio vel districtu seu in aliqua insularum ipsius, sub pena in statutis contenta: de qua pena dicti officiales habere debent terciam partem, et custodes dictorum officialium terciam et reliqua tercia deveniat in commune. Qui tres officiales tenentur et debent servare hunc ordinem inter se, videlicet: quod dicto tempore vindimiarum, quilibet dictorum officialium sua vice tenetur ire personaliter XV diebus continuis cum una barcha armata per omnes portus et locos et insulas districtus Ragusii, ad quos eis videbitur fore necesse ire, discurendo et custodiendo ne aliqua persona tam civis quam forasterius vadat contra hunc ordinem neque contra statutum et ordines, qui locuntur de vino foresterio et della Ponta sub pena superius nominata. Item quod dicti officiales teneantur et debeant personam et vinum illorum qui contrafecerint ducere in forcium dominacionis. Et si aliquis dictorum officialium faceret contra eorum officium, quod supra et infra describitur, hoc est, si legiptime probari posset, quod dicti officiales vel aliquis eorum esset auctor, quod vinum foresterium vel della Ponta veniret contra hunc ordinem vel contra statutum et ordines, qui locuntur de vino forasterio vel della Ponta, cadat ille talis officialis ad penam L yp̄p̄ et sit privatus uno anno officio et beneficio. Qui tres officiales habere debent pro eorum salario pro quolibet ipsorum pro uno anno yp̄p̄ XXXIII et gross. IIII. Et commune tenetur solvere naulum barche et soldum marinariorum et custodum et nihil aliud. Qui tres officiales incipere debent eorum officium a medio mensis augusti et custodire, ut supra dictum est, per totum mensem septembris et ab inde in antea tenentur et debent custodire et eorum officium facere usque ad finem anni in civitate et districtu Ragusii custodiendo, ut supra dictum est. Insuper quod dicti officiales possint inquirere per omnes domus, districtus et ynsularum Ragusii de vino forasterio et della Ponta ne vadat contra ordinem et statuta superius nominata. Insuper quod dicti officiales possint dare sacramentum cuilibet persone prout eis videbitur circha omnia et in omnibus, que pertinent ad eorum officium.

Item captum et reformatum fuit in dicto maiori consilio, quod

si de cetero aliquod lignum forasteriorum venerit cum vino in aliquem de portibus districtus Ragusii, quod supradicti tres officiales teneantur et debeant de presenti quando dictum lignum applicuerit in aliquem de dictis portibus, ponere super dicto ligno duos bonos et sufficientes custodes, qui die et nocte custodire debeant, quod de dicto ligno vinum modo aliquo vel ingenio non exoneretur, non vendatur, neque donetur de dicto vino. Qui custodes habere debent quolibet die quo fecerint custodiam super dicto ligno pro quolibet ipsorum gross. tres, quos gross. solvere debeat dictum lignum de quanto steterit in aliquo de dictis portibus. Verum si dictum lignum haberet tempus, quod levaret eum ad suum viagium et nollet ire ad suum viagium, quod tunc dictum lignum solvere debeat unum ducatum omni die de quanto steterit in aliquo de portibus districtus Ragusii, et tanto plus quantum placuerit domino comiti.

Item captum fuit et reformatum in dicto maiori consilio, quod ponatur in comissione comitis Stagni capitaneus maris Stagni, et capitaneus Terstenize videlicet eorum, qui ad presens sunt et eorum qui per tempora erunt, quod quilibet ipsorum teneantur et debeant diligenter custodire et facere custodiri, quod vinum Stagni et Ponte per aliquam personam non conducatur in Ragusium vel in districtum Ragusii. Et si quem invenerint contrafacientem debeant et teneantur dicti comes et capitaneus ducere in forcium dominationis vinum et personas illorum, qui contrafecerint ordini et statutis qui locuntur de vino Ponte et Stagni. Et habere debeant dicti comes et capitaneus qui supra, ille videlicet qui invenerit contrafacientem, partem pene, secundum quod habent officiales predicti. Et si probari posset, quod comes Stagni vel capitanei maris Stagni vel Terstenize facerent contra hunc ordinem, ubi probari posset quod aliquis ipsorum esset auctor, quod vinum Stagni vel della Ponta, veniret Ragusium vel in districtum Ragusii, ille talis comes vel capitaneus, qui contrafecerit, cadat ad penam L yp̄p̄, et sit privatus officio comitatus et capitanarie.

Giue de Tediusio, Giue de Bona, Niffico de Gondola in maiori consilio, sono campane ut moris est, electi fuerunt officiales ad custodiam, ne vinum forasterium sive de Stagno vel della Ponta veniat in Ragusium vel eius districtum, quorum officium est prout in reformatione maioris et generalis continetur, scripta sub anno domini MCCCXLV, die ultimo julii, qui iuraverunt etc.[1])

Die ultimo julii. In maiori consilio, sono campane ut moris, captum fuit et firmatum, quod magister Nicolaus fisicus de Padua confirmetur ad salarium communis pro duobus annis pactis et conditionibus, quibus fuit anno preterito per balottas LXXXXVII.

Kal. mensis augusti. Anno domini MCCCXLV, indictione XIII, die primo. Andreas de Lucari, Mate Marini de Menze, Vole de Volzo, Pasqua

[1]) MCCCXLVI, die X marcii. Sime de Binzola, Prode de Bisiga, Giue N. de Gondola, Petrus de Pecurario, loco Simonis die XVIIII junii officiales super ordinem vini loco supradictorum.

sono campane ut
qui ambassatorum,
parati ad omnem

quod ambassiatores
Ragusio et ire ad

o . . . . . scolarium
quos habere debeat

campane ut moris
LXXXV consiliarii
quod mandatum
mune Ragusinum
munis et mittere
ratinos, mandetur
nobiles homines,
t modum et ordi-
um mandetur ad
nitem et dictos x
firmum et ratum

um fuit, quod eli-
equium exercitus
habere in mense

massarius, qui ha-
riis.
ucto ligno eligantur
libet eorum pro suo

silio sapientum
s, et scribere de yn-
XII, et de Callamota
, in quibus est solus
es possint eligere unum
it patronus barcusii vel
d eis videbitur, eligendo
minorem angaridiam et
onere eis terminum, quod
us oportunis ad exequen-

o in dicto consilio electi
Callafote XV homines a
orum, de Grauosa, Vmbla

dola in dicto consilio pro-

de Resti, Nale de Zirena, Marcolus de Zerena, in minori consilio electi fuerunt capitanei sexteriorum.

Lampre de Bonda, Marinus de Ceria, Jache de Gondola, Pale Dimitri de Pabora, in minori consilio, electi fuerunt capitanei custodie mensis.

In maiori consilio, ut moris est congregato, magister Thomasius cirusicus fuit confirmatus ad sallarium communis pro duobus annis proxime sequentibus cum sallario librarum duodecim gross. cum pacto et conditione, quod ipse teneatur tenere continue stacionem apotecarie furnitam omnibus oportunis ad apotecariam et ad omnes medicinas egretudinibus necessarias, quam si non teneret ut supradictum est, quod non habeat nisi libras decem in anno, intelligendo illas duas libras quas habet ultra decem, convertentur ad suum sallarium ab illo die quo inceperit tenere stacionem et non ante.

In maiori consilio, sono campane ut moris est, posite fuerunt due partes, prima videlicet de confirmando magistrum Tomasium de Stalo cirusicum pro duobus annis cum salario librarum duodecim gross. in anno, cum pacto et condicione, quod ipse magister Thomas teneatur habere et tenere unam apothecam speciarie furnitam omnibus speciebus et rebus medicinalibus oportunis ad medicinas faciendas, quam stacionem si non tenuerit continuis duobus annis habere debeat solummodo pro suo sallario in anno libras decem grossorum. Et alia pars fuit de non salariando eum, et capta fuit prima pars, pactis et conditionibus supradictis, non obstantibus XII ballotis positis in contrarium.

Nico de Zauernico in maiori consilio, sono campane ut moris est, factus fuit capitaneus Terstenize cum illa comissione et salario prout factus fuit Sauinus de Bonda, predecessor eius. Insuper fuit sibi comissum per maius consilium, quod debeat diligenter facere custodire, quod vinum della Ponta non veniat in Ragusium, nec per alium districtum Ragusii, sub pena que in statuto in nova reformatione continetur. — Qui recessit ad suum regimen die quinto octubris.

Andreas de Lucari, Vole de Uolzo, Marcolus de Catena, electi fuerunt provisores de modo et ordine servando de dampnis, furtis et pascuis, que fiunt in vineis, que sunt in costeria extra muros civitatis usque ad sanctum Jacobum in minori consilio, ut moris est.

Die sexto augusti. In maiori consilio, sono campane ut moris est, captum fuit (per) LXVIII ipsorum de vendendo de sale communis milliaria tria pro meliori pretio, et illa via et modo, que videbitur domino comiti et suo minori consilio, pro satisfaciendo custodibus Stagni et eorum soldo.

Die x augusti. Nicola de Menze, Marinus Pauli de Sorgo, Simon de Binzola, fondacarii ad recipiendum furmentum communis ad faciendum vendi illud, et ad tenendum contum et rationem dicti furmenti, in minori consilio etc. etc.

Pale de Giorgio factus fuit missita pro communi, in minori consilio, sono campane ut moris est, qui iuravit etc.

Die xii augusti. In consilio rogatorum, sono campane ut moris est congregato, captum fuit et firmatum, quod equi ambassatorum, qui sunt Antibari, redire debeant Ragusium et s are parati ad omnem voluntatem et requisitionem dictorum ambasiatorum.

Die xvii augusti. In consilio rogatorum, quod ambassiatores ituri ad dominum regem Rassie debeant recesisse de Ragusio et ire ad eorum ambassiatam hinc ad viii dies.

In minori consilio, captum fuit, quod magistro . . . . . scolarium dentur de avere communis pro affictu domus yp̃p̃ x, quos habere debeat in fine anni incipiendo a suprascripta die.

Die xviii augusti. In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxxv consiliarii captum fuit et firmatum, nemine ipsorum discordante, quod mandatum ducalium litterarum, in quibus continetur, quod commune Ragusinum armare debeat secundum numerum virorum dicti communis et mittere primum ad exercitum communis Venetiarum contra Yadratinos, mandetur de presenti executioni, et quod super hoc elligantur x nobiles homines, qui simul cum domino comite debeant invenire viam et modum et ordinem, qualiter mandatum dictarum litterarum duchalium mandetur ad complementum, et totum illud quod per dominum comitem et dictos x nobiles fuerit ordinatum et factum circha predicta sit firmum et ratum ac si esset statutum et ordinatum per maius consilium.

In consilio decem provisorum super armata, captum fuit, quod eligatur unus comitus super ligno, qui ire debet in obsequium exercitus communis Venetiarum contra Yadriatinos, qui debet habere in mense pro suo soldos yp̃p̃ xii.

Item quod supra dicto ligno eligatur unus supramassarius, qui habere debeat in mense, quantum habet unus de naucleriis.

Item captum fuit in dicto consilio, quod super dicto ligno eligantur iiii nauclerii, qui habere debent in mense pro quolibet eorum pro suo lo soldo yp̃p̃os sex.

Giue de Zirena, Jure de Caboga, in dicto consilio sapientum seu provisorum electi fuerunt ad eundum ad ysulas, et scribere de ynsula Zuppana xxx homines a remo et de Callafota xii, et de Callamota viii, ita tamen, quod non possint scribere domus, in quibus est solus unus homo; de domibus vero ubi sunt duo et plures possint eligere unum hominem, ita tamen, quod ille talis homo non sit patronus barcusii vel pudarius vinee, de aliis autem possint eligere sicud eis videbitur, eligendo de melioribus, quos habere possunt, faciendo minorem angaridiam et sinistrum dicte insule quod fieri potest, et imponere eis terminum, quod infra octo dies sint parati armis suis et omnibus oportunis ad exequendum mandatum dominationis.

Nicola de Gride, Giue do Bona simili modo in dicto consilio electi fuerunt ad eundum ad scribendum ad insulam Callafote xv homines a remo cum modo, ordine et comissione supradictorum, de Grauosa, Vmbla et Malfo.

Andreas de Bodazza, Giue Pauli de Gondola in dicto consilio pro-

visorum electi fuerunt ad scribendum in civitate Ragusii xxx homines bonos et sufficientes a remo non elligendo aliquem hominem patronum condure, barche, seu alterius ligni; de aliis vero teneantur illum modum et ordinem quo minus fiat sinistrum condurris, barchis et lignis elligendo semper de bonis et sufficientibus hominibus a remo.

Die xviii augusti. Paulus de Gondola, Sime de Benessa, Martinussius de Menze, Vrsius de Zirena, Sime de Binzola, Clementus de Goze, Junius de Dersa, Blasius de Bodaza, Marinus Lucari de Bona, Giugno de Giorgi, Andreas de Lucanze, Giue de Zirena, omnes predicti de auctoritate maioris et generalis consilii, in minori consilio, sono campane ut moris est, electi fuerunt provisores et sapientes cum illa commissione et libertate, data eis a maiori consilio prout continetur et apparet per reformationem maioris consilii suprascriptam, die xviii augusti.

Die vigesimo augusti. In consilio provisorum super armata in obsequium communis Venetiarum captum fuit, quod super ligno, quod ire debet in obsequium predictum constituantur unus comitus et iii nauclerii.

Die xxi augusti. In consilio rogatorum, captum fuit, quod ambasiatores debeant consullere et parlamentare cum mercatoribus nostris commorantibus in Prisarin super facto castelli Prisarini, quod petunt dicti mercatores, et habita eorum intencione quomodo intendunt illud tenere dicti ambassiatores debeant respondere totum illud quod parlamentabunt inter se et significare domino comiti et suo consilio de voluntate et intencione dictorum mercatorum.

Petrus de Bucigalo et Vita de Zeria in consilio provisorum super armata, electi fuerunt officiales ad fortificandum civitatem prout eis commissum fuerit.

Andreas de Petragna, Nale de Proculo, Nicola de Gride, Maroe, filius Michael de Dersa per consilium provisorum super armata communis electi et constituti fuerunt officiales ad exigendum denarios impositos hominibus civitatis pro soldando ligno in obsequium communis Venetiarum.

Die xxiii augusti. In consilio rogatorum, captum fuit et firmatum, quod eligantur tres provisores, qui simul cum domino comite debeant providere viam et modum qualiter civitas fortificetur per loca que videntur eis expedire. Et insuper providere de custodia per ynsulas et districtum Ragusii, et similiter de custodia Stagni et Ponte. Et totum illud quod per dictum dominum comitem et dictos provisores adinventum fuerit circha predicta reducatur ad minus consilium et illud sit ratum et firmum, quod per minus consilium captum erit.

Junius de Dersa, Martinussius de Menze, Simon de Benessa, in minori consilio electi fuerunt provisores predicti.

Die xxv augusti. Per dominum comitem et tres sapientes ad infrascripta electos, captum fuit et firmatum, quod incipiendo a domo Nicole

de Buchia, que est ad pontem lignorum eundo iuxta marinam usque ad pusterlam, debeant alique porte et busi obturari et alique inferrari secundum quod melius videbitur. Insuper quod ex latere maris de labis (sic) similiter fieri debeat usque ad labes sancti Michaelis sicud utilius videbitur pro conservatione et meliore custodia civitatis.

Item quod arsenate communis fortificetur cum lignamine vel alio modo prout videbitur expedire pro tuta custodia dicte arsenatis et tocius civitatis.

Item quod turris, que est apud sanctum Lucam iuxta marinam debeat murari sursum et fortificari sicud melius videbitur pro securitate portus et custodia civitatis.

In minori consilio captum fuit, quod Lampre de Menze sit capitaneus xxv hominum cum quibus custodire debeat astariam ut moris est, usque ad medium mensem septembris; et habere debet pro sua persona quolibet die gross. II, et quilibet dictorum custodum gross. VIIII.

In minori consilio facta fuit gratia Domagne de Menze comiti Stagni, quod possit venire Ragusium et ibidem stare octo diebus et non plus, dimittendo loco sui Martinum de Uolzo seu Todorum de Bodaza, et quod ille qui remanserit loco sui similiter teneatur custodire ne vinum Stagni vel della Ponta veniat Ragusium vel eius districtum.

Item in maiori consilio, captum fuit . . . . barono domini regis et quem dominus rex per suas litteras communi ragusino recomendavit velud suam personam, eo quod est gravi infi(r)mitate gravatus, possit portari facere ad domum sue habitationis unum vastellum tenutum sex quingerum pro usu et conservatione sue persone.

In dicto maiori consilio, captum fuit et firmatum, quod fratri Constantino olim priori conventus Predicatorum Ragusii de avere communis detur et donetur gratia yp̄p̄ xxv in sub(sidium) intineris quod facere intendit ad capitulum provinciale pro bono statu et conservatione dicti conventus.

Die XIIII setembris. In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, in quo (quidem consilio) interfuerunt LXVII consiliarii, captum fuit et deliberatum per LI ipsorum, si quo casu vel fortuna aliquis doanerius vel gabellotus de aliqua doana seu gabella perderet vel dampnum aliquod substineret, quod illi tali gabelloto seu doanerio per dominum comitem seu minus consilium, rogatorum vel generale non possit fieri aliqua gratia seu remissio pecunie quam deberet communi occasione gabelle seu doanne alicuius, nec in aliquo dictorum consiliorum possit poni pars de faciendo ei gratiam seu remissionem pecunie modo aliquo vel ingenio, reservatis semper conditionibus doane maioris, quibus presens reformatio non preiudicat.

Die XVIIII setembris. Uxor Pauli de Martinus per Vole de Uolzo, Vita de Binzola per Stepe de Sorego, filii Mise de Dersa per dominum comitem, Gauze de Poza per Andream de Bodaza facti fuerunt salinarii in minori consilio.

Die XXVIIII septembris. Nico de Uolzo datus fuit tutor heredi Pale de Mastelesse in minori consilio, ut moris est.

Die xxx dicti mensis. In minori consilio captum fuit, quod Nicolaus de Zauernico capitaneus Terstenize possit secum habere unum presbiterum, qui teneatur offiziare et scribere omnia que sibi mandaverit dominus capitaneus, qui presbiter habere debeat a communi ypp vii.

Kal. mensis octubris millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, die primo octubris. Officiales electi per nobilem et potentem virum dominum Leonardum Mozenigo honorabilem comitem ragusinum, quorum officium durare debet usque ad festum sancti Michaelis de setembri proxime venturum.

Judices: Paulus de Gondola, Marinus de Binzola, Giugnius de Giorgio, Martinussius de Menze, (Pasqua de Goze loco Martinussio judex, die primo marcii), Simon de Benessa.

Consiliarii: Marinus Junii de Sorego, Nale de Zirena, Saue de Bonde, (Giue de Tediusio pro eo, die x novembris), Marinus Lucari de Bona, Nicus de Uolzo, Giue de Saracha.

Vicarius domini comitis: Mate de Dersa.

Advocati maioris curie: Andreas de Lucarze, Petrus de Pozza, (Petrus de Ranina loco eius), Mate de Menze, Jache de Crosi, (Marculus de Zerena), Pale Dimitrii de Pabora.

Justiciarii: Volc de Uolzo, Marinus Pauli de Sorego, Giue Nale de Zirena, Lauriza de Bodazza, Giue, filius Junii de Giorgio.

Advocatores communis: Giunius de Dersa, Luce de Lucari pro Junio, Mico J. de Bona, Pale Dimitrii de Pabora, die x aprilis, Nicus de Zauernico.

Judices parve curie: Marcolus de Scarichio, Vlaco de Resti, Giore de Gleya, Chergus de Petrega, die primo aprilis.

Advocatores parve curie: Pasqua de Cherni, Pasqua de Brissiga, (Pone de Catena).

Camarlengi: Giue Nicole de Gondola, Nissa de Saracha, Mico Lucari de Bona, Vlacus de Menze pro Giue.

Fondacarii: Felice de Posesta, Nicoliza de Martinus, (Giugnio filius eius), Paulus, filius ser Mathei de Giorgio.

Procuratores sancte Marie: Gabriellus de Gleya, Margo de Benessa, Nico, filius Pauli de Gondola, (Marco Junii de Menze).

Passatores extra civitatem: Ser Matheus de Giorgio, Fuscus de Binzola, Jace de Gondola, (Maroe, filius Nalis de Zerena).

Passatores in civitate: Jacobus de Matessa, Slato de Binzola.

Super arma communis: Dobre de Binzola, Clime de Gleya.

Super terrenum et salem communis: Marinus de Uolzo, Prode de Bisiga, Giue Pasque de Goze, (loco Prode, die xx marcii), Giue, filius Dime de Menze, (Jache de Menze, die ultimo marcii, Marinus Nicole de Goze, die x aprilis).

Super laborerio arsenatis: Marinus Junii de Bona, Filice de Grede, Andreas de Bodaza, (Saue de Bonda, die x aprilis loco Felices).

Super navigia portus: Petrus de Bausella, Marinus N. de Goze, Marinus

de Slauce, Petrus de Poza, die xxviiii novembris, Vlacus Marini de Slanj, die xxviii julii.

Petrus Marini de Grubessa, scribanus becharie.

Super zecha: Laureza, filius Stepe de Sorego, Giue Pauli de Gondola, Michael de Binzola, (Jure de Caboga loco eius), Blasius de Bodaza.

Super pondus furmenti: Jacobus de Casiza, Marinus de Spaualdo, (Vita de Binzola).

Judices partium ponte: Todorus de Bodaza, Nale de Progulo, Luce de Binzola, (Pasqua de Resti loco eius).

Super custodiam civitatis: Pale de Resti, Andreas de Petraga.

Nicola de Menze, Marinus Pauli de Sorego, Symon de Binzola, Giue Pasque de Goze, Marcolus de Zerena, die xiiii madii, officiales super recipiendum furmentum communis et vendendum et recipiendum pecuniam.

Consilium rogatorum: Giue Nicole de Gondola, Nifficus Nice de Gondola, Todorus de Bodaza, Lauriza de Bodaza, Gabriellus de Gleya, Mate de Benessa, Petraga Helie de Bonda, Felice de Grede, Mico Lucari de Bona, Pale de Resti, Margo de Benessa, Junus de Dersa, Blasius de Bodaza, Giue de Teudisio, Sime de Binzola, Maroe Junii de Menze, Dobre de Binzola, Michael de Binzola, Marinus Pauli de Sorego, Luce de Binzola, Marinus de Volzo, Nicola de Menze, Helias de Binzola, Giue de Lucari de Bona, Mico de Zugo de Bona, Pasqua de Resti, Jure de Caboga, Marinus Junii de Bona, Petrus de Ranina, Vita de Zeria, Giue de Zerena, Volc de Uolzo, Andreas de Lucaro, Stepe de Sorco, Lucas de Gambe, Giue de Gondola, Matheus de Giorgio, Andreas de Bodaza, Marcolus de Zirena, Giunius de Calichio, Tomas de Dersa, Pale Demetri de Pabora, Martinussius de Menze, Giue de Zerena, Maroe Climentis Goze, Pasche de Resti, Lauriza de Uolcasso, Mathe Junii de Menze, Prode de Bisiga, Nifficus de Gondola.

Die vii otubris. In consilio sapientum super questione episcopi, captum fuit eorum nemine discordante, quod totum illud, quod de cetero in dicto consilio erit consultum, dictum, rationatum, factum et reformatum sit sub creta (sic) credenzia sub pena sacramenti et yp̄p̄ centum pro quolibet qui revellaret predicta vel aliqua predictorum, de qua pena habeat tertiam partem acusator, si per eius acusam veritas poterit reperiri et teneatur de credentia.

In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, in quo interfuerunt lxxii consiliarii, captum fuit et deliberatum per lxvii ipsorum de dando libertatem domino comiti et x sapientibus electis super facto episcopi curzolani ad plenum posse providere super responsione litterarum missarum pro facto, quod pertinet ad forum (factum?) dicti episcopi, et de mittendo pro quodam iurisperito uno et pluribus ad quaslibet partes et terras ipsum et ipsos concordare et concordari facere et salvare et pro quanto precio eidem domino comiti et dictis sapientibus videbitur et placuerit. Et ad mittendum unum vel plures nuptios ad quaslibet partes pro habendo consilium super predictis et ad expendendum de avere communis usque ad illam quantitatem pecunie sicut et quantum domino comiti et dictis sapientibus videbitur et placuerit, tam pro habendo

iurisperitum unum et plures, quam pro habendo consilium et pro mittendo unum et plures syndicos et ad faciendum generaliter omnes expensas que in dicto negotio et pro dicto negotio comodocumque et qualitercumque usque ad finem huius negotii occurrerint. Et propterea ad accipiendum si dicto domino comiti et dictis sapientibus videbitur et placuerit pecunia undecumque, quandocumque, cotienscumque mutuo a quacumque persona una et pluribus a quibus placuerit invenire et accipere usque ad illam quantitatem pecunie et ad illum terminum ad presens et in futurum prout domino comiti et dictis sapientibus videbitur expedire pro utili et necessitate predicti negotii, et ad imponendum penam et penas cui et quibus eis placuerit. Et ad obligandum proinde si eis videbitur totum commune et omnes et singulas personas ipsius communis etc. cum penis renuptiis etc.

Die xi octubris. Vita de Ceria, Prode Nicole de Bisiga simul cum Marino Nicole de Goze dati fuerunt tutores filio dicti Marini de Goze.

Saue de Bonda, Sime de Benessa, Nico de Uolzo, in minori consilio electi fuerunt provisores super ordine navigiorum et merchationum que vadunt Venetias et redeunt inde, quibus commissum fuit quod totum illud, quod per eos provisum fuerit, reducatur ad dictum minus consilium.

Mico de Bona, Marinus de Goze, Petrus de Bansella, Prode de Bisiga, capitanei custodie mensis octubris.

Felice de Posesta, Nicoliza de Martinusso, Nale de Progulo, Gergo Mathei de Petraga, Giue de Zirena, capitanei sexteriorum.

Die xxii octubris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, Giue, filius Poli de Gondola, Giue, filius Nalis de Zerena et Giue de Bona, electi fuerunt officiales et soldizandum homines super conduras ituras Venetias, qui iuraverunt etc. ad naulizandum cum ordine eis dato in consilio rogatorum.

Die xxviiii octubris. Mate Menza de Menzio, Syle de Maceduro, Petrus de Bucignolo, Vita de Gabrielo de Gleya, Nicola de Grede, Giorgius de Gleia, capitanei sesteriorum de mense novembri.

Luce de Scarichio, Marinze de Sclauze, Jache de Gondola, Dime de Mlastagna, capitanei custodie mensis novembris.

Mate Marini de Dabro in minori consilio electus fuit salinarius primo vacante.

Felice de Grede et Nicola Andree de Sore electi fuerunt tutores filii et heredum condam Petri de Dabro.

Saue de Bonda et Gallus Cactani electi fuerunt tutores heredum Vrsi de Dabro.

In consilio sapientum super arematis captum fuit, quod debeat armari unum lignum super quo ire debeant centum x homines inter quos esse debeat unus comitus, v nauclerii, unus supramassarius, unus callafatus et unus marangonus et unus famulus etatis ad minus xx annorum. Et quod comitus habere debeat pro duobus mensibus yp̄p̄ xxx. Et quilibet nauclerius habere debeat in mense yp̄p̄ vi. Et quilibet homo a remo debet pro duobus mensibus yp̄p̄ v et gross. xxx pro panatica.

Supramassarius et callafatus yp̄p̄ vi et panaticam pro quolibet. Et quod de insula Zupana scribantur xxx homines, non scribendo de illis qui scripti fuerunt alia vice. Et de ynsula de Medio scribantur xii. Et de ynsula Callamota x. Et de Vmbola viii. Et de Malfo vii. Et de Zuncheto v. Et de Breno et sub Breno x.

Residuum autem usque ad centum decem scribantur de hominibus intra civitatem.

Die vii novembris. In consilio sapientum super facto questionis episcopi curzolensis captum fuit et firmatum, quod debeant eligi duo ex ipsis, qui debeant superesse super dicto negocio solicitare, agere et examinare et notificare domino comiti et aliis sapientibus super huiusmodi negotio totum illud quod crediderint esse honorabilis dominationis et bonum et hutile dicti negocii pro communi et totum illud quod eis committitur. Item captum fuit et firmatum, quod ille (qui) fuerit electus non posset refutare sub pena yp̄p̄ xxv.

Item in dicto consilio fuerunt electi Symon de Binciola et Matheus Derse.

Item in dicto consilio captum fuit, quod quicumque non venerit ad sonum campane marangonis quando sonabitur cadat ad tres sol. de presenti.

Die xxv novembris. In minori consilio, captum fuit et deliberatum ad hoc, ut quaterni et scripture cancellarie sint sub bona custodia, quod fiat in cancellaria unus discus reclusus et circumdatus cum stangis, barchis et armariis prout videbitur cancellariis de oportunum, et quod camarlengi communis de avere communis dictum opus debeant facere construi prout eis et dictis cancellariis melius videbitur.

In consilio rogatorum, captum fuit et deliberatum, quod navigantes Venetias debeant navigare cum quatuor condure in conserva et non minus tam in eundo quam redeundo. Et quod eligantur tres officiales qui soldizare debeant homines suprapositos et naulizare. Item, quod quelibet condura a lx milliaria supra debeat secundum ordinem portare xii marinarios, et desuper quelibet condura teneatur portare personas xvi soldizando quamlibet pro yp̄p̄ iiii in mense, et insuper soldizentur persone iiii ballisterii pro yp̄p̄ vi in mense. Insuper quod quelibet condura portare debeat coraze xx pro quibus debeat dare condura coraze x et mercatores coraze x et capelli de fero xxxii, balistas sex fornitas, absque illis balistis quas habere debent balesterii supradicti et dardos l et lanceas xxv, et x parienses, intelligendo quod omnes illi qui soldizati erunt habere debeat pro quolibet spatam, scutum, et dicti balesterii quatuor balistas. Item quod tota mercatantia, que vadit Venetias cum dictis conduris solvat libr. v, pro milliari rame et plombum, gross. x pro milliari argentum et aurum solvat tam in eundo quam redeundo solvat gross. iii pro centenario de yp̄p̄, drappa et fostagni solvat gross. xii pro balla fatta merzarie, et altre mercatantie ad rationem drapporum; et teneantur condure prestolari mercationes in Venetiis xv diebus ad minus. Item naulum quod proveniet de auro et argento tam in eundo, quam in redeundo et insuper tota illa mercatantia, que veniet de Venetiis, dicte condure dividere debeant inter se pro libra et soldo secundum

portatem illarum. Intelligendo omnia supradicta capitula quando condure facere et complebunt eorum viagium in uno mense et dimidio, quod si steterint in viagio plus uno mense et dimidio, quod mercatantia debeat solvere pro rata temporis, quo plus steterit illos xx homines, qui sunt soldizati de superfluo et hoc plus solvere debeat mercatantia tota in eundo et redeundo. Item quod omnes iste condure, que vadunt ad unam conservam debeant habere unum sufficientem capitaneum electum per dominum comitem et suum parvum consilium, qui habere debeat cum uno famulo pro suo sallario yp̄p̄ x pro qualibet condura; et hoc salarium capitaneo tenentur solvere condure omnes. Item quod quelibet condura dimittat tantum vacuum seu spacium subtus copertam, quod sit sufficiens ad salvandum arma et totam panaticam omnium personarum existentium super dictis conduris. Item quod nulla mercatantia possit poni super copertam. Item quod de tota mercantia, que reperietur super cubertam, patronus condure illius] solvere dupplam doane et mercantie ipse mittantur in terram. Item quod de qualibet corazia, que reperietur supra cubertam patronus condure solvere teneatur gross. III. Item, quod de quolibet marinario, qui deficeret, patronus, cui deficeret, solvat dupplam marinantiam. Item de quolibet capite armorum, quod deficeret, solvat patronus condure gross. VI, et de qualibet coracia solvat patronus gross. XII.

Que pene omnes in communi per minus consilium facte fuerint[1].

XIII. Annis 1343—1345.

Anno domini MCCCXLIII, primo augusti.

Isti sunt, qui (sunt) electi capitanei custodie mensis et capita sesteriorum:

Die mensis augusti. Capitanei sexteriorum: Junius de Dersa, Micus de de Bona, Gabriellus de Gleya, Dame de Bucignolo, Vole de Uolzo, Lauriza de Bodaza.

Capitanei mensis: Vita de Zeria, Pasqua de Chiun, Nicola de Grede, Marinus de Slacue.

Die primo septembris. Capitanei sexteriorum: Giue de Zirena, Paule de Sorego, Giue condam Lucari de Bona, Felice de Pasqua de Grede, Paule de Dime Pabora.

---

[1]) In margine adscriptum: „Anno domini millesimocccxlvii, indictione xv, die xii februarii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxx consiliarii, captum fuit per omnes, nullo breviter discrepante, quod reformationes omnes et ordines scripti in presenti facie et in sequentibus de facto condurarum, sint casse, vane et nullius estimacie vel valoris; et quod quelibet condura, barcussium, barca, et omne aliud navigium possit ire Venetias et ad alias partes honeratis mercatis, sicut prius potuerint, ad eorum beneplacitum". Hinc ordines isti sunt in msc. inde ab „In consilio rogatorum . . . .", deleta.

(Capitanei custodie: Mate de Dersa, Mate de Grubessa, Prode de Bisiga, Vlc de Dersa.

Die primo octubris. (Capitanei sexteriorum:) Vole de Uolco, Pierce de Bausella, Nico de Gondola, Pasche de Chiun, Nico de Zauernico, Giue de Chaboga.

(Capitanei custodie:) Dobre de Binzola, Kalenda de Bucignolo, Giue de Uillano, Luce de Scharichio.

Novembris. (Capitanei sexteriorum:) Maroe Junii de Menze, Matheus Marini de Menze, Vrsius de Zamago, Mathias de Ribiza, Giue de Siorenco, Jache de Gondola.

(Capitanei custodie:) Vale de Dersa, Fosche de Binzola, Jure de Gleya, Junius de Slauze.

De mense decembri. (Capitanei sexteriorum:) Andreas Palme de Sorego, Nale de Progulo, Giue de Lucari, Vlaco de Luca, Nicola de Croxi, Giue, filius Dime de Menze.

(Capitanei custodie:) Clime de Dersa, Guinius de Zeria, Petrus de Bucignolo, Nifficus de Galozo.

Anno domini mcccxliiii, indictione xii. Januarii. (Capitanei sexteriorum:) Andreas de Lucarze, Giue de Ribiza, Marinze de Bausella, Laure de Marcus, Marinze de Zeria, Dime de Mlascagna.

Capitanei custodie. Januarii. Vlacus de Resti, Vale de Scarichio, Andreas Delgallo, Laure de Sarubar.

Februarius. (Capitanei sexteriorum:) Gugnius de Scolcilza, Nicsa de Saracha, Nicola condam Jacobi de Sorgo, Bone de Gondola, Dime condam Blaxii de Menze, Marcolus de Zerena.

(Capitanei custodie:) Thomas de Stilo, Junius de Capisiza, Bistius de Bona, Pale de Ghetaldo.

Marcii. (Capitanei sexteriorum:) Maroe de Zirena, Nicola Marini de Volco, Petrus de Pecurero, Vrsius de Sorego, Sime de Giorgio, Maroe Pasque de Goze.

(Capitanei custodie:) Slaucus de Luca, Syme de Slaui de Resti, Micus de Mascaga, Giue de Cranicha.

De mense aprili. (Capitanei sexteriorum:) Petragna, frater Marini de Bonda, Matheus de Giorgio, Clime de Gleya, Vita de Bacanti, Micus Lucari de Bona, Gergo Mathei de Petragna.

(Capitanei custodie:) Syle de Schimosizza, Gergus Vitalis de Petragna, Nico Martoli de Scharich, Paulus ser Mathei de Giorgio.

De mense madii. (Capitanei sexteriorum:) Marinus de Uolzo, Mathe Menzii de Menzio, Saue de Bonda, Maroe, filius Niffichi de Mazedauro, Mathe Nicole de Menzio, Andreas Marini de Grubessa.

(Capitanei custodie:) Nicus de Cherpa, Frane de Bodazia, Vrsus, filius Niffichi de Bodazia, Micus de Luca.

Mensis junii. (Capitanei sexteriorum:) Marinus Nicole de Goze, Dobre condam Petri de Menze, Ruscus de Sorento, Lampre de Bonda, Dame de Scillo, Maroe condam Nicole de Menze.

(Capitanei custodie:) Casce de Capsiza, Pecus de Sauiga, Pasche Petri de Grubessa, Vitticus Gabrielis de Gleya.

Julii. (Capitanei sexteriorum:) Lauriza, filius Stepe de Sorco, Felize Mathei de Grede, Nicus, filius Dimitri de Mlastaga, Poue de Catena, Giue de Poza, Viticus . . . de Goze.

(Capitanei custodie:) Vita de Ghetaldo, Nicola Lampre de Menze, Andreas de Pabora, Mico Vitalis Petragne.

Mensis augusti. (Capitanei sexteriorum:) Vrsius de Zamangno, Petrus de Bausella, Nicsa de Saracha, Micus condam Junii de Bona, Chenie de Greda, Marinze de Zeria.

(Capitanei custodie:) Fuscus de Binziola, Felize de Grede, Nicus de Scolcilza, Marinus de Merlica.

Capitanei custodie. Mensis septembris. Giue, filius Nalis de Cerena, Domangna de Menze, Nicola de Possestra, Vole de Uolzo, Marcolus de Zerena, Giuè de Bona.

Capitanei custodie. Dicti mensis. Micus condam Lucari de Bona, Giorgius de Gleia, Matheus Menzii de Menzio, Pale, filius Andree de Sorco.

Capitanei custodie.[1]) Mensis octubris. Nale de Proculo, Jache de Gondola, Luce de Lucaro, Maroie Junii de Menze, Nicola de Zauernico, Gugnius Marini de Grubessa.

Capitanei custodie. Dicti mensis. Matheus Dersie, Prode de Bissiga, Dime Domagne de Menze, Andreas Palme de Sorgo.

Capitanei sexteriorum. Mensis novembris. Dobre de Binzola, Gabriellus de Gleda, Sauino de Bonda, Zuigno de Dersa, Nico de Polo de Gondola, Lauriza de Bodaza.

Capitanei custodie. Dicti mensis. Slauco de Luca, Marinus de Gataldo, Dame de Stilo, Marino de Nicola de Goze.

Decembris. (Capitanei sexteriorum:) Marinus de Uolzo, Nale de Cireua, Giue de Teudisio, Bene de Gondola, Vitticus de Giorgio, Vrsius de Sorego.

(Capitanei custodie:) Ruscus de Siorento, Menze del Gallo, Nifficus de Galozo, Sime de Nifficico de Mazadoro.

De mense januario mcccxlv. (Capitanei sexteriorum:) Luce de Scharichio, Petrus de Bucignolo, Gergo Vitalis de Petraga, Vuuce de Bucignolo, Grube de Gurbessa, Vlaco de Rasti.

(Capitanei custodie:) Giue, filius Dime de Menze, Jache de Croxio, Nico de Mascagna, Junius de Slauce.

---

[1]) I. e. sexteriorum.

(Februarii vel marzii). (Capitanei sexteriorum:) Laure Andree de Sorco, Andreas de Lucaro, Petrus de Caboga, Marinus de Dabro, Mathias de Ribiza, Gure de Cranca.

(Capitanei custodie:) Petrus de Sauigna, Marcus de Luca, Pale de Pabora, Frane de Bodaza.

Mensis aprilis. (Capitanei sexteriorum:) Niccola de Crosio, Nicus, filius Nalis de Proculo, Giue de Ribiza, Nicus, filius Dobre de Binzola, Menze condam Petri de Menze, Maroe de Zereua.

(Capitanei custodie:) Jacobus de Capsiza, Laure de Sarruba, Tripcus de Goze, Marcolus de Scharichio.

Mensis madii. (Capitanei sexteriorum:) Nico de Uolzo, Marco de Cabre de Gleya, Pasqua de Chiun, Nicoliza de Martinus, Vlaco de Sleni, Dime de Mascaga.

(Capitanei custodie:) Gergo de Mateo de Petraga, Pasqua de Gambe, Giue de Gugo de Giorgi, Laure de Lampre de Sote.

XIV. Annis 1343—1347.

Capitulum litterarum citatoriarum et relationum ipsarum etc. tempore egregii et potentis viri domini Marci Mauroceno honorabilis comitis Ragusii.

Sub anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo tertio, indictione xi. Die xviii junii. Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Peruenno calegario precipiendo sibi, quod a die presentationis harum ad unum mensem subsequentem debeat comparere coram domino comite et sua curia per se vel per suum legiptimum responsalem, qui respondeat et solvat pro eo si a curia sententiatus fuerit Milche sorori Milosy de Grauosio de quadam domo lignaminis posita in terratorio Junii de Giorgio, quam quidem domum dicta Milcha in pignore habet a dicto Peruen pro yp̄p̄ quadraginta, carta manu Johannis de Finis, jurati notarii in anno domini mcccxxxviiii, indictione septima, die vigesimo quarto mensis januarii, alias procedetur contra eum et bona eius, prout de jure fuerit procedendum eius absentia non obstante, sciens, quod de presentatione harum latori presentium dabitur plena fides[1]).

Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Dome de Menze precipiendo sibi, quod a die presentationis illarum ad xv dies subsequentes, debeat comparere coram domino comite et sua curia per se vel per legiptimum responsalem, qui respondeat pro eo uxori Petri de Mencio et pitropis eius in questione quam dicti pitropi et dicta uxor Petri movet sibi de venditione unius domus quam dictus Petrus fecit

---

[1]) Die xxv julii. Rasticus Pistario et Pouerestus, filius Junii retullerunt, se coram iuratis iudicibus Vole de Uolzo et Sime de Binziola presentasse dictas litteras eidem Perueno in Cattaro die viii ante festum s. Johannis preteritum.

dicto Dome secundum quod apparet in actis cancellarie communis; alias procedetur contra eum, prout de iure fuerit procedendum, eius absentia non obstante, sciens quod de presentatione illarum latori presentium dabitur plena fides[1]).

Die xi julii. Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Vite, filio condam Marini de Macsi, precipiendo eidem ut a die presentationis ipsarum ad duos menses inde sequentes debeat comparere coram domino comite et sua curia per se vel per suum legiptimum responsalem et pagatorem, qui respondeat et solvat pro eo si a curia sententiabitur, Pone Scamberto de Pistorio de quodam debito ẏp̄p̄ ȳpp. quos idem Vita dare et solvere tenetur eidem Poni, ut continet in quodam instrumento scripto manu Johannis de Finis jurati notarii communis in anno domini mcccxxxv, indictione iii, die secundo mensis augusti, alias a dicto termino etc. scientes etc.

Precoccius cursor et Goyssa Passoluet retulerunt se coram domino comite et juratis judicibus, Michaele Dersie et Andree de Lucarze presentasse dictas litteras in Drina eidem Vite de sabati xviiii julii.

Die xviii julii. Dobrosclauus preco communis, de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona tam terrigena, quam forensis audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio receptare in sua domo vel alibi Priboe filium Dragosii Dellagusta famulum Giue Prodani aurificis, qui aufugit ab eo non completo termino sue servitutis, et qui sciret vel haberet eum de presenti debeat notificare et presentare domino, pena ad voluntatem domini comitis.

Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Anne uxori Mathei de Bucignolo precipiendo eidem, quod a die presentationis harum ad dies xxii subsequentes debeat comparere coram domino comite et sua curia per se vel per suum legitimum responsalem et pagatorem, qui respondeat pro ea de jure Nicole condam Jacobi de Sorco occasione quarumdam bestiarum, quas ipse Nichola fecit sequestrari in Stagno, dicendo esse de bonis Kalende de Bucignolo debitoris ipsius Nicole et pascu.... dicti bestiaminis dicunt esse partem ipsius Anne et parte past.... alias a dicti . . . . . et dabunt in pagamento eidem Nicole sicud de jure . . . .

Milloslaus della Zora, Milca Bascasius cursores predicti retulerunt coram domino comite et juratis judicibus Vole de Volze et Symone de Binciola presentasse dictas litteras eidem Anne in Cataro in domo Nicole de Bucchia, die xxii julii.

Laurenzius preco communis de mandato domino comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona tam masculus quam femina cuiuscumque conditionis vel status existat, audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio ire vel dampnum dare cum bestiis vel sine bestiis per vineam

---

1) Die xx julii. Cranoe, Radan, retullerunt se eorum sacramento dictas litteras presentasse in Ticcontio eidem Dome die xiiii dicti mensis julii, coram domino comite, juratis iudicibus, Andree de Lucari et Vole de Volzo.

Chornie de Grede, positam in Brenno, pena ad voluntatem domini comitis.

Die iiii setembris. Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Progolo de Chasaliza et Vale eius fratri precipiendo eis, quod a die presentationis harum usque ad duos menses subsequentes comparere debeant coram domino comite et eius curia per se vel per eorum legiptimum procuratorem et responsalem, qui respondere debeat Dobre de Sorego, qui coram dicto domino comite, eius curia petiit sibi dari et assignari de bonis G..... de Casalaza eorum fratris pro satisfatione unius debiti yp̄p̄ centum et de vigore earum, manu Johannis de Finis in anno domini mcccxlii, indictione x, die xxv setembris, qui vult dicta bona dividere cum dictis Proculo et Uale, satisfacere sibi de dicto debito, alioquin procedetur secundum quod de iure fuerit procedendum, eorum absentia non obstante, scientes quod de presentia etc.

Marcus cursor, Radoslauus de Ragusio retullerunt coram domino comite et iuratis iudicibus Climento de Goze, Junio de Giorgio et Nicola de Lucari se presentasse dictas litteras Progulo predicto in Bugouica absente Vale, qui erat in Bossina ut dixerunt, die sexto octubris, presentibus Radieno et Marco de Zucheto.

Anno domini mcccxliiii, indictione xii. Die septimo januarii. Laurentius preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona terrigena vel forensis audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio receptare in domo sua nec alibi, nec deferrre per mare vel per terram famulam Giue de Saracha que aufugit ab eo non completo termino sue servitutis, et quicumque sciret illam, debeat notificare domino comiti, pena ad voluntatem ipsius domini comitis.

Die viiii januarii. Allegrinus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona tam terrigena quam forensis audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio receptare in domo sua vel alibi, nec conducere per mare vel per terram famulum Miloslavi callegarii qui aufugit ab eo non completo termino sue servitutis, et quicumque sciret illum debeat notificare domino comiti, pena ad voluntatem dicti domini comitis.

Die xvii januarii. Bogoe preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona tam civis quam foresterius, audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio receptare vel elevare in sua domo vel alibi Bolioe famulum Stipoe caligari, qui aufugit ab eo non completo termino sue servitutis, et aufugit in festo sancti Petri preterito et exportavit ab eo valorem yp̄p̄ iii, et si quis sciret vel haberet eum notificet eum in presenti domino comiti, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xi februarii. Bogoe preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona tam civis quam foresterius audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio receptare vel ellevare in

sua domo vel alibi Millinam famulam Ursii de Zamago que aufugit ab eo non completo termino servitutis, et si quis sciret vel haberet eam, notificet eam domino comiti, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxvi februarii. Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Brictico aurifabro precipiendo eidem, quod a die presentationis harum ad duos menses subsequentes debeat comparere coram domino comite et eius curia per se vel per suum procuratorem legiptimum et proprium pagatorem ad respondendum de jure et solvendum et restattandum yp̄p̄ c a Petro de Babalio quandam .....am vineam positam in Brenno et unam domum lapideam positam in Castello cum casola iuxta ipsam domum, quas possessiones dedisse in pignore eidem Petro pro dictis yp̄p̄ centum cum conditionibus, quod si usque ad iiiior. annos proxime inde sequentes non restattatur dictas possessiones a dicto Petro et non restituens eidem yp̄p̄ c, quod a dicto termino in antea habeat licitam et liberam potestatem illas omnes vendendi, obligandi etc. ut de dictis pignore et conditionibus continetur in publico instrumento scripto manu Johannis de Finis, jurati notarii communis in anno domini millesimo cccxxviiii, indictione xii, die primo decembris, alias a dicto termino in antea procedetur contra eum et bona sua ut etc. eius absentia non obstante.

Die viiii marzii. Rodoslauus Zenda, Clime, filius Bucachi retulerunt se coram domino comite presentasse dictas litteras eidem Brictico in Biela, die mensis iii marzii.

Die xv marzii. Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Marco, filio condam Nicole de Menze precipiendo eidem, quod a die presentationis harum ad duos menses inde sequentes debeat comparere coram domino comite et sua curia per se vel per suum legiptimum responsalem et pagatorem, qui respondeat et solvat pro eo si a curia sententiabitur, pitropis et commissarum Lampre, Laurenzii de Menze, de quodam debito yp̄p̄ ccl et vigore ipsorum, quos idem Marcus tenetur dare et solvere eidem Laurenzio secundum quod continetur in quodam publico instrumento scripto manu diaconi Andree de Benessa in anno domini mcccxviii, indictione prima, die secundo intrante mense marzii, peremptorie, de quo quidem instrumento debiti et vigore ipsius, dictus Laurentius dedit totam suam potestatem, auctoritatem et baliam Lampre, filio suo ut de potestatis continetur in publico instrumento scripto manu dicti diaconi Andree in anno domini mcccxx, indictione tercia, die xii junii, a dicto termino in antea procedetur contra ipsum et bona sua ut juris fuit procedendum, eius absentia non obstante, scientes quod de presentatione ipsarum latori presentium dabitur plena fides.

Die xxviii marzii. Laurentius preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona audeat ire vel dampnum (dare) cum bestiis vel sine bestiis per vineam Paroe de Blaxio de Bosse, positam in Brenno, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxxi marzii. Milanus et Milcus Optuzar, cursores, retulerunt, se coram domino comite et juratis judicibus Symone de Benessa, presentasse dictas litteras eidem Marco in Trepize, die xxii marzii; et responsio eius continetur in locis hic appositis.

Laurentius preco communis de mandato domini comitis et sui minori consilii, sono campane more solito congregato gridavit in locis solitis, quod quelibet persona possit vendere carnes castratinas ad rationem foll. vi libras et alias carnes per rationem hinc per totum mensem madii proximum.

Die xiii aprilis. Bogoe preco communis de mandato domini comitis ad petitionem domini Giorgii de Ghedenoso gridasset per civitatem in locis solitis, quod nulla persona tam masculus quam femina, terrigena vel forensis audeat vel presumat modo vel ingenio acceptare in sua domo vel alibi Goynam, filiam de Dobroe de Canali et famulam dicti domini Giorgii que aufugit ab eo non completo termino sue servitutis, et quicumque sciret vel haberet eam notificet et presentet eam domino comiti de presenti, pena ad voluntatem domini comitis.

Die secundo madii. Dobrosclauus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona debeat ire vel dampnum dare cum bestiis vel sine per vineam Tuoderi de Bodaza in Juncheto, pena ad voluntatem domini comitis.

Die vi madii. Bogoe preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona masculus vel femina audeat vel presumat receptare in suam domum vel alibi nec receptare pro nunc vel per omnino Bratam famulam Michi de Mlastrasa, que aufugit ab eo non completo termino sue servitutis, et si quis sciret vel haberet eam notificet et presentet eam domino comiti, pena ad voluntatem domini comitis.

Die viiii madii. Dobroslauus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona debeat ire vel dampnum dare cum bestia vel sine per vineam Marini de Goze in Breno alli........ sub pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxv julii. Allegrinus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis per civitatem, quod nulla persona audeat vel presumat ire vel dampnum dare per vineam Domagne de Pouereso positam in Juppana sub pena yp̄p̄ v pro quolibet et qualibet vice et pluries, pena ad voluntatem domini comitis.

Laurenzius preco communis retulit se mandato domini comitis gridasse in locis solitis per civitatem, quod nulla persona audeat vel presumat ire vel dampnum dare per vineas Michaelis Derse positas in Vmbla, nec cum bestiamine vel sine bestiamine pena yp̄p̄ v et plus ad voluntatem domini comitis.

Die xi augusti. De mandato domini comitis et sui maioris consilii, sono campane more solito congregato, incantata fuit pluribus diebus per

civitatem doana pescarie per Laurenzium reparium communis, et quia non inveniebatur quis plus vellet dare data et deliberata fuit per dictum dominum comitem et suum minus consilium Jure de Gleda pro uno anno pro yp̄p̄ trecentum, qui annus incipit dicta die, videlicet xi augusti.

Die xxvi augusti. Laurencius preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod quicumque habens partem in Stagno vel in punta Stagni et habet aliquam questionem de partibus Stagni et Punte, per totum presentem mensem faciat se scribere in cancellaria communis, qualiter intendit littigare de dictis partibus coram judicibus deputatis, scientes, quod iudices questionum Stagni et Punte vadunt ad dictum locum Stagni redituri rationem per totum presentem mensem augusti.

Die iiii septembis. Laurencius preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona de cetero audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio in mo(n)te Uergarti facere seu fieri facere aliquod laborerium, nec rupere terras in dicto monte, nec seminare nec seminari facere aliquod bladum nec aliquod semen in dicto monte, pena ad voluntatem domini comitis.

Laurencius predictus retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis sollitis, quod quecumque persona tam civis quam forasterius, qui extraere voluerit sepum de Ragusio non possit illud extraere nisi prius dimittat in civitate Ragusii medietatem sepi quod extraere intendit, et antequam extraat illud denuntiare debeat iustitiariis communis quantum sepum vult extraere sub pena perdendi sepum illis qui contrafecerunt predicta vel aliquod predictorum.

Die xxvii septembris. Laurencius preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio receptare in sua domo vel alibi Jurslam famulum June Drasicich, qui aufugit ab eo, et non servivit ut debebat, et exportavit de rebus suis valorem yp̄p̄ v, unam spatam, unam vualliam, unum par de bissaccis et primo dedit parenti suo pro eo yp̄p̄ ii.

Die viii octubris. Laurencius preco communis retulit se mandato domini comitis ad peticionem Laine de Marcis gridasse in locis solitis, quod nulla persona terrigena vel forensis audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio per mare vel per terram in sua domo vel alibi Marinam famulam dicti Laine que aufugit ab eo non completo termino sue servitutis et qui haberet ipsam debeat notificare et presentare domino comiti de presenti, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxiiii novembris. De mandato domini comitis et sui minoris consilii, sono campane ut moris est congregati, incantata fuit pluribus diebus per civitatem gabella sancte Marie per Laurentium riuarium communis, et quia non inveniebatur, quis plus vellet dare, data et deliberata fuit dicta gabella per ipsum dominum comitem et suum minus consilium Jache, filio Nicole de Croxie pro yp̄p̄ mille ducentis septuaginta pro

duobus annis inde subsequentibus cum infrascriptis pactis et conditionibus, videlicet: quod dictus Jache de presenti, ad omnem voluntatem et requisitionem domini comitis et dicti sui consilii dare et solvere debeat medietatem dicte gabelle, videlicet yp̄p̄ DCXXXV; et residuum dicte gabelle dictus Jache solvere teneatur, a die quo dicto Jache deliberata fuit dicta gabella ad unum mensem, solvere debeat pro uno mense et sic omni mense teneatur solvere dictum residium, pro rata dicti residui donec dictum residuum fuerit totaliter et integraliter persolutum, nota, quod in fine presentis anni dictus Jache debeat solvisse totum precium dicte gabelle.

Giue, filius Dime de Menc ad instantiam et requisitionem dicti Jache penes dominum comitem et suum minus consilium constituit se plegium et principalem pagatorem pro dicto Jache; et nichilominus quod dictus dominus comes cum suo minori consilio possit se tenere ad ambos predictos vel ad unum illorum in totum et in partem, sicud dicto domino comiti et suo minori consilio placuerit, se tenere, renuptiare etc.

Die XXVIIII novembris. Dobrosclauus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona terrigena vel forensis debeat receptare vel elevare per terram vel per mare in sua domo vel alibi Milce famulum Miloslaui caligeri, qui aufugit ab eo non completo termino sue servitutis, et qui sciret vel haberet debeat notificare vel presentare domino comiti de presenti, pena ad voluntatem domini comitis, et exportavit ab eo paria XII de calceis, curtellos duos, unam cappam et unam tunicam et yp̄p̄ V.

Anno domini MCCCXLV, indictione XIII, die quarto januarii. Procuratores sancte Marie receperunt a dictis doaneriis pro parte dicte doane yp̄p̄ CCCIII. Item receperunt dicti procuratores a dictis doaneriis yp̄p̄ CLX. Item receperunt dicti procuratores a dictis doaneriis, die secundo octubris yp̄p̄ CL. Item receperunt dicti procuratores, die XXIII septembris XIIII . . . totum residuum dicte vendite gabelle pro dictis duobus annis in complimento.

Die XV februarii Obrat et Stepoe, fratres et filii condam Osdreni, in minori consilio, sono campane more solito congregato, facti fuerunt cives ragusini, qui iuraverunt ad sancta dei evangelia esse fideles domini ducis et communis Venetiarum et domini comitis et communis Ragusii et facere omnes factiones realles et personales, que occurrunt faciende et que sibi imposite fuerunt, prout et sicud alii boni fideles et legales cives toto tempore vite eorum.

Die XI marcii. Bogoe preco communis de mandato domini comitis et sui minoris consilii, sono campane more solito congregato, gridavit per civitatem publice et alta voce per loca sollita, quod nulla persona terrigena vel forensis audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio receptare in sua domo vel alibi neque elevare per mare vel per terram Junium, filium condam Felicis de Grede, nec dare ei locum vel focum sub pena et ad penam yp̄p̄ D pro quolibet et qualibet vice contrafacientes,

et quod quelibet persona terrigena vel forensis undecumque et qualitercumque nuncupetur, cuiuscumque conditionis man..... et status existat que accusaret vel denuntiaret eum, aut..... dominationem, ita et taliter quod propter eius accusam et denunptiationem veniret in fortium et in manus dominationis habeat et habere debeat a communi yp̄p̄ L et tenebitur ea credentia.

Die xvii aprilis. Bogoe preco comitis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod nulla persona de cetero audeat vel presumat ire nec dampnum facere aliquod in vinea Obraddi et Vite de Radillo posita in Grauosio ad sanctum Heliam nec mittere bestiam, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xviiii aprilis. Radez Sanidich de Bossina factus fuit civis Ragusii in minori consilio, sono campane ut moris est congregato, qui iuravit in hunc modum: juro ego Rade ad evangelia santa dei, quod ero fidelis domino duci Venetiarum, domino comiti et communi Ragusii donec vissero, et faciam omnes omnes honorificentias et a(n)gerias communis Ragusii, sicut ceteri cives ragusini.

Die xxvi aprilis. Laurentius preco communis de mandato domini comitis, gridavit in locis sollitis, quod nulla persona terrigena vel forensis, audeat vel presumat receptare in sua domo vel alibi nec elevare per mare vel per terram Radoslauam famulam Giuen de Zerena que aufugit ab eo non completo termino sue servitutis, et quicumque vel quecumque haberet eam vel sciret debeat notificare et presentare de presenti domino comiti, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xiii madii. Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Grube de Grane, precipiendo eidem, quod a die presentationis illarum ad duos menses subsequentes comparere debeat coram domino comite et sua curia per se vel per suum legitimum responsalem et pagatorem, qui respondeat et solvat pro eo, si a curia sententiabitur, Jache de Gondola de quodam suo debito yp̄p̄ v et de vigore ipsorum, quos dictus Grube tenetur dare et solvere eidem, ut continetur in quodam publico instrumento scripto manu Johannis de Finis jurati notarii communis sub anno domini mcccxlii, indictione x, die xxvii madii, alias a dicto termino in antea etc. scientes etc.[1])

Die xvii madii. In minori consilio, captum fuit, quod Petrus Blaxii de Caboga qui missus fuit ad ambassatorem ad regem Cicillie ad petitionem Luce de Gambe habere debeat pro suo sallario et expensis omnibus inde factis occasione dicte ambassate yp̄p̄ ccxx, qui solvi debent

---

[1]) Die xviii madii. Milos Bogoeuich, Radan beccharius cursores et nuntii missi cum dictis litteris, constituti in presentia domini comitis et suorum iudicum Petri de Gurbessa et Andree de Lucario suo sacramento retullerunt presentasse dictas litteras citatorias dicto Grube in Antibari die lune xvi madii, anno domini mcccxlv.

secundum quod cognitum fuerit per dominum comitem et suum minus consilium.

Filius Petri de Benessa in minori consilio factus fuit sallinarius per dominum comitem.

Die xxi madii. Marco Moresino conte de Ragusio, judices et consiliarii della dicta terra. Al nobele et samo Giue de Giorgii, salutem. Recinesso a questo di una tua lettera alla qual cosi te respondemo, che sopra la questione del sal et della cera, la qual est, intro de Vita de Sorego et li nostri merchadanti, avemo specialmente la tua persona electo nostro consolo, et apresso de ti volemo che tu debie elegere duo nobeli homeni nostri citadini per tuoi zudesi, alli qual non tocche questa questione con li qual tu debie la dicta questione audire et dilligente mente intendere, cognoscere et diffirare et sententiare con li dicti zudesi, et quello che parte et li dicti guidesi sera fermato. Volemo che sia fermo et rato et mandato parte ad essecutione. Insuper volemo che se alguno nostro citadino per la dicta questione comparira davar de te et delli tuoi zudesi diebie far azascuno piena . . . della dista questione.

In minori consilio, sono campane ut moris est congregato, captum fuit et deliberatum, quod Bernardo trombatori additur ultra eius salarium yp̄p̄ tres et dimidium pro affictu domus habitationis sue.

Capitulum bannorum et litterarum citatoriarum tempore nobilis et potentis viri domini Leonardi Mocenigo honorabilis comitis Ragusini, sub anno domini MCCCXLV, indictione XIII, die XXVII madii.

Die quinto junii. Laurentius preco communis de mandato domini gridavit in locis solitis, quod nulla persona, tam civis quam forasterius cuiuscumque conditionis existat, de cetero audeat vel presumat ferre secum per diem vel per noctem . . . . . sub pena que in statuto continetur.

Item gridavit in locis solitis, quod nulla persona stazonarius, tabernaria seu mercator vel artifex et generaliter quelibet alia persona cuiuscumque conditionis existat, faciat aliquam credentiam vel mutuetur aliquam quantitatem pecunie cum pignorie vel sine pignore alicui de familiaribus domini comitis, et qui contrafecerit perdat pignus et de mutuo seu credenzia vel debito nulla fiet sibi ratio.

Item gridavit in locis solitis, quod nulla persona tam civis quam foresterius seu quelibet alia persona de cetero audeat vel presumat ire post tercium sonum campane sine lumine sub pena que in statuto continetur, exceptis officialibus et custodibus de nocte.

Die xvi junii. Alleganus preco communis retulit se mandato domini comitis ad petitionem procuratoris Marini Stanoeuich gridasse in locis solitis, quod nulla persona masculus vel femina audeat vel presumat ire vel dampnum dare cum bestia vel sine bestia in vinea dicti Marini posita in Breno, sub pena ad voluntatem domini comitis.

Laurentius preco communis de mandato domini comitis ad petitionem

Margi de Striga gridavit in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumat recipere in domo sua nec alibi nec ellevare per mare nec per terram Dobriza, filiam Milzeni famulam et servam dicto Margo, que aufugit ab eo non completo termino sue servitutis, et furtive asportavit de domo dicti Margo pannes, lino et lauos valoris yp̄p̄ x. Et quicumque sciret illam debeat eam denuptiare, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xiii julii. Laurencius preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod quelibet persona que recepit a pistoribus communis cedulas inpronti hinc pro totam diem dominicam debeat solvise inprontum prout in cedulis, et qui non solverit ad dictum terminum cadat ad penam duorum gross. pro quolibet yp̄p̄.

Die xvii julii. Bogoe preco communis retulit se de mandato domini comitis, gridasse in locis sollitis, quod nulla persona audeat ire nec transire per vineam Goste de Gostisse positam in Breno in . . . nec facere aliquod dampnum, pena ad voluntatem domini comitis.

Ex parte domini comitis et sue curie, misse fuerunt littere Marco de Zimotis precipiendo eidem, quod a die presentationis illarum usque ad tres menses subsequentes, debeat comparere coram dicto domino comite et sua curia per se vel per suum legiptimum responsalem et pagatorem, qui exigat pro eo certas perlas et unam garzonam de armellinis, quas res sibi presentat Marinus capellarius pro summa yp̄p̄ cxl, alias etc.

Die xvii julii. Zanuco et Milze cursores, coram domino comite et iuratis iudicibus Petro de Ranina et Andrea de Lucari suo sacramento retulerunt, personaliter invenisse dictum Tomam in Prapollie, et eidem dictas litteras citatorias presentasse die viii julii.

Die xxiiii julii. Laurentius preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumat retinere in domo sua nec ellevare per mare vel per terram Bogodanam uxorem Stepete, que aufugit furtive cum multis rebus et pannis datis sibi ad lavandum et blanchazandum. Et quod quelibet persona habere in pignore de dictis rebus a dicta Bogodana vel emisse de dictis rebus ab ea, debeat illas presentasse domino comiti hinc ad terciam diem, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxviii julii. Dobrosclauus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona terrigena vel forensis audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio receptare vel elevare in sua domo vel alibi per mare vel per terram Bratoe, famulum Maroe Sorco, qui aufugit ab eo non completo termino sue servitutis, et qui haberet vel sciret eum, notificet vel presentet eum domino comiti de presenti, pena ad voluntatem domini comitis, qui exportavit ab eo gross. xiiii, unum fustagnum, unam gonellam, duos mantellos, unum saccum, x cornua bovina de cornando valoris gross. xx, unum caputium et unum par de calzibus.

Die xxviiii julii. Bogoe preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis sollitis, quod quecumque persona, que habet lignamina et petras in portu de intus et de foris debeat dictum lignamen et petras sgomborasse de dictis portubus, hunc ad xv dies sub pena.

Die septimo augusti. Serdan Golzetich factus et assumptus fuit in civem ragusinum de auctoritate domini comitis, qui iuravit ad sancta dei evangelia esse fidelis domini ducis et communis Ragusini et subditus dominationis, et facere omnes angarias civitatis et communis ragusini prout ceteri cives subditi et fideles dicti communis.

Dobrosclaus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumat ire nec transire per vineam Syme de Bodacia positam a Grauosio in loco dicto Ledine, pena ad voluntatem domini comitis.

Die viiii augusti. De mandato domini comitis et sui minoris consilii incantata fuit pluribus diebus doana pischarie per civitatem per Laurentium preconem communis, et quia non inveniebatur, qui plus velet dare, data et deliberata fuit per ipsum dominum comitem et dictum eius consilium Georgio de Gleda pro yp̄p̄ trecentum pro uno anno, et facere pages communis secundum consvetudinem, qui annus incipit undecimo presentis mensis augusti.[1]

Die xxii augusti. Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Giue filio Bene de Gondola precipiendo eidem quatenus a die presentationis dictarum litterarum comparere debeat coram dicto domino comite et eius curia a die presentationis illarum usque ad duos menses subsequentes, responsurus de iure dicto Bene, patri dicti Giue, de quadam domo, que olim fuit Marini de Menze, bannita dicto Giue de consensu dicti Bone et empta de pecunia dicti Bone, petens, quod dictam domum respondere debeat dicto Bone, tamquam res et bona que pertinet ad eum, alioquin procedetur contra ipsum et bona sua secundum quod de iure fuerit procedendum, sua absentia non obstante, per se vel per suum legitimum procuratorem et pagatorem, qui respondeat et solvat pro eo si a curia fuerit sententiatus.

Die secundo septembris. Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Thome de Dobrana precipiendo eidem quatenus nullo modo debeat petere alicui de Ragusio aliquid, nisi coram eo que debet de iure, sub pena in statuto contenta.[2])

---

[1]) Dobroslauus preco communis retulit se de mandato ser Francisci socii domini comitis gridasse per civitatem, quod si qua persona sciret vel haberet unum livrerium Giue de Scorento debeat eum denunptiare domino comiti, alias imputaretur sibi pro furto et caderet ad penam voluntatis quamvis domini comitis, et quod nulla persona dictum liurerium audeat exportare extra civitatem per mare vel per terram sub dicta pena.

[2]) Die secundo octubris. Laurentius preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis sollitis, quod nulla persona de cetero

Die xxviii septembris. De mandato domini comitis et sui minoris consilii incantata fuit pluribus diebus per civitatem per Laurentium preconem communis gabella vini. Et quia non inveniebatur qui plus vellet dare data et deliberata fuit per dictum dominum comitem et suum minus consilium sono campane ut moris est congregato, in platea communis in plubica concione, Giue filio condam Nicole de Gondola pro yp̄p̄ duobus millibus et quindecim pro uno anno, qui annus incipit die s. Michaelis vigesimo nono die mensis septembris.

Giue Lucari de Bona et Laurizza de Bodaza constituerunt se plezios et principales pagatores pro dicto Giue, Nicole de Gondola penes dictum comitem nomine communis Ragusini recipienti de tota dicta quantitate yp̄p̄ duo millia quindecim obligantes proinde se et omnia bona sua.

Insuper dicto die predicti Giue de Bona et Lauriza et dictus Giue Nicole de Gondola confessi et contenti fuerunt dictam domum seu gabellam vini habere de compania, videlicet quilibet terciam suam partem, volentes inter se concorditer, quod de omni vallitate et profictu quod dominus dabit eis et similiter de dampno quod deus advertat.

Die xiiii octobris. De mandato nobilis et potentis viri domini Leonardi Mocenigo honorabilis comitis Ragusini et sui minoris consilii, sono campane more solito congregato, incantata fuit pluribus diebus per civitatem per Laurentium preconem communis, doana maior communis Ragusii, et quia non invenibatur qui plus dare vellet, data et deliberata fuit dicta doana per dictum dominum comitem et eius minus consilium in publico parlamento sono campane more solito congregato Petro de Poza pro uno anno pro yp̄p̄ mdcc cum pactis et conditionibus in forma specificatis, qui annus incipit die sabati xv octubris. Lucas de Gambe est plezus pro dicto Petro pro dicta.

Cum hiis autem pactis et conditionibus deliberata est dicta doana, nam si prohibitum esset publice vel private ire vel mittere aliquas mercationes vel res ad aliquas partes vel loca, de quibus doana reciperet aliquam hutilitatem de tanto, quantum esset prohibitum ablati debeat pro incanto pro rata dierum sicud domino comiti et suo minori consilio videbitur. Item si guerra esset inter commune Ragusinum et dominum regem Racxie, aut quod ipse dominus rex Racxie moriretur, quod remanet in arbitrio et voluntate illius cui deliberata esset dicta doana, illam tenere vel dimittere sicud sibi placuerit, solvendo pro rata temporis de tanto, quantum tenuisset eam et cum tali conditione sicud alii habuerunt.

Die xvi otubris. Alleganus preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod nulla persona terrigena vel

---

audeat modo aliquo facere seu fieri facere vel fortare aliquam inmunditiam subtus domum Margi de Benessa pena ad voluntatem domini comitis.

Laurentius preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod nulla pereona de cetero audeat vel presumat transire vel pascere, vel aliquod dampnum facere in vinea Marchi della Slaua posita in Goriza, pena ad voluntatem domini comitis.

forensis audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio receptare sive elevare per mare vel per terram Mildruch famulum Poli aurificis, qui aufugit ab eo non completo termino sue servitutis die x mensis julii, et non servivit ut tenetur per cartem notarii, et qui haberet vel sciret eum debeat presentare et notificare domino comiti de presenti, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxi dicti mensis. Laurencius preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona terrigena vel forensis, audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio receptare in sua domo vel alibi neque elevare per mare neque per terram Radosti, filium Dobre de Sylani del Lagosta famulum Radogne, qui aufugit ab eo non completo termino sue servitutis, et quicumque sciret vel haberet eum debeat presentare et notificare domino comiti de presenti, pena ad voluntatem domini comitis, et abstulit sibi valorem yp̄p̄ iiii.

Die xii novembris. Bogoe, preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona debeat ire vel dampnum dare cum bestia vel sine per vineam Peruoe Dungoeuich positam in Brenno prope illorum de Matosouics, pena ad voluntatem domini comitis.

Laurentius preco communis, retulit se de mandato domini comitis gridasse, quod nulla persona audeat tenere in domo sua nec elevare per mare vel per terram Radoslauum famulum Radoe aurificis, qui aufugit ab eo non completo termino servitutis sue, et si quis eum haberet vel sciret debeat illum denuntiare domino comiti, sub pena ad voluntatem domini comitis.

Die xviii januarii (mcccxlvi). Dobroslaus preco communis retulit de mandato domini comitis, gridasse in locis solitis, quod nulla persona audeat transire per vineam Malten aurificis positam in Breno, neque in illa dampnum aliquod facere, pena ad voluntatem dicti domini comitis.

Bogoe preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod nulla persona cuiuscumque conditionis existat, audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio ellevare vel secum conducere per mare vel per terram vel receptare in domo sua vel alibi Bollice famulum Stepani calligarii, qui aufugit ab eo non completo termino sue servitutis et asportavit sibi ut dixit pelles, caputa, camisiam unius sui famuli valoris yp̄p̄ ii, sub pena ad voluntatem domini comitis.

Die secundo februarii. Laurencius preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona de cetero audeat vel presumat parizare ad parezium aliquod nisi ad parezium sollitum s. Stephani de Umbla, sub pena in reformatione contenta.

Die xxv februarii. Bogoe preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona debeat ire vel dam-

pnum dare cum bestiis vel sine per vineas monasterii Locromonensis positas in Grauosio et in Brenno et in Juncheto, pena ad voluntatem domini comitis.

Die iiii marcii. Laurencius preco communis de mandato domini comitis publice et alta voce gridavit per civitatem, in locis sòlitis, quod nulla persona terrigena vel forensis cuiuscumque conditionis vel status existat, audeat vel presumat de cetero modo aliquo vel ingenio extrahere de civitate Ragusii per mare vel per terram aliquam blauam sine licentia domini comitis, et qui contrafaceret perdat totam blauam et solvat communi yp̃p̃ unum pro pena.

Die viiii marcii. Bogoe preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona terrigena vel forensis cuiuscumque conditionis existat modo aliquo vel ingenio de cetero audeat vel presumat alicui de familia ipsius domini comitis mutuare pecuniam vel facere credentiam de aliqua re cum pignore vel sine pignore sub pena perdendi debitum et pignus super quo mutuaverit, et de debito et credentia nulla fiet sibi ratio.

Die xviiii marzii. Dobroslaus preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis sollitis, quod de cetero nulla persona audeat nec dampnum facere seu fieri facere per vineas seu in vineis et terris Pauli filii condam Demetrii de Pabora positis in Vergato, pena ad voluntatem domini comitis. Insuper non audeat incidere boscum nec pascere dictas terras et boscum pena yp̃p̃ v.

Die xviiii marcii. Dobroslaus preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod de cetero nulla persona audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio transire per vineam et terras Vite de Giorgio positas in Malfo ad Bolento, nec in ea dampnum seu pascuare facere sub pena v yp̃p̃.

Dobroslaus preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod de cetero nulla persona audeat transire per vineam dompni Jure de Luca positam in Zoncheto, nec dampnum seu pascuam facere in ea, pena ad voluntatem domini comitis.

Die iiii madii. Laurencius preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis quod omnes ille persone, que dederunt in scriptis suas mercationes officialibus deputatis super naulizando conduras, debeant dedisse omnes suas mercationes et honerasse illas secundum quod dederunt eas in scriptis usque ad xx dies presentis mensis madii, sciendo, quod illi, qui non compleverint honerasse dictas eorum mercationes ad dictum terminum, a dictō termino in antea non recipientur et nichilominus solvent vacuum pro pleno. Insuper quod nulla persona debeat honerare nec honerari facere aliquas mercationes super dictis

conduris nisi illas, que date sunt in scriptis dictis officialibus sub pena perdendi merchationes honeratas contra istum ordinem.

Die IIII madii. Ex precepto domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Pasque de Clecicho precipiendo eidem, quod a die presentationis illarum usque ad tres menses subsequentes per se vel per suum legiptimum procuratorem comparere debeat coram domino comite et sua curia ad respondendum pitropis et commissariis Dimitri aurificis, qui presentaverunt eidem Pasque et unam centuram argenti magnam pro yp̄p̄ cc gross. XVIII de . . . alioquin quod dicta centura vendetur et deliberabitur ad incantum plus offerenti, secundum consvetudinem civitatis, dicti Pasque absentia non obstante. Scientes, quod de presentatione ipsarum litterarum presentium dabitur plena fides.

Marcus cursor maritus Fornacie. Milten Dobrouich.

Marcus cursor et Milten Dobrouich, ambo cursores retulerunt se eorum sacramento, coram domino comite et iuratis iudicibus Polo de Gondola, Marino de Binciola, Junio de Giorgio et Pasce de Goze, presentasse dictas litteras eidem Pasche in Renouanda die sabati x junii huius xv indict. et responsio quam aduxerunt predicti cursores a dicto Pasche est hic in litteris hic apposita. Et dominus Rossinus frater dicti Pasche, presentavit se die antedicto coram domino comite, dicens habere instrumentum debiti supra dictum Pasquam quod et petiit a domino comite . . . staret in sequestro pro residuo de eo quod presentate sunt, quia illud plus vult pro suo debito, et sic dominus comes cum dictis judicibus precepit commissariis dicti Draschi ut debeant tenere dictam . . . ad petitionem ipsius domini Ruchi donec ratio cognoscatur, pena ad voluntatem domini comitis.

Die XVIIII madii. Dobroslauus preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod nulla persona terrigena vel forensis audeat per mare vel per terram nec in domo sua receptare Pribize famulum Hellie aurificis qui aufugit ab eo non completo termino servitii quod sibi teneret, et si quis sciret eum debeat illum de presenti dimittere, pena ad voluntatem domini comitis.

Die secundo junii. Bogoe preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod nullla persona audeat receptare in domum suam vel ellevare per mare vel per terram Peruenam famulam Nicolize de Martinussio que aufugit ab eo non completo termino, quem sibi tenebatur servire; et si quis sciret illam, debeat illam de presenti notificare, pena ad voluntatem domini comitis.

Die IIII junii. Allegrinus preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod nulla persona audeat vel presumat transire per vineam Tridoe delli Coppi et in ea nullum dampnum facere, pena ad voluntatem domini comitis.

Die XII dicti mensis. Bogoe preco communis retulit se gridasse in locis solitis, quod nulla persona per mare vel per terram audeat levare

in barcham suam vel facere levari vel conducere extra Ragusium Radazam famulam de Bogde de Marin, que aufugit ab eo non completo termino sue servitutis, et quod nulla persona audeat illam receptare in domum suam, et si quis sciret illam debeat de presenti illam notificare, pena ad voluntatem domini comitis. Qui Bogde fuit conquestus asportavit sibi valorem yp̃p̃ xvii.

Laurentius preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis sollitis quod nulla persona de cetero audeat transire per vineam et per terras Simonis de Benessa de sancto Michaele de Alborš, nec dampnum in ea aliquod facere, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxiiii junii. Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Junio de Dersa, precipiendo eidem, quod a die presentationis illarum, usque ad duos menses subsequentes comparere debeat coram domino comite et sua curia per se vel per suum legiptimum responsalem et pagatorem, qui respondeat et solvat pro eo Francisco Scarpazio de Venetiis, de uno instrumento debiti yp̃p̃ dccccLxxxvi et vigoris ipsorum, quos dictus Junius dare et solvere tenetur dicto Francisco, carta manu Johannis de Finis jurati notarii communis sub anno domini mcccxxxiiii indict. ii die xviiii septembris, alias a dicto termino in antea procedet contra ipsum et bona sua secundum quod de iure fuerit procedendum, eius absentia non obstante, sciendo quod de presentatione illarum latoribus dabitur plena fides.

Marcus et Pobrat, cursores.

Die xxvii junii. Laurencius preco communis, retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis sollitis quod nulla persona terrigena vel forensis audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio in domo sua recipere vel levare per mare vel per terram Dobra famulam Gabrielis de Gleya, que aufugit ab eo non completo termino servitutis sibi debite, et si quis illam sciret debeat illam denunptiare domino comiti, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxviiii dicti mensis. Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Milteno Radolcich precipiendo eidem, quatenus a die presentationis illarum comparere debeat coram domino comite et sua curia, per se vel per suum legiptimum procuratorem, qui respondeat et solvat pro eo Dobretino Collichinich de yp̃p̃ cxl, quos dictus Dobretinus mutuavit dicto Milteno, super unam suam domum lignaminis positam supra territorium archiepiscopatus, alias procedetur contra ipsum et bona sua secundum quod de iure fuerit procedendum, eius absentia non obstante, sciendo, quod latoribus presentium de presentatione illarum dabitur plena fides.

Die ultmo julii. Slaucus de Lucha, factus fuit comes insularum in minori consilio etc.

Vitticus de Goze, Mathe de Basillio, Grube Petri de Gurbessa, Gergo Niffichi de Bodaza, Pasqua de Gleya, Petrus de Gataldo, capitanei sexteriorum mensis julii.

Mathe de Ribiza, Giue Petri de Gangulis, Nicus de Palmota, Maroe filius Dime de Menze, Giue de Scorento lo(co) Maroe predicti, capitanei custodie mensis julii.

Die vi julii. Marcus cursor missus pro parte domini comitis et sue curie ad petitionem Francischi Scarpaci ad citandum Junium de Dersa cum litteris citatoriis, ut moris, constitutus coram domino comite et suis judicibus Pasqua de Goza et Simone de Benessa, dato ei sacramento de veritate dicenda, suo sacramento retullit, se applicuisse Jorsarim (Preserin), ultimo die junii de mane, et hora tercia eiusdem diei ivit ad dominum Junium de Dersa et adscendit schalam domus sue, et post me sequebatur Pobrat, socius meus, et cum fuit sursum ultra medietatem schallarum vidi Junium predictum prandentem et sedentem ad mensam cum filio suo Mise, et statim Mise surgens de mensa venit versus me dicens: quid vis tu. Ego ostendi litteram citatoriam et dixi: ego presento istam litteram ser Junio pro parte dominationis. Et Mise dedit mihi de manu per pectus et de manu in litteram, et littera cecidit in lutum et expinsit de schalis; et similiter socio meo fecit, et socius meus recolesit litteram et diximus Mise: recipe litteram patris tui. Et Mise dixit: Pater meus ubi est, ipse non est in domo. Insuper dixit, quod dictus Mise posuit manum ad gladium et venit super me et socium meum. Et cum nos recessimus et fugimus ab eo. Interogatus si vederit Junium, dixit, quod sic sedentes ad mensam, cum dicto Mise filio suo. Interogatus si socius suus vidit eum, dixit quod socius suus erat post me super schalas nescio si vidit eum, sed bene poterat videre eum Item si postea vidit, cum dixit, quod non.

Pobrat cursor socius supradicti Marchi ad presentandum supradictas litteras iuravit dicere veritatem. Interogatus qualiter presentaverunt dictas litteras, qui suo sacramento retullit, quod cum simul cum dicto Marco cursore ivit ad presentandum dictas litteras et applicuerunt Preserin die ultimo junii proxime preteriti de mane, et hora terciarum iverunt ad domum dicti Junii et Marcus socius eius, qui habebat litteram citatoriam in manibus, ascendentes schallas precessit me et ego sequebar post illum per duos gradus schalarum. Et quando fuimus ultra medium schalarum, ego Pobrat vidi Junium de Dersa et filium suum Mise sedentes ad mensam et prandentes. Junius sedebat ex una parte mense et Mise sedebat ex altera, unus ex oposito alterius. Et tunc Misce volvens se versus nos, vidit nos et dixit: quid vultis. Et tunc Marcus socius meus presentavit litteram, dicens: hanc litteram presentamus Junio pro parte dominationis. Et Mise dixit: ubi est Junius. Et nos diximus: vide ubi est, sedens ad mensam. Et tunc Mise percussit socium meum Marcum per pectus cum manu taliter quod littera dominationis cecidit in terram. Et ego recolessi illam, insuper dixit, quod dominus Mise dixit sibi verba ingiuriosa et misit manum ad gladium et venit super eos, et ipsi fugerunt. Interogatus quomodo potuisti videre Junium sedentem ad mensam cum esses post socium et schale sunt stricte. Et dictus Pobrat respondit quod clare vidit eum, eo quod erat iusta Marcum socium suum ita prope, quod bene potuit videre eum. Interogatus si postea vidit eum, dixit quod non.

Die x mensis julii. Franciscus Scarpaccio de Venetiis comparuit coram domino comite et suis juratis judicibus Polo de Gondola, Marino de Binciola, Junio de Giorgio et Symone de Benessa, petiit et requisivit a dicto domino comite et suis judicibus, quod cum ipse fecerit citari Junium de Dersa per duos cursores in Presereno, ut de citatione plenarie continetur hic in actis cancellarie et de responsione cursorum, quod placeat eidem domino comiti et supradictis judicibus videri et legi facere dictam citationem et responsionem dictorum cursorum, et declarare, terminare et firmare si habent per relationem dictorum nuntiorum dictum Junium esse citatum sicud expedit in similibus, requiritur presente ibi Matheo de Dersa, filio dicti Junii et in contrarium dicente et opponente dictum Junium non esse citatum ex relatione nuntiorum, quia sibi dicte littere non fuerunt date nec presentate, et per dictum Franciscum respondebatur, quod ipse debet esse citatus, quia dicti cursores dixerunt noluisse sibi presentare litteras, et dicenti se velle presentare littaras pro parte dominationis et filio suo Michaele repugnante. Unde dictus dominus comes cum maiori parte suorum judicium audita petitione Francisci et citatione facta de dicto Junio ac relatione nuntiorum ac etiam responsione dicti Mathei facta pro parte ipsius Junii, dixit et per sententiam judicavit cum maiori parte suorum judicum, quod ipse habebat dictum Junium fuisse citatum secundum formam aliorum citatorum.

Die xviii julii. Laurentius preco communis, retulit se de mandato domini comitis ad peticionem Jacobize de Giorgio gridasse in locis solitis, quod nulla persona civis vel forensis audeat per se vel per alium conducere seu conduci facere per mare vel per terram neque in domo sua vel alterius retinere in civitate vel districtu Millusam famulam dicte Jacobize que aufugit ab ea non completo termino sue servitutis, et si quis contrafaceret cadat ad penam in reformatione contentam.

Die xxiii julii. Laurencius preco communis de mandato domini comitis, se gridasse in locis solitis, quod nulla persona debeat ire vel dampnum dare in vinea et terra Jurche della Calcina nec cum bestiis, neque sine, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxx mensis julii. De parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Bene de Benuenuta precipiendo eidem, quod a die presentationis illarum usque ad duos menses sequentes, per se vel per suum legiptimum responditorem et pagatorem debeat exigisse a pitropis et commissariis Dime Stephani aurificis duas ladizas argenti, unum nasfum de argento, et unam coronam de argento confractam, quas quidem res dicti commissarii, dicunt pitroperio nomine, quo supra, esse apud eos, pro signo yp̄p̄ lxviiii, quos dictus Bene dare tenetur dicto Dime, alioquin etc.

Porcezo et Perbien, cursores de dictis litteris constituti coram domino comite et iuratis judicibus Paulo de Gondola, Pasqua de Goze et Simone de Benessa eorum sacramento retulerunt, quod die sexto mensis

augusti personaliter invenerunt dictum Bene in Cuzolatta et eidem dictas litteras pro parte domini comitis et sue curie presentasse.[1])

Die vii augusti. Laurentius preco communis retullit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod nulla persona audeat transire modo aliquo vel ingenio per vineam Sime de Bodaza positam in Grauosio, et quod nullus similiter audeat per dictam vineam ire venando, pena ad voluntatem domini comitis.

Laurentius preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod quelibet persona scripta in libro armate contra Jadram debeat solvisse suam pagam die veneris proximo per totum diem sub pena quarti, intelligendo quod ille qui scriptus est in dicto libro solvere debeat gross. x, et qui scriptus est pro duobus hominibus solvere gross. xx, et ab inde supra quilibet tenetur solvere pro ratione.

Die xi dicti (septembris) mensis. Dobroslaus preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod nulla persona terrigena vel forensis modo aliquo vel ingenio per mare vel per terram audeat vel presumat levare nec secum conducere vel in domo sua retinere Lucham, filium Rade, famulum Draschi aurificis, qui aufugit ab eo non completo termino sue servitutis, et quicumque illum sciret ubi esset debeat illum denuntiare, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xviiii dicti mensis. Bogoe preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod nulla persona debeat elevare per mare vel per terram Milicam famulam Giue de Saraca, que aufugit ab eo non completo termino sue servitutis, et exportavit ab illo valorem yp̄p̄ x, et qui ellevasset vel receptasset eam, debeat presentare et notificare domino comiti de presenti, pena ad voluntatem domini comitis.

Capitanei custodie. Mensis septembris. Vale de Dersa, Pale de Pabora, Nale de Proculo, Vita de Gabriello de Gleia.

Dobroslaus preco communis, retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis sollitis, quod nulla persona de cetero audeat vel presumat transire neque aliquod damnum facere per vineam, neque pascere aliquod bestiamen pascere in vinea Marini de Menze posita alli molimina, pena ad voluntatem domini comitis et v yp̄p̄.

Die xxvii septembris.[2]) De mandato nobilis et potentis viri domini Le-

---

[1]) Anno domini mcccxlvi indict. xiiii die . . . novembris. Laurencius riuarius communis retulit se de mandato domini comitis incantasse de dictis signis duas ladizas et unum nasfum pluribus diebus per civitatem, et quia non inveniebatur, qui plus vellet dare, date et deliberate fuerunt dicte due ladize et nasfus fratri Dominico vicario fratrum Predicatorum pro ducatis xvi gross. viiii pondere libr. ii sag. iii. Item fuit incantatum per dictum Laurentium unam coronam, zoretam et smalet, et quia non fuit inventus qui plus vellet dare data fuit Giue de Utiza pro gross. xxx. . . .

[2]) In msc.: octubris.

onardi Mozenico, honorabilis comitis Ragusini et sui minoris consilii, sono campane more solito congregato incantata fuit pluribus diebus per civitatem per Laurenzium preconem communis gabella doane maioris communis ragusini, et quia non inveniebatur qui plus vellet dare, data et deliberata fuit per ipsum dominum comitem et suum minus consilium Martolo de Zereua pro uno anno cum pactis et conditionibus consvetis, pro uno anno pro yp̄p̄ undecim millibus ccc.

Die xxviiii septembris. De mandato nobilis et potentis viri domini Leonardi Mozenico honorabilis comitis ragusini et sui minoris consilii, sono campane more solito congregato incantata fuit pluribus diebus per civitatem doana piscarie per . . . preconem communis, et quia non inveniebatur, qui plus vellet dare, data et deliberata fuit dicta doana per dictum dominum comitem et eius minus consilium in publico parlamento Vale de Scarichio pro uno anno pro yp̄p̄ ccc cum pactis et conditionibus quibus eam habuerunt alii, qui annus incipit die (x)xviiii septembris, et habuit de incantu yp̄p̄ ii qui debent ablati de yp̄p̄ ccc. Et Martolus de Scarichio fides pro eo.

De mandato nobilis et potentis viri domini Leonardi Mozenico honorabilis comitis ragusini et sui minoris consilii, sono campane more solito congregato, incantata fuit pluribus diebus per civitatem gabella communis per Laurencium preconem communis, et quia non inveniebatur qui plus vellet dare, data et deliberata fuit dicta doana Giue filio Junii de Giorgio pro yp̄p̄ ccclxx, pro uno anno cum pactis et conditionibus consvetis. Et Junius de Giorgio est plezus pro eo, qui annus incipit in die s. Michaelis de septembri.

Die iiii octobris Laurentius preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis sollitis, quod de cetero nulla persona audeat transire per vineam de Jure de Goste, positam in Brenno, neque pascere in ea, vel dampnum aliquod facere per se vel per alium, pena ad voluntatem domini comitis.

Die jovis xxvi octubris. Paulus Quirino de Venetiis, filius nobilis viri ser Marchi Quirini presentavit dicta die nobili et potenti viro domino Leonardo Mozenico honorabili comiti Ragusino et suo minori consilio sono campane more solito congregato litteram sclauonescam cum zera gialla, sirizo et bombice ibi apposita, quam dictus Polus dixit venire ex parte domini imperatoris Sclauonie. Cuius quidem littere reducte de sclauonesco in latinum per Jache de Crosio cancellarium communis Ragusii, sclauoneschum, talis est tenor de verbo ad verbum.

Alparente dilecto dello imperio misso Leonardo Mocenigo conte de Ragusio et judizi et consiliarii. Vui scive come per lo trebuto me deve dare ogni festa de san Dimitrio yp̄p̄ mm si che comandie, che questi denari se dia a ser Polo di ser Marco Quirino de Venetiis per cose che l imperio tolse dal lui si che se vole fare atto de amistade, plaqua ue di darlilr inanzi dell termine di san Dimitri, esse non volle vandare all amicizia dello imperio dellili alme al termine. Esse alguno altro

ducesse C . . . lettere non date ad altri solamente a questa soura dicto ser Polo.

Que quidem littera tam sclauonesca quam latina apud me S(ecretarium) remansit ad cautelam jurium communis Ragusii.

Anno domini mccoxlvi indict. xiv die ultimo octubris. Ser Polus Quirinus predictus recepit a ser Marino de Uolzo, Maroe Nicole de Goze et Jache de Menze massariis salis communis solventibus pro dicto communi Ragusino ducatos ducentos quinquaginta.[1])

Die xxi novembris Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Bossenio filio Stepchi de Drasenio et Bolte filie Pasche de Drasenio, precipiendo eis et cuilibet eorum quod a die presentationis ipsarum, ad duos menses sequentes comparere deberent personaliter vel per pagatorem, qui respondeat solvat pro eis et defendat eos a quadam questione quam facit abas lacromonensis pro monasterio lacromonensi, quod cum ipsi S(tepcho) et Bolte habeant quasdam possessiones vinearum et terrarum dicti monasterii cum certis conditionibus sicud in instrumento continetur, de quibus possessionibus affictus debitus et contentus in instrumento non solvitur, ut debetur, neque terciam possessionis et vinee non gubernant sed dissipant, alias a dicto termino in antea providebitur super locatione dictarum possessionum et super indempnum monasterii sicud iustum fuerit providendum, eorum absentia non obstante, scientes de presentatione etc,

Die xxiii novembris. De mandato domini comitis et sui minoris consilii, sono campane more solito congregato, incantata fuit pluribus diebus per civitatem gabella sancte Marie, et quia non inveniebatur qui plus vellet dare, data et deliberata fuit per dictum dominum comitem et suum minus consilium in publico parlamento, sono campane ut moris est, Giorgio de Gleya pro uno anno pro yp̃p̃ dclx cum pactis et conditionibus consvetis, qui annus incipit die xxiiii dicti mensis novembris.

Vale de Scarichio et Helias de Lucarze sunt plezii pro dicto Giorgio.

Die xxvi novembris. Laurenzo preco communis de mandato domini comitis gridasse in locis, solitis quod nulla persona debeat ire vel dampnum dare cum bestia vel sine per vineam Brate uxoris Petri de Smalatiza positam in Grausio sub pena yp̃p̃ v pro qualibet persona, et accusator habeat medietatem.

Die x decembris. Laurencius preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis quod nulla persona debeat ire vel dampnum dare cum bestia vel sine bestia in vinea Vite de Sorco posita in Cantule, sub pena et ad penam ad voluntatem domini comitis, et accusator habeat medietatem condempne, si propter eius accusam veritas reperietur.

---

[1]) Anno domini mcccxlvii, indict. xv, die xv februarii. Maroie de Goze, recepit a Marino de Uolzo et Maroe Nicole de Goze et a Jache de Menze pro dicto tributo yp̃p̃ d.

Dicti xviii dicti mensis. Laurenzus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona terrigena vel forensis audeat vel presumat ire vel dampnum dare cum bestiis vel sine bestiis per vineam filiorum de Sauino de Poza de Juppana in capite superiori et inferiori, pena ad voluntatem domini comitis.

Laurenzius rivarius communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod nulla persona debeat receptare infra domo vel alibi Dobram famulam Hiele uxoris Michaelis Derse Dragote, nec levare per mare vel per terram, pena ad voluntatem domini comitis.

Bogoe preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod nulla persona terrigena vel forensis audeat vel presumat, debeat, auferre vel exportare de . . . vel partem ipsius, vel facere dampnum in eo, quod est in domo que fuit Junii de Volcasso in Volento, pena ad voluntatem domini comitis.

Anno domini mcccxlvii, indictione xv. Die xxx mensis januarii. Laurentius preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod quelibet persona terrigena forensis possit libere et secure venire Ragusium tribus diebus ante festum sancti Blaxii et tribus diebus post dictum festum, non obstante quod esset debitor communi vel alteri speciali persone, salvo ille persone, que sunt in banno et contumazia de sanguine vel malefacto commisso per eum vel eius occasione

Die xxii februarii. Laurencius preco communis de mandato domini comitis et sue curie gridavit publice palam et alta voce per civitatem in locis consvetis, quod quelibet persona masculus vel femina, terrigena vel forensis, que haberet aliquod jus vel aliquid petere super bonis Leonis de Surman debeat venire et se presentare et facere scribi in cancillaria communis, hinc ad viii dies proxime venturos, secundo quod a dicto termino in antea veniens non audietur.

Micoe maritus Mirne se presentavit, quia dixit se habere cartam notarialem super ipsum Leonem et bona sua.

Die xxiii (februarii). Nicola de Menze presentavit se dicte preconizationi, quia dixit se debere recipere certam portionem pecunie a dicto Leone.

Die xxiiii (februarii). Nicola de Sauini Longo, presentavit se dicte preconizationi, quia habere dicit super eam.

Die iiii martii. Laurencius preco communis gridavit in locis solitis, quod de cetero nulla persona audeat transire per vineas condam Nicole de Probatta positam in Breno neque in illis dampnum aliquod facere, pena ad voluntatem domini comitis.

Laurentius preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat transire per vineam Vrsii de Zaumacio in Breno neque in illa dampnum aliquod facere, pena ad voluntatem domini comitis.

Laurentius preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis per civitatem, quod nulla persona debeat transire vel dampnum dare cum bestia vel sine per vineam Vlachi Marini de Slaui, pena ad voluntatem domini comitis.

Laurentius preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod de cetero nulla persona audeat vel presumat transire per vineam olim Dame de Bucigallo in Malfo, neque in illa dampnum aliquod facere, pena ad voluntatem domini comitis.

Bogoe preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona de cetero audeat transire per vineam Pervoe de Gravosio neque dampnum aliquod facere in illa, pena ad voluntatem domini comitis.

Allegrinus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat in domo sua vel suo ligno et barcha receptare vel secum conducere per mare vel per terram Martinum famulum Petri de Babalio, qui aufugit ab eo non completo termino sue servitutis, pena ad voluntatem domini comitis.

Laurentius preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis quod nulla persona audeat ire cum bestia vel sine per terram seminatam Felicis de Grauosio, pena ad voluntatem domini comitis.

Allegrinus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod de cetero nulla persona audeat intrare in vineam et terras puncellarum positas in Subazonem, illis dampnum aliquod facere, neque boschum incidere, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xii marzii. Bogoe preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona cum bestiis vel sine audeat vel presumat ire vel dampnum dare per vineam Nicole de Menze, posita extra muros, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xii aprilis. Laurentius preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona audeat receptare in domo sua vel conducere extra Ragusium per mare vel per terram Dobram famulam et servitialem Gambellis de Gleda que aufugit ab eo in die pasquatis proxime preterito, non completo termino sue servitutis, et si quis illam sciret debeat illam denuntiare domino comiti, sub pena que in reformatione continetur.

Dobroslauus preco communis, gridavit in locis solitis, quod nulla persona (presumat) novitatem vel dampnum aliquod in vinea Radogne posita in Breno facere vel per illam transire vel aquam de dicta sua vinea extorquere, lignamina seu erbas auffere vel depillare, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xxii (aprilis). Laurentius preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod nulla persona audeat transire per vineam Giue Nicole de Gondola in Breno et in Piliaze, neque pascere vel dampnum aliquod in eis facere, pena ad voluntatem domin comitis.

Die secunda madii. Bernardus preco communis retulit se de mandato domini comitis precepisse Negoe ortollano Junii de Giorgio et Milteno Assenero, quod de cetero non audeant dare vel facere minuttam vel violenciam Vite et Matheo fratribus ortariis neque in personas eorum vel rebus suis, neque eis dicere verba aliqua ingnuriosa, pena ad voluntatem domini comitis.

Die viii madii. Dobroslauus preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis sollitis, quod nulla persona terrigena vel forensis audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio receptare in sua domo vel alibi nec elevare per mare neque per terram Budenam, filiam Milteni Drasanouich, que erat eius famula et aufugit ab eo non completo termino sue servitutis, et quicumque sciret vel haberet eam notificet et presentet domino comiti, pena ad voluntatem domini comitis. Et exportavit duas tunicas rascie, unam gumnachiam, et unum madollis, unum prouolitum, unam camisiam valloris yp̃p̃ x.

Die x madii. Laurentius preco communis de mandato domini comitis gridavit in locis solitis, quod nulla persona debeat secum conducere per mare vel per terram neque in domo retinere Dobrizam famulam Jacobizze, que aufugit ab ea non completo termino sue servitutis, et asportavit sibi furtive infrascriptas res: unam tovalliam, unam tunicham de dorso suo de lino, et unum bazile et duo bacilo de rame.

Die xii madii. In consilio rogatorum, sono campane ut moris est congregato, in quo interfuerunt xxxiiii consiliarii, captum fuit per xxv ipsorum, quod super factis Jurech de Priana et suorum sequatium differatur usque ad diem veneris proximum.

Item in dicto consilio captum fuit, nemine discordante, quod super factis dicti Jurech de Priana et dictorum suorum sequatium elligantur v sapientes, qui debeant providere super dictis factis, illud quod sit bonus status civitatis Racusii, conservatio et securitas totius Ponte et Stagni; et totum illud, quod per dictos sapientes erit provisum, reduchatur ad presens consilium rogatorum.

Item in dicto consilio concessa fuit licentia presbitero Bratoslavo Slauo posse redire ad Stagnum.

Item in dicto consilio concessa fuit licentia presbitero Hellie Slauo posse redire ad Stagnum.

Item in dicto consilio rogatorum, captum fuit nemine discordante de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio de mittendo unum hominem in Appuleam usque curiam regiam super novitate facta et que fieri intenditur contra comune Ragusium per canonicos ecclesie sancti Nicolai de Bari et committere dicto nuntio illud, quod videbitur domino comiti et suo consilio pro evitando et resistendo dicte novitati, et posse expendere pro dicto facto de avere communis et scribere litteras cuilibet persone et ad quaslibet partes.

Die xv madii. Laurentius preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis publice et alta voce, quod quelibet

persona que debeat recipere aliquid a domino comite predicto vel ab alio sociorum eius vel ab aliquo eius familie quacumque ratione vel causa infra terciam diem debeat se presentare domino comiti et petere jura sua paratus facere omnibus justitie complimentum, alias a dicto termino in antea non audietur.

Die xv madii. In maiori consilio, captum fuit, quod cum hoc sit, quod magister Guillelmus protomagister arsenatis expenderit in ligno quod fecit pro communi ultra illud, quod recepit a communi pro dicto ligno, quod pro restauratione eius, quod plus expendit in dicto ligno, habeat a communi yp̄p̄ xx.

In dicto consilio captum fuit de confirmando magistrum Beniamin pro uno anno sequenti, pactis et conditionibus et sallario quibus stetit anno preterito.

In consilio rogatorum captum fuit de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio posse expendere de avere communis usque yp̄p̄ centum non plus, pro honorando dominum Dalphynum, sicud domino comiti et suo minori consilio videbitur.

Anno domini mcccxlvii, die xvi madii. Ex parte domini comitis et sue curie misse fuerunt littere Maroe pillizario precipiendo eidem, quod a die presentationis earum usque ad xv dies subsequentes comparere debeat coram dicto domino comite et eius curia per se vel per suum legiptimum procuratorem, qui respondeat et solvat pro eo si a curia fuerit sententiatus, de certis pignoribus, que magister Andreas sibi presentat pro yp̄p̄ xviii, quod dictus magister Andreas dicit sibi mutuasse super dictis pignoribus, alias si ad dictum terminum non comparuerit de dictis pignoribus fiet secundum quod postulaverit ordo juris, eius absentia non obstante.

Die xxii madii. In consilio rogatorum, sono campane ut moris est, in quo quidem consilio interfuerunt xxx consiliarii, posite fuerunt due partes, una quod differatur ad presens super provisione quinque sapientum adinventum super facto Jurech et suorum sequacium, et secunda fuit, quod super dicta provisione de presenti procedatur. Et capta fuit secunda pars per xvii ipsorum.

In eodem consilio rogatorum captum fuit per xxviiii ipsorum ad conservationem et pacificum statum Stagni et totius Ponte, et ad cessandum omne schandallum, quod evenire posset occasione infrascriptarum personarum, quod infrascripte persone, quorum nomina infrascripta sunt amodo in antea ipsi vel aliquis eorum, nec aliquis de eorum familia non possint ire ad Stagnum neque pontam Stagni, Priporin neque Saspicham. Et si aliquis infrascriptorum, vel de eorum familia iret ad aliquem predictorum locorum ex nunc sit rebellis et proditor et insuper banno civitatis Ragusii, Stagni et tocius Ponte. Et quod de presenti eorum familie exire debeant de Stagno et de tota Ponta sub pena et banno predicto; verum de gratia fuit et est concessum, quod possint ire et habitare ad alias partes ubi et sicud eis placuerit preterquam ad loca supradicta, et insuper gaudere debeat quilibet eorum a bona sua que

habent in Stagno et in la Ponta. Et hec omnia supradicta durare debeant ad voluntatem et beneplacitum domini comitis et consilii rogatorum presentis et qui per tempora fuerit.

Bogoe Vratachinich, Dobroslauus Gabrillouich de Stagno, Miloslauus Dragoslauich de Zernagora, Millato presbiter de Dobrane, Rogos Tupsich de Dobrane, istis quinque personis fuit factum preceptum per dominum comitem prout in dicta reformatione continetur.

Die xxii madii. In minori consilio consideratis laboribus Allegrini pistoris communis, quos plus aliis substinuit pistoribus, quod affictus terreni communis, in quo habitat idem Allegrinus, sit sibi remissus pro toto tempore regiminis domini Leonardi Mozenigo usque ad festum s. Michaelis proximum.

Die ultimo mensis madii. Marinus Nicole de Goze, Maroe de Dime de Menze in minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt officiales super ordine extrahendi frumentum et blauam de fundaco.

Nicola de Crosio, Pasche de Chunio, Marinze de Slauze, Giue de Babalio in minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt officiales, videlicet capitanei custodie mensis junii, qui iuraverunt etc.

Laurencius preco communis de mandato domini comitis et sui minoris consilii, sono campane more solito congregato, gridavit in locis solitis, quod nulla persona terrigena vel forensis, masculus vel femina ab hodie in antea audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio credere in vendendo vel emendo, nec facere aliquam credentiam cum pignore vel sine pignore cum scriptura vel sine Boseu, filio Dissignen, et quicumque facit credentiam vel mutuavit super pignore non fiet ei ius supra eum et fiet restitutione (privatus) sine solutione aliqua, et quicumque tradidisset aliquid, hinc retro faciat scribi infra terciam diem et ab inde in antea non audietur.

Maria uxor Sergii Milottini presentavit se in continenti, dicens quod debet recipere ab eodem Boscoe gross. iiii.

Laurencius preco communis de mandato ser Francisci socii domini comitis gridasset per loca ubi sunt domus territorii domini archiepiscopi ragusini, quod omnes ille persone, quibus esset ablatum aliquod signum pro affictu terreni domorum archiepiscopatus usque ad diem dominicam proximam debeant illa restatasse, alias a dicto termino in antea vendentur, et si aliquid deficerit ad solutionem integram eius quod recipere debet, pignorabuntur de residuo.

Die primo junii. Pasqua de Goze et Giue Pauli de Gondola in minori consilio dati fuerunt tutores heredi condam Maroe Junii de Uolcassa.

Die v junii. In maiori consilio, sono campane ut moris est, captum fuit per lvii ipsorum quoniam per officiales deputatos per do-

minum comitem et suum parvum consilium repertum fuit et relatum ipsi domino comiti et dicto consilio, quod vinum non eat in terra, nisi usque ad kalendas augusti, ideo captum fuit, quod commune Ragusium possit ad presens facere conducere Ragusium undecumque sibi videbitur vasellos centum vini, cum conditione, quod de dicto vino vendi non possit ante kalendas augusti proximas, salvo, quod si vinum quod in presens est in terra defficiet ante dictas kalendas augusti, tunc de dicto vino conducto per commune possit vendi ante dictas kalendas augusti ad voluntatem domini comitis et sui minoris consilii, non obstantibus VIIII ponentibus in contrarium.

In dicto maiori consilio captum fuit, consideratis gratiis que in simili casu continue fiunt civibus nostris de Ragusio per duchale dominium, quod Stephano de Venetiis, qui ignoranter exoneravit in arsenate vinum charatellum Ribole, quod ferebatur pro dono, remittatur XXV yp̄p̄ in quibus condempnatus fuit occasione dicti vini, nemine discordante, insuper dictum caratellum vini per dictum consilium restitutum fuit dicto Stephano non obstantibus XXV qui posuerunt partem de effundendo dicto vino.

In minori consilio, captum fuit, quod Lampredo de Mencio vicecomiti in Breno, eo quod non habet equum in defectum sui officii de avere communis ad presens mutuetur sibi unde possit emere unum equum pro dicto suo officio mutando sibi infra yp̄p̄ XXII, pro quibus dictus Lampredo obliget communi se et omnia sua bona et cum conditione, quod a communi possit vendere vel inpigare dictum equum absque licentia dominationis.

In consilio sapientum super questione que habetur in curia domini pape, captum fuit, quod de avere communis dentur Mateo de Grede pro merito et provisione eius itineris quod ibit Bononiam de mandato domini comitis et dicti consilii, ad habendum consilium super dicta questione yp̄p̄ XV.

In consilio maiori, sono campane, ut moris est, congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXXXV consiliarii, ad laudem omnipotentis dei et gloriose virginis Marie matris misericordie et pietatis, et ad consolationem et suffragium pauperum Jhesu Christi et aliorum pauperum eiectorum, eo quod hospitalitas inter cetera opera misericordie deo gratissima est, captum fuit et firmatum nullo dicti consilii discordante, quod dominus comes cum suo minori consilio habeat plenam auctoritatem et arbitrium procurandi, inquirendi et inveniendi et obtinendi aliquem locum vel situm in civitate Ragusii, ubi eis videbitur et placuerit, in quo et super quo possit hedificari et construi domus seu hospitale sub illo nomine, titulo et vocabulo, quod eis videbitur ad consolationem, suffragium et receptaculum pauperum predictorum. Et ad ipsam domum seu hospitale incipiendum, prosequendum, hedificandum sub dominio et potestate communis Ragusii et cum conditione expressa, quod commune Ragusium supra dicta domo et hospitale perpetuo ponat et constituat super dicto hospitali unum et plures hospitalieros, rectores et gubernatores, personas laycas et non clerichas, qui dictum hospitale debeant regere et gubernare ad voluntatem et mandatum communis ragusini.

In minori consilio, sono campane ut moris est congregato, ex

virtute et auctoritate sibi data et concessa a maiori et generali consilio ad hoc ut dictum hospitale incipiatur, finiatur et perpetuo conservetur, quod tesauerii sancte Marie presentes et qui per tempora erunt sint et esse debeant officiales et suprasanti ad incipiendum, prosequendum et complendum dictum hospitale et ad faciendum omnia necessaria et opportuna ad perfectionem et complementum dicti hospitalis. Et quod dicti tesauerii sint rectores et gubernatores dicti hospitalis ad beneplacitum et voluntatem communis Ragusii et sint procuratores ad gratias et elemosinas implorandum et requirendum, recipiendum et confitendum, et eas ellimosinas disponendum et dispensandum in dicto hospitali et pro pauperibus eius sicud videbitur et placuerit dictis tesaueriis, vel maiori parti eorum videbitur.

Die xvi mensis julii. Milgostus preco communis, retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis solitis, quod amodo in antea nulla persona audeat vel presumat retinere in domo sua nec elevare per mare vel per terram Boioc, filium Mathey de Drasseuiza et famulum Stipce cridonis, qui Boioc furtive aufugit ab ipso Stipce cum rebus ipsius valoris sol. xv gross., pena ad voluntatem domini comitis.

XV. Anno 1346.

Anno domini MCCCXLVI indict. XIIII, die XX januarii. Dobrosclauus Obradovich in minori consilio factus fuit civis ragusinus, qui iuravit ad sancta dei evangelia esse fidelis domini ducis et communis ragusini et facere omnes angaridios et facciones communis reales et personales prout ceteri cives et fideles communis Ragusini.

Millen Volzicouich de Papoa in minori consilio factus fuit civis ragusinus, qui iuravit ad sancta dei evangelia esse fideles domini ducis et communis Ragusii et facere omnes facciones communis Ragusii reales et personales prout ceteri cives.

Die xxi junuarii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxx consiliarii capte et firmate fuerunt inserte conventiones et pacta per xxiiii ipsorum consiliariorum. Quod Lucas de Gambe contentatur et vult dare domino comiti et suo consilio conduram suam magnam cum hac conditione, quod ibit Venetias in conserva cum aliis sex conduris, super quam conduram dictus Lucas habere debet in dicto viagio, tam in eundo, quam in redeundo homines L ad unum diem de naulo tantum, tam in ytinere, quam in reversione, et debet habere de naulo libr. v, et de argento et aliis rebus secundum ordinem scriptum et datum aliis conduris, et teneatur ire et redire in conserva cum aliis conduris sicut dominatio sibi imposuerit et mandaverit, verumtamen dictus Lucas de gratia speciali petierit a dominatione et a suo consilio, quod dum applicuerint Venetias omnes vii condure cum salute, quod sit in arbitrio et potestate dicti Luche, si sibi videbitur pro bono et hutili suo proprio et pro suo avartagio ire in Apuleam ad si....as vel ad alia quecumque loca possit facere sicud sibi

placuerit. Item si dictus Lucas voluerit honerare dictam eius conduram de lignamine et venire Ragusium ante adventum illarum condurarum vel postea, non aducendo in dicta condura aliquam mercationem, sit arbitrio dicti Luce et possit hoc facere. Item petiit dictus Lucas, quod cum ipse fieri faceret quandam conduram Venetiis novam et credat esse completam, si acciderit quod ipsam inveniret esse per(fectam) et esset pro veniendo Ragusium . . . istis condure, quod dictus Lucas possit ponere de hominibus sue condure super illam conduram novam circa VI homines expensis ipsius Luche.

. . . . . autem conditiones expresse posite, quod existens infra VIII dies postquam applicuerit dictus Lucas vel qui esset pro eo patronus condure, debeat notificare et dicere capitaneo condurarum, si intendit et vult esse in conserva cum aliis conduris in reversione vel non, alias a dicto termino in antea sit exemptus et foras de dicta conserva et faciat de sua conditione alia sua facta ut placet, quibus omnibus Lucas contentus.

Die XXII januarii. In consilio rogatorum, sono campane, more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt XXII consiliarii, captum fuit et firmatum per XXX ipsorum consiliariorum, quod moti precibus et ad instanciam domini regis Racxie per litteras missas domino comiti et communi Ragusii, in quibus petendo mittebat a domino comite et communi Ragusii, quod eidem mutuare deberent corpus galee communis furnitam corredis pro mittendo Venetias . . . ad solempnem ambassiatam pro suis servitiis secretis etc., quod dicta galea mutuetur sibi secundum tenorem suarum litterarum non obstantibus duobus nolentibus.

Item in minori consilio, sono campane etc. cum adito x sapientum, super facto armate Jadre Nicola de Grede Andreas de Petregna officiales super facto fieri . . . galee Jadre.

In consilio rogatorum captum fuit, quod quelibet condura, (que) ad presens vadit Venetias habere debeat pro suo honere de qualibet mercatantia, que ad presens vadit Venetias octavum, intelligendo, quod condura Luce de Gambe ponatur ad rationem de duabus conduris.

Junius de Scocilcha factus fuit scribanus super galea quam commune Ragusium de gratia concedet domino regi pro suis ambassatoribus ituris ad dominationem ducalem, in minori consilio ut moris est; qui iuravit etc.

Die XXV januarii. In maiori consilio, sono campane, ut moris est, in quo quidem consilio interfuerunt LXXXII consiliarii, captum fuit et deliberatum per LII ipsorum quod salline Stagni incantentur pro x annis cum conditione, quod ille persone, que illas incantaverint teneantur facere pagas communi ad illos terminos, ad quos solvere tenebantur illi qui per tempora preterita emerunt a communi dictas sallinas, non obstantibus XXX qui posuerunt in contrarium.

Die XIIII februarii. De mandato domini comitis et sui minoris consilii, sono campane more sollito congregato, incantatum fuit pluribus

diebus per civitatem paregium Vmble per Laurenzium preconem communis, et quia non inveniebatur, qui plus dare vellet, datum et deliberatum fuit Junio, filio Marini de Bona, pro quinque annis proxime venturis ad rationem de yp̄p̄ viginti uno per annum, solvendo annuatim pagam sicud contingit pro rata. Postea die xxiii octubris, xv indictione Marone condam Nicole de Goze recepit a dicto Junio yp̄p̄ xxi.

Item recepit Mathe de Menze et Maroe Dime de Menze a dicto Junio pro secunda paga yp̄p̄ xxi.

Item recepit Mathe de Menze et Maroe Dime de Menze a dicto Junio die xiii mensis julii mcccxlviiii indictione secunda yp̄p̄ xxi[1]).

Custodia mensis februarii. Maroe, filius Junii de Menze, Mise Dragote de Dersa, Maroe, filius Nale de Zerena, Nico de Cerpa, Margo de Lucha, Matheus de Menze capitanei sesteriorum.

Marinus de Dabro, Jacobus de Capsiza, Giue de Ribiza, Vnuze de Bucigalo capitanei custodie mensis.

Pasqua de Resti, Vrsius de Zanmago capitanei custodie civitatis per diem et per noctem.

Die xiiii februarii. In minori consilio, captum fuit, quod de gratia speciali Miloslauus Hylich dictus Sebechenian in Stagno, in Strana, supra omnes domus nobilium Marcoli de Scharichio et Jacobi de Matessa et aliorum nobilium in dicta Strana commorantium possit facere unam domum longam passuum vii et amplam v, duratura dicta gratia ad voluntatem domini comitis et dicti sui consilii.

Die xxii februarii. In minori consilio facta fuit gratia Junio de Chepa, quod detur sibi ad presens unum milliare salis.

In maiori consilio, in quo interfuerunt lxxiiii consiliarii, captum fuit et deliberatum per xliiii ipsorum, quod dominus comes cum consilio sapientum deputatus super questione episcopi curzolani habeat libertatem posse impetrare una cum domino episcopo curzollano a domino nostro papa litteras cum plena auctoritate, in quibus contineatur qualiter ipse dominus papa constituit personam domini Hellie de Syracha, nunc archiepiscopum ragusinum, judicem albitrum questionis, que est inter dominum episcopum curzolanum ex una parte et commune Ragusium ex altera, ita quod dicta questio prout est in curia ad presens sit in judicio et albitrio dicti domini Hellie; et quod dictus dominus Hellias tamquam iudex albiter constitutus a domino papa dictam questionem possit cognoscere, diffinire et sententionare de jure et de facto prout et sicud dicto domino Hellie videbitur et placuerit, intelligendo, quod a dicto domino papa impetretur expresse, quod sententia que lata et data fuerit per dictum dominum Helliam supra dicta questione sit firma et rata et valitura in perpetuum et ultra.

---

[1]) In msc. deletum: Item in mcccl, indictione tercia de mense septembri receperunt officiales terreni yp̄p̄ xxi. Nicolaus Jure de Chaboga et Lucha de Gambe officiales terreni communis receperunt a dicto Junio yp̄p̄ xxi.

In consilio rogatorum captum fuit, quod condure. que tenebantur habere homines xxxii ad viagium Venetias, ubi dicit xxxii dicere debeat xxv, intelligendo, quod mercatantia, que solvebat libr. v solvat modo libr. iiii sol. xiiii, plumbum et rame gross. viii fol. xviii, argentum et aurum gross. ii pro centenario yp̄p̄ et drappi solvat gross. uno fol. vi pro pezia, fostagni ad rationem panorum[1]).

Die primo marcii. De mandato domini comitis et sui minoris consilii, incantata fuit pluribus diebus gabella fondachi furmenti per Laurencium preconem communis, et quia non inveniebatur quis plus vellet dare, data et deliberata fuit per ipsum dominum comitem et suum consilium Giore de Gleya pro yp̄p̄ mille centum et decem pro uno anno proximo futuro, qui annus incipit die primo marcii, xiiii indictione et Sime de Grede fuit plez pro dicto Jure ad ambos sive ad unum illorum se tenendo in totum et in partem sicud dicto domino comiti et suo consilio de dictis yp̄p̄ placuerit se tenere.

In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, captum fuit de gratia speciali quod fratres Predicatores de conventu Ragusii ad presens possint emere de vino Ponte et Stagni quinga (pinta?) ducenta, non obstante reformatione predicta facta.

Custodie mensis marcii. Nale, filius Marcoli de Scharichio, Mathias de Ribiza, Maroe de Zerina, Vita de Babalio, Lauriza de Bodaza, Mico Lucari de Bona capitanei sesteriorum.

Jache, filius Nicole de Crosio, Peco de Sauigna, Mico Vitalis de Petraga, Niffico de Galozo capitanei custodie mensis.

Die secundo mensis marcii. In minori consilio, captum fuit et firmatum, quod cum quedam ardua et ponderosa sint, quod quilibet de minori consilio qui non venerit ad consilium die sabbati de mane solvat pro pena gross. vi.

Giue de Crancha in minori consilio electus fuit capitaneus supra galeam armatam ad exercitum contra Jadram cum salario, pactis et conditionis quibus electus fuit Nicoliza de Martinussio.

Die v marcii. Bogoe preco communis de mandato domini comitis et de voluntate ser Marini de Getaldo gridavit in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio transire per viam dicti ser Marini nec dampnum aliquod facere, pena ad voluntatem domini comitis.

Laurentius preco communis retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumat transire per vineam Cranislaui Petrani positam in Brenno . . . Matosceuich personaliter vel bestiamina vel . . . . . nec dampnum aliquod facere, pena ad voluntatem domini comitis.

Legna uxor condam Priasni, Requina per S. de Benessa, Anna de Passarino per M. de Binzola, Pasqua de Brassina per M. de Bona, in

---

[1]) Cassata dicta reformatio ex toto per consilium rogatorum.

minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt salinarii.

Die xi marcii. In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, captum fuit et firmatum per lxvi ipsorum, quod salline Stagni ponantur et incantum pro quinque annis cum conditione, quod commune teneatur accipere ad pagamentum salem dictarum sallinarum pro yp̄p̄ viginti centarium salis in portu Ragusii, usque ad tantam quantitatem salis quantum capit incantum sallinarum, et si sal valuerit plus quam viginti yp̄p̄ centenarium, sit in albitrio illorum qui ement dictas sallinas dare salem unum centenarium pro yp̄p̄ viginti vel non; verum quod dicte salline non possint delliberari nisi primo reducatur incantum illarum ad maius consilium, et illud, quod illud captum fuerit circha predicta sit firmum et ratum, non obstantibus balottis positis in contrarium.

Item captum fuit in dicto maiori consilio per litteras, quas ad presens scripsit dominus comes spallatinus, quatenus communi Sapalleti subvenire nobis placeat eidem communi de ducentis stariis furmenti extrahendi de Ragusio, ydeo condiserato debito ducalis dominationis et amore antiquo, qui semper viguit sincerus et purus inter nos et commune Spalleti captum fuit per xxxviiii dicti maioris cousilii, quod dicto communi de gratia speciali concedatur gratia extraendi de Ragusio staria ducenta furmenti, pro ferendo illud Spaletum in subventione dicti communis.

Die xx marcii. Simon de Binzola datus fuit pitropus et commissarius Cerne de Cerpa in minori consilio ut moris, qui iuravit etc.

Die xxii marcii. Nicola de Menze, Simon de Binzola, Giue Pauli de Gondola, Andreas de Lucario, Petrus de Ragnina ex virtute et auctoritate consilii rogatorum electi fuerunt in minori consilio officiales super providendo omnia, via et modo, quibus melius et securius videbitur pro securitate et fortificatione civitatis et super custodia districtus, et quidquid ipsi providerint debeat reduci ad minus consilium et ibidem terminetur, et sument illud quod videbitur domino comiti et dicto minori consilio.

Die xxiiii marcii. In maiori consilio captum fuit de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio circha fortificationem civitatis et districtus et custodiam civitatis et districtus, facere omnem fortificationem et omnia fortallizia et omnem custodiam prout et sicud provisum est per provisores deputatos super hec et plus et minus ad voluntatem domini comitis et sui minoris consilii et de expendendo de avere communis quantum eis videbitur pro dicta fortificatione et custodia civitatis et districtus.

In maiori consilio, sono campane ut moris est, in quo interfuerunt lxxiii consiliarii, capta fuerunt et firmata infrascripta capitula ad custodiam et fortificationem civitatis propter periculosa nova que presentialiter advenerunt, per lx ipsorum consiliarioum: In primis, quod adantur super custodiam mensis persone xl dividendo illas in x postas,

et iste XL persone extrahantur per tesseras secundum quod extrauntur alie custodie mensis: ad s. Lucham posta una, persone IIII; super arsenatum vel al ponte, posta una, persone IIII; ad molum posta una, persone quatuor; super turrim illius de Gondola, posta una, persone IIII; super turrim Hellie de Binzola, posta una, persone IIII; super turrim Pauli de Masarlesso, posta una persone IIII; super turrim Giorgi Cotorani, posta una, persone IIII; ad s. Michaelem, posta una persone IIII; ad moretam posta una persone IIII; ad Clime de Tomasin, posta una, persone IIII.

Item captum fuit in dicto maiori consilio, quia per capitaneum de nocte et per capitaneum sexteriorum ordines custodie civitatis non observantur et ex hoc civitas non bene custoditur, ad hoc ut ordines custodie observentur et ex hoc civitas melius custodiatur, quod capitaneus mensis custodie et capitaneus sexteriorum teneantur omni die in mane venire coram domino comite vel coram illo qui fuerit deputatus per dominum comitem et suum parvum consilium et iurare per sacramentum, quod tota nocte interfuerunt personaliter et continue ad custodiam et observavit et fecit totum illud, quod facere tenetur facere circha bonam custodiam et secundum ordinem sibi datum, et quod habuerunt ad custodiam omnes custodes prout habere tenentur, et furnierit omnes postas ordinate prout tenentur facere; qui capitanei et capita sexteriorum si non se presentaverint omni die usque ad horam terciam prout supra specificatum est coram domino comite vel coram illo qui super hoc fuerit deputatus per dominum comitem et suum parvum consilium, cadat quilibet dictorum capitaneorum et caput sexteriorum, qui vel quod contrafecerit, qualibet vice ad penam gross. XII et quis eorum inveniretur periurus, sit privatus duobus annis officio et beneficio.

Item captum fuit in dicto maiori consilio, quod super qualibet supradictarum turrium, ubi stare debent custodes, facere tabulatum et unam casettam, ut custodes possint stare de nocte ad custodiam. Insuper facere tabulatum et schalas ad certas alias turres circha marinam ubi expedit.

Item quod tres porte, que sunt a parte in magis debili loco civitatis, claudantur due ipsarum cum portis lignaminis, quas capitanei debeant claudere et dare claves domino comiti post tercium sonum et de mane facere aperire.

Item quod compleatur turris s. Luce de omnibus opportunis furnimentis.

Item quod super molum fiat una turris de petra et calcina parata omnibus opportunis.

Et hoc ut dicte turres citius compleantur, quod accipiantur lapides et calcina in omni loco ubi poterit inveniri, et quod omnes magistri veniant ad dictum opus faciendum. Et quia hec omnia non possunt fieri ita cito ut expedit et isto medio subito posse supervenire aliquod periculosum accidens, captum fuit, quod fuit de presenti facta una catena de ferro longa, que extendat se a turri s. Luce et vadit usque ad molum, et munire dictam catenam tali modo, quod portus noster sit bene securus propter nova galearum Janue, que presentialiter habentur.

Item captum fuit, quod omnes predicti et infrascripti laborerii debeant fieri cum denariis salis et fondacha, et quod de dictis denariis

fondachi et salis ullo modo possint tangi vel expendi seu converti in aliam causam nisi prius compleantur omnia suprascripta et infrascripta opera et laborerii ordinati et que de cetero ordinabuntur per dictos officiales depututos ad custodiam civitatis.

Item captum fuit, eo quod civitas male custodiatur, quod in quolibet sesterio fiant capitanei, qui dividere debeant eorum sesterios per decenas, et cuilibet decene dare unum caput. Et quod sesterium Pusterle et sesterium s. Marie habeant in custodia molum usque ad domum Giorgi Cotorani; sesterium sancti Petri et sesterium castelli habeant in custodiam incipiendo a dicta domo Cotorani usque ad domum Clementis de Tomaxino; et sesterium sancti Blasii et sesterium sancti Nicole debeant semper stare in platea communis ad mandatum dominationis.

Item quod fiat unus ma(ra)nganus qui machinet ad defensionem portus.

Item quod scribantur omnes balesterii et detur ordo, quod vadant ad balistrandum omni festo.

Die xxiiii marzii. In maiori consilio, sono campane ut moris est, captum fuit et firmatum per lxx ipsorum, quod ad presens mittatur ad dominum imperatorem[1]) unam ambassiatam ad honorandum eius fuctivam (sic) coronationem.

Item captum fuit in dicto consilio, quod pro dicta ambassiata elligantur tres nobiles homines, qui ire debeant ambassiatores pro dicta ambassata.

Item captum fuit in dicto consilio, quod illi qui fuerint electi ad dictam ambassiatam non possint illam refutare sub pena centum yp̃p̃.

Item captum fuit in dicto consilio de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio providere de ambassiata, de donis, expensis et sallario, prout et sicud eis videbitur, non obstante forma statuti.

In minori consilio, sono campane more solito congregato, virtute et auctoritate balie attributte et date eidem a maiori et generali consilio captum fuit et firmatum, quilibet dictorum trium ambasiatorum elligendorum habere debeat pro suo salario dicte ambassiate yp̃p̃ lx. Et debeant habere inter omnes xii famulos equestres, et famuli habere debeant pro quolibet unam tunicam et unum mantellum de drappo, cuius petia sit yp̃p̃ xx et expensas et nichil aliud. Et debeant habere inter omnes tres ambassiatores equos xxi. Et possint expendere omni die pro eorum expensis, et pro expensis equorum et famulorum yp̃p̃ iiii, atamen debeant habere a communi naulum equorum.

Dona fienda domino imperatori sint libr. . . .

Giugnius Derse, Giugnius de Calichio, Nifficus Nicole de Gondola ambassiatores et juraverunt etc.

Die xxviii marcii. In maiori consilio, sono campane etc., in quo interfuerunt lxvi consiliarii captum fuit per lviiii ipsorum de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio posse recipere excusationem ambassiatorum electorum ad honorandum dominum imperatorem et adceptare eam, si eis videbitur et placuerit, et circha predicta posse

[1]) Sc. Rascie sive Serbiae, Stephanum cognomine Dušan.

facere totum illud, quod domino comiti videbitur pro bono statu et honore civitatis.

In dicto maiori consilio captum fuit de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio incantare sallinas Stagni et delliberare eas plus offerenti per totam diem crastinam, non obstantibus ballotis XVIIII positis in contrarium.

Die XXVIII marcii. De mandato domini comitis et sui minoris consilii incantate fuerunt pluribus diebus per civitatem saline Stagni communis Ragusini per Laurentium preconem communis, et quia non inveniebatur, qui plus vellet dare, date et deliberate fuerunt Marcolo de Zirena per dominum comitem et suum parvum consilium sono campane, ut moris est in publica contione, pro quinque annis proxime venturis, solvendo omni anno de dictis salinis yp̃pos mille sexcentos, cum pactis et conditionibus infrascriptis, videlicet, quod dictus Marcolus dare et solvere teneatur pretium dictarum salinarum omni anno in duabus pagis, scilicet primam pagam yp̃p DCCC, incipiendo a kal. marcii usque ad terminum sancti Michaelis mensis septembris. Et quod commune teneatur recipere dictam primam pagam a dicto Marcolo in sale vel denariis prout dicto Marcolo solvere placuerit, et non possit commune dictam primam pagam reffutare usque ad dictum terminum s. Michaelis cotiens dictus Marcolus dictam pagam communi adsignare noluerit Et a dicto festo s. Michaelis, mensis septembris, usque ad kal. marzii sequentis idem Marcolus solvere tenetur communi secundam pagam videlicet yp̃p DCCC in sale vel denariis prout dicto Marcolo solvere placuerit, intelligendo, quod dictus Marcolus dictam secundam pagam faciat in die kalendarum dicti mensis marcii et non ante. Item per pactum actum est inter dictum commune et dictum Marcolum videlicet, quod commune tenetur accipere salem dictarum sallinarum in pagamento a dicto Marcolo pro yp̃p viginti centenarium salis dictarum sallinarum positum in portu Ragusii. Et si centenarium salis valleret ultra viginti yp̃p, tunc sit in albitrio dicti Marcoli dare denarios prout supra dictum est, vel salem dictarum sallinarum in pagamentum pro yp̃p viginti centenarium. Item quod dictus Marcolus possit navigare salem dictarum sallinarum Catharum et inde supra, absque ullo impedimento communis. Item quod dictus Marculus possit incanovare salem dictarum sallinarum in Ragusio, et quod commune non possit accipere de dicto sale nisi pro illo precio quo dominus Marcolus vellet dictum salem dare communi. Item quod omnes ille persone, que servient dictis sallinis per commune aufferi nec removeri a servitio dictarum sallinarum pro aliquo servitio communis. Item quod omnes placte, massarie, domus et omnes massarie et instrumenta que deserviunt et pertinent ad dictas salinas sint ad usum dicti Marcoli in servicium dictarum sallinarum toto tempore quo dominus Marcolus tenebit a communi dictas sallinas, et completo termino, quo dictus Marcolus tenere debet dictas salinas omnia dicta instrumenta massarie et domus, quas dictus Marcolus habet a communi, redire debeant in commune. Item quod si locus Stagni et Ponte, aliquo casu exiret dominium communis et dominationis ragusine, quod deus advertat, quod in casu idem Marcolus non teneatur solvere pagas supradictas pro illo

videlicet, quo commune Ragusinum non haberet dominium Ponte et Stagni, quod deus avertat.

Die sabati primo aprilis. Slaucus de Luca, Laure de Marcusso, Nale de Proculo, Pale de Ghetaldo, Menze Petri de Menzio, Marinus de Slauze in minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt capitanei sesteriorum mensis aprilis, qui iuraverunt etc.

Poue de Catena, Petrus de Chisagna, Maroe, filius Niffichi de Macedauero, Halie de Baliazca in dicto minori consilio electi fuerunt capitanei custodie dicti mensis.

Die secundo aprilis. In minori consilio, sono campane ut moris est congregato, captum fuit, quod de gratia, quod Vita de Sane de Cattaro possit conducere Ragusium milliaria xvi et plus ad suam voluntatem de carnibus porcinis sallitis, quas tenetur vendere in Ragusio pro minori precio de eo, quod venditur in Ragusio per ordinem consvetum, quas quidem carnes tenetur vendere in platea omnibus illas emere volentibus uno mense continuo postquam dictas carnes conduxerit Ragusium, quas si per totum dictum mensem ven(d)ere non potuerit, licitum sit dicto Vite, residuum dictarum carnium extraere Ragusio ad suam voluntatem.

Die iiii aprilis. In minori consilio, captum fuit, quod ambassiatores electi ad dominum imperatorem debeant recedere de Ragusio ad eundum ad dictam ambassiatam per mare vel per terram die sabati proximo per totam diem sub pena ducentorum yp̄p̄.

Die quarto aprilis. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, quod ad hoc ut ipsi possint extraere Marinum, filium condam Nicole de Petregna de manibus paganorum et ut anima eius in perditione propria non permaneat nec serviat, quod per tutorem dicti Marini possint obligari bona dicti Marini usque in ducatis ccc aureis cuidam, qui vult eum ducere in franchigiam Christianorum et conducere Ragusium.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum, quod thesaurarii sancte Marie, pitropi et commissarii condam Nicole de Petregna possint vendere domum lapideam que fuit dicti Nicole pro yp̄p̄ mmcccc et abinde supra, sicud melius poterit, cum hac conditione, quod de presenti debeant solvi et restitui dotes Marie condam uxoris dicti Nichole et residuum dictorum yp̄p̄ vendite domus emptor debeat solvere dictis commissariis usque ad vi annos proximos a die venditionis dicte domus, et si infra dictum terminum vi annorum veniret novo pro certo, quod Maroe, filius dicti Nicole de hac presenti vita ad aliam convollasset, quod statim dictus emptor solvere teneatur totum dictum residuum vendite dicte domus, non obstante termino vi annorum et satisfieri testamento dicti Nicole; verumtamen si dictus Marinus veniret Ragusium ante terminum dictorum sex annorum, nichilominus debeat expectare complementum dictorum denariorum venditionis domus usque ad dictum terminum sex annorum, quo termino sex annorum completo emptor teneatur solvere et satisfacere totum residuum dicti precii, si Maroe noluerit domum redimere infra dictum terminum.

Die vii aprilis. In minori consilio, sono campane more solito congregato, infrascripti fuerunt electi extimatores equorum ambassiatorum, qui ituri sunt ad dominum imperatorem: Marcolus de Zerena, Petrus de Bangella et Giue Pauli de Gondola.

Die viii aprilis. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxii consiliarii captum fuit et firmatum per lxvi ipsorum consiliariorum de armando galeam communis, que nuper est in portu Ragusii, bonis hominibus, armis et omnibus aliis necessariis et opportunis pro mittendo ipsam ad exercitum contra Jadratinos pro duobus mensibus secundum mandatum ducalium litterarum.

Paulus de Gondola, Pascha de Goze, Symon de Benessa, Martinussius de Menze, Symon de Binzola, Stepe de Sorco, Blaxius de Bodazia, Marinus Lucari de Bona, Gugnius de Giorgio, Andreas de Lucaro, Marinus de Binzola loco filii sui, Marcolus de Zerena sapientes electi super inveniendo viam, modum et ordinem observandi et executioni mandare in omnibus et per omnia secundum reformationem maioris consilii et secundum tenorem ducalium litterarum prout eis videbitur pro bono et hutili negotio usque ad factum negocium.

Die x aprilis. In minori consilio, sono campane more solito congregato, Saue de Bonda et Lucas de Gambe electi fuerunt officiales super faciendo parari et actari galeam communis sicud expedit pro mittendo ad exercitum ducalis dominationis contra Jadram, qui iuraverunt etc.

Item in eodem consilio minori Vita de Zeria et Petrus de Procurerio electi fuerunt officiales ad faciendum fieri panaticum pro dicta galea.

In consilio x sapientum cum domino comite super facto armature dicte galee electi fuerunt infrascripti tres ad exigendum et recoligendum pecuniam solutionis dicte galee, videlicet tercium plus eo quod solitum fuit solvere: Polus de Gondola, Martinussius de Menze, Symon de Binzola.

In minori consilio, sono campane more more solito congregato, captum fuit, quod equus Marcoli de Stanchio, qui fuit ablatus sibi per ambassiatam domini imperatoris, sine aliqua extimatione veniendo ipsos ambassatores Ragusium, si Marcolus voluerit ipsum bene quidem, alias sit in eius arbitrio accipiendi vel non, aut si intendit aliquid sinistri, occidatur.

Die xxvi aprilis. In maiori consilio, in quo interfuerunt lxxxi consiliarii, captum fuit per xl ipsorum, quod ille qui fuerit electus capitaneus galee armate contra Jadram, si ille talis iverit per plateam non possit refuttare sub pena cc yp̄p̄ et non valeat sibi aliqua excusatio.

In consilio sapientum captum fuit, quod galea, que ire debet in servicium ducalis dominationis contra Jadram armetur et forniatur tota ad terzalorum, super qua sint viii balesterii, viii nauclerii, unus supramassarius, unus marangonus et unus callafatus.

Item in dicto consilio electus fuit Saue de Bonda capitaneus dicte galee contra Jadram. Et debet pro suo salario duorum mensium libr. quatuor gross. et debet habere duos famulos secum, quos debet solvere de dicto suo soldo.

Item captum fuit, quod de ynsula Zuppana scribantur per tesseram homines XLV, Callafote XVIII, Callamote XII, Brenni XVI, Zoncheti VII, Malfi X, Grauose VII, Vmble XII.

DIE XXVII APRILIS. In minori consilio, sono campane more solito corgregato, captum fuit et firmatum, quod condure, que iture sunt presentialiter in conserva Venetiarum debeant secessere de Ragusio usque ad XXVII dies mensis madii proxime venturos.

Item in dicto minori consilio, captum fuit et firmatum, quod quilibet patronus condurarum, qui nuper secessurus est in conservam predictam usque ad dictum terminum XXII dies mensis madii debeat secessere, sub pena yp̄p̄ centum pro quolibet patrono condure.

Item quod omnes illi qui volunt mittere mercatum in conduris pro mittendo Venetias, debeant misisse omnes suas mercationes quas mittere vult et quas scribi fecerit usque ad XX dies mensis madii, alias a dicto termino in antea nullus mittere poterit, sed solvere teneatur pro vacuo mercationum, quos scripserit, naulum pro pleno.

Item quod quilibet qui vult naulizare vel mittere aliquam mercationem in dictis conduris per totum presentem mensem aprilis, debeat fecisse scribi illas mercationes quas scribere vult, alias a dicto termino in antea nulla mercantia scribetur preter illam que scripta fuerit; et isti sunt officiales ad scribendum: Maroe Climentis de Goze, Maroe Junii de Menze, Giue de Zerena officiales ad naulizandum et ad scribendum mercationes, ut supra.

Magister Marinus cirusicus in minori consilio electus fuit ad salarium communis decem librarum gross. si videbitur maiori consilio illum adsumere.

DIE XXVIIII APRILIS. In maiori consilio, sono campane ut moris est, captum fuit et firmatum per LXXIIII consliarios dicti consilii, quod Maroe, filius condam Gergi de Petraga cum auctoritate et consensu suorum tutorum possit dare et tradere totum ius suum, quod habet in parte Ponte et Stagni Nicolette sorori sue pro eius maritatione, non obstantibus XVIIII in contrarium; et hoc pro yp̄p̄ CC.

DIE PRIMO MADII. In maiori consilio, captum fuit per LXXXX dicti consilii, quod Drase uxor Giue Pasque de Goze possit dare partem suam Ponte et Stagni sorori sue Nicolette pro eius maritatione. Et quod omnia pacta, que dicte sorores inter se de dicta parte (habent), sint firma et rata.

Marinus de Dabro in maiori consilio de gratia fuit factus sallinarius.

KAL. MENSIS MADII ANNO DOMINI MCCCXLVI, INDICTIONE XIIII. Vlacus Marinus de Slaui, Vrsus de Gleia, Andreas de Poue, Vrsus, filius Nif-

fichi de Bodaza, Pale Marini de Sorco, Grube de Grubessa in minori consilio, sono campane more solito congregato, facti fuerunt capitanei sesteriorum, qui iuraverunt etc. de mense madii.

Mate Nicole de Menze, Andreas de Grubessa, Pasche de Nicoliza, Micus de Mlascagna capitanei custodie dicti mensis, qui iuraverunt etc

Die primo dicti mensis. Filius Giue de Martinussio, per Giue de Saracha, filius Jache Marini de Crossio, per Marinum de Binzola, Misce Dragocta, per Nale de Cerena in minori consilio, sono campane more solito congregato, facti fuerunt salinarii.

Lucas de Gambe, Maroe Junii de Menze electi fuerunt in minori consilio ad scribendum homines qui ire debent super galeam ad exercitum contra Jadram pro quanta muta (sic) ut infra videlicet: Malfi, homines x, Grauosi, homines vii, Vmble, homines xii. Andreas de Petrega, Lauriza de Bodazia simili modo fuerunt electi in dicto minori consilio, Zuppana, homines xlv, Calafota, homines xviii, Calamota homines xii. Syme de Resti, Ruscus de Dersa similiter fuerunt electi ut infra, Brennii, homines xv, Zonchetti, homines vii. In civitate Nicola de Cauernico.

Die x madii. Marinus Lucari de Bona, Nale de Zirena, Sime de Benessa, Tuodoro de Bodaza, Simon de Binzola, Jure de Caboga, Paulus de Gondola, Andreas de Lucario, Mate de Dersa, Nico de Uolzo, Giue de Teudisio, Petrus de Ranina pro Simone de Binzola, Simon de Binciole pro Andrea de Lucario, Pasqua de Goze loco Simonis de Binzola sapientes deputati super questione quam habet commune in curia pape.

Die xv madii. Nobilis et potens vir dominus Leonardus Mozenico honorabilis comes ragusinus cum suo minori consilio, sono campane more solito congregato, ad petitionem et instanciam Michaelis, filii Mathei Tragurini, viso quodam laborerio, quod fieri facit dominus Michael et fundamentatur prope sanctum Michaelem de Labis determinavit et decrevit, quod dictus Michael possit fundamentari et facere laborem ad suum beneplacitum dummodo dimittat viam ex latere tramontane palmas viiii, et ex latere pelagi palmas xi.

Jure de Caboga, Martinussius de Mentio, Andreas de Bodaza, dati fuerunt tutores heredibus Giue et Petri de Caboga in minori consilio, qui iuraverunt etc.

Die xvi madii. Andreas de Lucari et Dime de Mascaga dati fuerunt tutores heredibus condam Zarii Bago olim mariti Goyne habitatoris Stagni in minori consilio, etc., qui iuraverunt etc.

Dompnus Andreas de Risa electus et assumptus fuit notarius et cancellarius Stagni in minori consilio, sono campane ut moris est congregato, qui debet exercere et facere officium suum secundum tenorem reformationis scripte in libro reformationum Stagni, et debet habere in anno pro dicto suo officio tantum quantum habuit dompnus Tomoe precessor suus, pactis et conditionibus quibus stetit dictus dompnus Tome.

Die xxiii madii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt infrascripti officiales cum insertis pactis et conditionibus, videlicet: quod ipsi debeant rescotere et exigere ab omnibus debentibus solvere pro prima, secunda, tercia et quarta muta galee, que missa fuit Jadram, et debent habere pro quolibet yp̄p̄, quod rescotaverint et exigerint, habere debeant inter omnes tres gross. unum.

Prode de Bissiga, Nicola de Zauernico, Niffícus de Galozo electi fuerunt officiales ad facta predicta, qui juraverunt facere bene et legaliter eorum officium et rescotere ab omnibus debentibus solvere etc.

Die xxvi madii. In minori consilio captum fuit, quod condure, que ad presens parate et honerate sunt pro eundo Venetias omnino recedere debeant ad dictum viagium die lune xxviiii presentis mensis madii et plus et minus ad voluntatem domini comitis et sui minoris consilii.

Simon de Binzola, Maroe, filius Nale de Zirena, Clime siue Ruscus, filii Tome de Dersa in minori consilio electi fuerunt consiliarii et rectores simul cum Giue de Crancha capitaneo presentium condurarum que vadunt Venetias.

Gabriellus de Gleya, Todurus de Bodaza, Pale de Resti dati fuerunt tutores Vite filio Gabriellis de Gleya in minori consilio.

Die xxviiii madii. Lauriza Andree de Sorego, Tome de Stilo, Lauriza Stepe de Sorego, Petrus de Pecurario, Tripe Todori de Bodaza, Maroe Pasque de Goze capita(nei) sesteriorum mensis junii.

Prius de Ranina, Martinussius, filius Nicolize, Vinize de Bucignolo, Sime Pasque de Resti, capitanei mensis junii super custodia.

Die primo junii. Maroe Clementis de Goze, simul cum Marcolo de Cirena datus fuit tutor heredi Maroe de Uolcasso, in minori consilio.

Die vii junii. In minori consilio, sono campane ut moris congregato, captum fuit et firmatum per omnes consiliarios eiusdem consilii concorditer, quod catena portus ponatur inter duos plancones chauatos per modum gragine.

Die xiii junii. In minori consilio captum fuit, quod ser Marculus de Scharichio ad presens non poterat interesse ad officium sui comitatus in Brenno, quod Tomas de Stilo per totum presentem mensem junii loco sui debeat exercere dictum officium comitatus Brenni et continue ibi manere nec recedere absque licentia domini comitis et sui minoris consilii, et debet habere dictus Tomax omni die de quanto steterit in officio gross. iii. Qui Tomax recessit ad dictum suum officium die . . .

Die xv junii. In minori consilio, sono campane ut moris est congregato, captum fuit et firmatum, quod quelibet persona tam masculus quam femina cuiuscumque conditionis existat que habet de bonis

Dabisei Cicorich et suorum fratrum et suorum promariorum in deposito, in pignore vel pro signo, debeat illa manifestare domino comiti et suo minori consilio infra tertium diem a die missi banni si presens esset in Ragusio et suo districtu. Et si esset absens infra unum mensem et plus et minus ad voluntatem dicti domini comitis et sui minoris consilii secundum distanciam loci in quo esset. Et si quis esset qui haberet de dictis donis modo quo supradictum est et non manifestaret illa ad dictum terminum, cadat ad penam duorum millium yp̄p̄. Et quilibet possit accusare et habeat quartam partem dicte pene, si per eius accusam veritas poterit reperiri. Et nichilominus presens reformatio perpetuo in sua firmitate perduret.

Die xviiii junii. In consilio rogatorum sono campane, ut moris est congregato, captum fuit et firmatum per xviiii ipsorum, quod litteris nobis missis a Dabisco Cicorich taliter respondeatur, videlicet: quod dominus comes et eius consilium receperunt litteras suas, de quibus multum admirantur, quoniam dominatio ragusina et communitas semper consveverunt facere rationem tam magno quam parvo et generaliter omni persone cuiuscumque conditionis et status, quod ipse Dabiscus et omnes scire possunt et sic in perpetuum observare intendit. Et quod civitas ragusina tenet portas apertas per quas possunt intrare, stare et redire omnes ille persone, que benefaciunt et benefacere intendunt.

Die vigesimo junii. In maiori consilio sono campane ut moris est congregato, in quo interfuerunt lxviii consiliarii captum fuit et firmatum, quod de gratia speciali Michael de Maschagna possit donare in vita sua Dimitro fratri suo et heredibus dicti Dimitri partem suam Ponte et Stagni; ita tamen, quod dictus Mico et uxor eius debeant illam in vita eorum possidere, gaudere et usufructuare; et post mortem dicti Michaellis et uxoris sue, debeat dicta pars Ponte et Stagni devenire ad dictum Demetrium et heredes suos et illam habere et possidere sicut habent et possident ceteri nobiles de Ragusio. Verum si contingerit dictum Michaelem ante eius decessum heredem legiptimum, quod dicta pars Ponte et Stagni, remaneat in pristino statu, et presens reformatio sit pro cassa et nullius valloris. Et capta fuit hec pars per lii ipsorum.

In eodem consilio maiori captum fuit, quod magister Andreas pro regendo scolas puerorum habere debeat a communi pro uno anno sequenti yp̄p̄ xx, qui annus incipit hodie et nichillominus possit sibi solvere de suo masterio a suis scolaribus; et capta fuit pars per xliiii ipsorum non obstantibus xxii positis in contrarium.

In consilio rogatorum, captum fuit, quod considerata iusta peticione domini imperatoris Rassie, qui peciit per suas litteras galeam communis pro mittendo suos ambassiatores ad tractandum et componendum de pace inter dominum regem Vngarie et ducale dominium communis Venetiarum, quod libere et graciose dicta gale(a) dicto domino imperatori concedatur cum omnibus suis corredis pro sequendo et furniendo dictam ambassiatam, non obstantibus vi ponentibus in contrarium.

Marcolus de Zirena, Giue Pauli de Gondola, Maroe filius Clementis de Goze, dati fuerunt tutores heredi Marini Junii de Uolcasso, in minori consilio sono campane etc.

Die xx dicti mensis. Lucas de Gambe, facit manifeste, quod ipse promittit et se obligat nobili et potenti viro domino Leonardo Mozenico honorabili comiti ragusino in suo minori consilio, sono campane more solito congregato de conducendo seu conduci faciendo de Apulea omnibus suis expensis et eius risicho et fortuna maris et gentis, mille staria frumenti paulo plus et paulo minus in isto presenti viagio quod facere intendit in Apuleam modo ad presens Bogoe Grapa in Apulea, quod si non aducerit cadat communi de gross. iii pro quolibet (stario) quod non aducerit, et de toto frumento quod aducerit commune teneatur sibi dare follar. xii de stario quolibet; qui assignavit die x julii staria dccc xviiii frumenti.

Die ultimo junii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, quod quelibet servitialis, que teneretur ab hodie in antea servire alicui persone, ad mensem vel ad annum unum sive ad plures annos non possit vel debeat secedere a servitio suo donec compleverit terminum sue servitutis sub pena yp̄p̄ quinque, illi qui auffugerent ante terminum sue servitutis. Et quod nulla persona possit vel debeat illam receptare sub dicta pena. Et nichilominus teneatur, illa que auffugerit reverti ad serviendum patrone cui auffugerit usque ad complementum termini sue servitutis. Et quod patronus et patrona, ubi patronus et patrona essent, habeant credenciam servitutis unius anni et non plus, dummodo ipse patronus et patrona debeant firmare per sacramentum, quantum servire tenetur; sed si patronus et patrona non essent, sed tantum patronus solus vel patrona sola esset, tunc patronus vel patrona que reperiretur teneant firmare per sacramentum, quantum tempus deficeret ad serviendum, et credatur ei de uno anno et non plus; sed ab uno anno ultra probatio fiat, aut per publicum instrumentum vel ydoneas testificationes, alias non valeat.[1]

Die primo julii. (mcccxlvi). In minori consilio redita fuit ratio per Junium de Chalichio et Nifficum de Gondola, ambassiatores ad dominum imperatorem, restat dare et reffundere commune dictis ambassiatoribus yp̄p̄ clxxi gross. iii, verum quod omnes massarie et arnesia communis, que sunt apud dictos ambassiatores debent vendi et dare, qui capientur de illis debent ablati de dicta summa.

Die xiiii julii. Andreas de Bodaza, Giue Pauli de Gondola, Michael Lucari de Bona, officiales electi in minori consilio super naulizando et scribendo et dando ordinem conduris ituris Venetias et inde redituris.

Die xxi julii. Vrsus de Sorego, simul cum Nicola de Zauernico, Gego? Vitalis de Petagna, June de Caboga, dati fuerunt tutores heredibus Dame de Bucigalo.

---

[1]) In margine: Anno domini mcccxlvi indict. xiiii die primo julii bapnitum fuit per Laurencium preconem communis.

Die xxii julii. In minori consilio, sono campane ut moris est congregato, captum fuit, quod de bonis condam Demetrii aurificis, tutores heredum dicti Demetrii dare debeant omni anno Rade condam uxori dicti Demetrii pro victu et vestitu, affictu domus et pro omnibus necessariis ad vitam dicte Rade, filie sue et famule et baiule, et pro omnibus aliis necessariis rebus ad ipsos et quoslibet eorum spectantibus omni anno yp̄p̄ xl, de bonis dicti Demetrii.

In consilio rogatorum, in quo interfuerunt xxxiiii consiliarii captum fuit per omnes, nemine discordante, quod Vglesse barono huius contrate noviter misso a domino imperatore pro confirmanda et captanda benivolentia cum ipso, et ut habeat causam bene vivendi cum terra, de avere communis detur et donetur eidem usque florenos seu ducatos l prout videbitur domino comiti et suo minori consilio.

Die xxiiii julii. In minori consilio, sono campane ut moris est, Marcolus de Zirena tutor Giore de Giorgio condam filii Pasque ad petitionem et instantiam dicti Giore petentis et consentientis absolutus fuit a dicta tutoria, liberans dictus Giore dictum Marcolum pro preterito tempore et futuro, ab omni et toto eo, quod dicto Marcolo petere posset occasione dicte tutorie.

Die xxv julii. Nicola de Uolzo, Stepe de Zauligo, Radomil fra de Priboe, dati fuerunt tutores heredibus Marini Bradus in minori consilio.

Die ultimo julii. In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lxxviiii captum fuit et deliberatum per lxviiii ipsorum quod detur domino comiti et suo minori consilio plena et generalis libertas furniendi civitatem de blado per omnem viam et modum et de quibuscumque partibus prout eis videbitur et placuerit et constituere super hoc unum et plures sindicos et ambassiatores ad quascunque partes cum illa commissione et sindicatu, quem et quam eis videbitur dare et comittere. Insuper in dicto consilio data fuit libertas ad plenum dicto domino comiti et suo minori consilio imponere ad presens improntum unum generale seu particulare in multis seu in illis personis, quibus eidem domino comiti videbitur ocasione dicti bladi emendi. Et pro adimplendo predicta omnia et quodlibet predictorum possit dictus dominus comes cum suo minori consilio expendere de avere communis quantum eis videbitur et placuerit.

Lucas de Gambe promisit et se obligavit nobili et potenti viro domino Leonardo Mozenico honorabili comiti ragusino et suo minori consilio, recipienti vice et nomine communis Ragusii de conducendo et conduci faciendo Ragusium eius expensis propriis et ruschio eius et fortuna maris et gentis staria mm frumenti hoc videlicet modo: staria m frumenti modo ad presens cum navigio quod mittere intendebat in Apuliam, et staria m per medium mensem septembris de novo videlicet dicta mille staria, ultimum hoc sane intelligendo absque iusto dei et dominationis impedimento, pro quo quidem frumento conducto et assignato in Ragusio habere debeat a communi fol. xx pro quolibet stario, quod

quidem frumentum si non aducetur cadat causa de gross. III pro quolibet stario. Et si tracta de Apulia isto presenti viagio non esset de frumento, sed esset tracta solum de fabis et ordeo, quod ipse teneatur sub dicta pena ducere in isto presenti viago fabas et ordeum cuicumque ipsius, et debet habere a communi pro quolibet stario fabarum et ordei conducto in Ragusium fol. XII, et si usque ad ultimum terminum non conduceretur tracta frumenti, teneatur conducere sub pena superius obligata, et cum eodem premio de facto specificato.

In maiori consilio sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuernnt LXXVIIII consiliarii captum fuit et firmatum per LXXV ipsorum, quod ad presens mittatur unus nobilis homo de Ragusio, ambassiator ad dominum banum Bossine cum illa commissione et expensis persone sue et sui sallarii prout videbitur domino comiti et suo minori consilio.

In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXXVIIII consiliarii captum fuit et firmatum per LXXVIII ipsorum, quod mittatur custodia quando domino comiti et suo maiori consilio videbitur ad Brennum, Zonchetum et ad Malfum, quot et sicud eis videbitur et quod soldum dicte custodie solvatur et extraatur, unde et sicud domino comiti videbitur et suo minori consilio.

In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXXVIIII consiliarii captum fuit et delliberatum, ipsorum nemine discordante, quod detur libertas domino comiti et suo minori consilio providere et ordinare viam et modum quod arma, sertia et tata massaria communis, insuper navigia galee communis, coreda ipsorum conserventur. Et totum illud, quod per dominum comitem et dictum eius consilium ordinatum provisum erit ad utilitatem communis in conservatione predictorum et cuiuslibet eorum sit stabile ratum et firmum et in statuto ponatur et pro statuto habeatur.

DIE PRIMO JULII (AUGUSTI). Martinussius de Menze, Petrus de Ranina, Marcolus Zirena, Giue Pauli de Gondola, Giue Nale de Zirena, officiales electi per dominum comitem et suum minorem consilium ad imponendum unum improntum, prout infra in sequenti reformatione continetur.

In minori consilio captum fuit virtute et autoritate concessa domino comiti et dicto suo minori consilio a maiori et generali consilio, sub anno domini, indictione, predictis, die ultimo mensis julii, quod per supradictos officiales inponatur unum inprontum yp̄p̄ quinque millium, in centum quinquaginta personis, de quibus denariis extrahi debeant tantum quantum residuum primi impronti, quod est penes commune et satisfacere illis qui debent recipere dictum residuum.

Lauriza de Bodazza, Cerne de Grede, officiales ad exigendum in Brenno et in Zoncheto denarios illos qui solvi debent custodibus dictorum locorum Brenni et Zoncheti.

Nico de Zauernico et Mathe de Ribiza, officiales ad exigendum in Vmbla et Malfo et in aliis suis pertinentiis denarios illos solvendos custodibus dictorum locorum.

DIE TERCIO AUGUSTI. In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, in quo interfuerunt LXXIII consiliarii, captum fuit et firmatum per LII ipsorum, quod cum hoc esset quod capita sexteriorum que omni mense eligebantur ad custodiam civitatis nullius fructus et nullius utilitatis erant ad dictam custodiam, captum fuit quod capita sexteriorum de cetero non eligantur ad dictam custodiam.

In dicto maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, posite fuerunt partes una de confirmando magistrum Nicolaum minorem physicum de Padua cum sallario et pactis quibus stetit anno preterito, et alia de non confirmando illum, et capta fuit pars de confirmando eum cum salario et pactis quibus stetit anno preterito, uno solummodo discordante.

Item in dicto consilio captum fuit per LII consiliarios dicti consilii, quod dictus magister Nicolaus sit confirmatus ad dictum salarium pro duobus annis sequentibus, sallario, pactis et conditionibus consvetis.

In dicto maiori consilio, posite fuerunt due partes una de confirmando magistrum Felem protomagistrum arsenatis ad salarium communis, et alia pars fuit de non confirmando eum per XLV dicti consilii.

In dicto maiori consilio per LXXI consiliarios dicti consilii, magister Remerius fuit confirmatus ad sallarium communis pro uno anno cum salario, pactis et conditionibus, quibus stetit anno preterito.

In maiori consilio sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXXIII consiliarii captum fuit et deliberatum per LII ipsorum quod statutum doane maioris, qui loquitur, quod quicumque emerit chasale, vineam vel vineale vel terram seu aliquam possessionem stabilem, debeat solvere doane ad rationem yp̄p̄ duorum pro quolibet centenario de yp̄p̄, et ad cessandum omne litigium et questionem, que ex dicto statuto oriri posset, intelligatur hoc modo, videlicet: quod emptor non teneatur solvere doanam de aliqua possessione stabili, nisi quando possessio fuerit banita et proclamata.

DIE QUINTO DICTI MENSIS AUGUSTI. In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXXXVI consiliarii, posite fuerunt due partes, prima fuit de confirmando officium illorum officialium qui sunt deputati ad custodiam vini forasterii et vini Ponte et Stagni, et alia pars fuit de non confirmando dictum officium. Et captum fuit per LXIIII ipsorum consiliariorum de confirmando dictum officium hinc ad unum annum, cum auctoritate baylia et penis illis, quibus reformatum fuit anno preterito.

Item in dicto maiori consilio posite fuerunt due partes, prima de dando cuilibet dictorum trium officialium pro uno anno pro salario dicti sui officii yp̄p̄ XX, secunda pars fuit de dando dictis officialibus pro eorum sallario tantum, quantum habuerunt anno preterito. Et captum fuit per LXIIII ipsorum de dando dictis officialibus sallarium quantum habuerunt anno preterito.

Nicola de Zauernico, Lauriza de Uolcaso, Maroe condam Junii de Menze, Uita de Zerina loco Maroe die II septembris, Mate de Ribiza

loco Laurize die xxvi januarii, Giue de Teudisio, die xii septembris, electi fuerunt officiales ad suprascripta omnia facienda.

In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxxvi consiliarii captum fuit et firmatum eorum nemine discordante, quod cum hoc sit quod furtivo modo sartia illa cum qua erat ligata et firmata catena portus ad capud moli, ablata sit per aliquem seu aliquos iniquos homines in magnum periculum et preiudicium civitatis, quod domino comiti et suo minori consilio detur plena libertas expendendi de avere communis quantum eis videbitur pro inquirendo dictum maleficium et furtum cum omni via et modo, quibus eis videbitur et placuerit.

Die vi augusti. Angelus de Lutizia, Nicola de Zauernico, Biele uxor condam Luce de Lunardo, in minori consilio sono campane more solito congregato, dati fuerunt tutores filio et heredi dicto condam Luze de Lunardo, et iuraverunt etc.

Die vii augusti. Pasqua de Chin, in consilio super armata contra Jadram factus fuit supracomitus galee, que itura est pro communi ad dictum exercitum, qui habere debet pro suo salario yp̄p̄ xxx et tenetur habere et tenere unum famulum etatis xviii annorum et non maioris etatis.

Petrus de Bucignolo, Maron de Zirena, Lauriza de Bodaza, in dicto consilio electi fuerunt exactores denariorum qui solvi debent pro presenti armata.

Vita de Zeria, Petrus de Picurario, Lucas de Gambe, electi fuerunt in dicto consilio ad faciendum fieri biscotum dicte armate.

Vinice de Bucignolo, Maroe Nicole de Goze, electi fuerunt in dicto consilio ad faciendum actari galeam que itura est ad dictam armatam.

Die xii augusti. Marinus de Volzo, Gabriellus de Gleda, in consilio supra armatum electi fuerunt ad scribendum homines insularum, (qui) ire debent ad dictam armatam.

Giue de Crancha, Mico de Bona, ad scribendum homines, Malā, Vmbole, Grauosii.

Nale de Progolo, Vrsius de Zamago, per Brennum et Zonchetum.

Pasche de Resti in minori consilio, sono campane more solito congregato, electus fuit capitaneus quatuor condurarum, que presentialiter iture sunt Venetias cum ordine et commissione que sibi data fuerit cum salario yp̄p̄ xl, videlicet yp̄p̄ x pro qualibet condura.

in minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, quod omnes ille persone, que fecerunt scribi aliquas mercationes pro mittendo cum dictis conduris Venetias, die sabati sequentis proxime debeant illas honerasse et misisse in conduris, et que non honerasset et misisset illas in conduras solvetur vacuum pro pleno. Banitum fuit per Laurentium. Item captum fuit et firmatum, quod condure predicte debeant secedere de Ragusio die lune xxi augusti per totam diem et sequi viagium eorum.

Die octavo mensis augusti. In minori consilio, sono campane ut moris est congregato, virtute et auctoritate ei data et concessa a maiori et generali consilio, ut continetur in actis cancellarie in presenti libro reformationum anno predicto, die quinto dicti mensis augusti, captum et firmatum fuit dicti minoris consilii nemine discordante: quod si de cetero sertia et cetera coredia ad navigium pertinentia, que sunt de arsenate et cammera communis, alicui persone mutuabuntur, et si corazie, pauesi, lancie, baliste, falsatores et cetere alie arme que sunt de cammera communis; insuper et cetere massarie et omnia alia arnesia communis ubicumque existentia, alicui persone de cetero mutuabantur, una vel plures, ille cui aliqua de supradictis rebus mutuata fuerit teneatur et debeat illam restituere communi novam, et non illam eandem quam accepit mutuo a communi. Et pro cautela et securitate communis, ille talis, qui voluerit aliquod de supradictis rebus accipere mutuo a communi, primo teneatur et debeat deponere penes supramassarios communis pignus auri seu argenti, quod valeat ultra illam rem quam petit a communi mutuo. Et dominus comes et eius parvum consilium presens qui pro tempora fuerit aliquam de supradictis rebus alicui persone cuiuscumque conditionis et status existat modo aliquo vel ingenio muttuare non possit nisi cum conditionibus supradictis. Insuper captum fuit in dicto minori consilio autoritate qua supra, quod de cetero, galee, ligna seu aliquod navigium communis modo aliquo vel ingenio alicui persone cuiuscumque conditionis et status existat mutuari non possit per dominum comitem neque per suum parvum consilium nisi cum auctoritate maioris partis maioris consilii, salvo quod vasi, palance, tauiole possint mutuari pro varando et trahendo in terram navigia, non obstantibus conditionibus supradictis.

Die xi augusti. In minori consilio etc. data et concessa fuit auctoritas, Giue de Teudisio et Mico Lucari de Bona tutoribus heredum Petri de Teudisio posse se concordare et convenire cum Pasqua condam Marini de Sessa de certis terris ecclesie sancti Petri de Callamota, et quod totum illud concordium, quod de dictis terris fecerint inter se de dictis terris sit firmum et ratum.

Die xiiii dicti mensis. In consilio rogatorum, captum fuit quod presbiter . . . . arbanensis pro isto presenti anno habere debeat a communi yp̄p̄ xx, et teneatur officiare continue ecclesiam monasterii Stagni; et ab isto anno in antea, nichil habere debet a communi nisi usumfructum vinee communis, que est apud dictum monasterium, que quidem provisio et reformatio durare debet plus uno anno et minus ad voluntatem dicti consilii rogatorum.

Die xvi augusti. In minori consilio, sono campane ut moris est, captum fuit, quod debenti videlicet habere a communi pro furmento conducto Ragusium omni mense dentur et solvantur de doana communis yp̄p̄ l, dividendos inter eos, prout cuilibet eorum contingit pro rata. Item captum fuit in dicto minori consilio, quod omnes illi qui integraliter non conduxerunt furmentum illud quod promiserunt

communi, cadant ad penam de gross. tribus pro quolibet stario non conducto, secundum tenorem reformationis, salvo quod ille cui deficiunt solummodo staria tria non conducta et non plus, pro pena nichil solvere teneatur.

Die xvii augusti. In consilio rogatorum, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxi consiliarii, captum fuit et firmatum quod cum hic esset Radoslaus Nenadich, Dobroslaus Nenadich et Branco eorum frater, qui propter transgressionem et inobedientiam erant interdicti, ne venirent in Stagnum et per totam pontam Stagni; et ad presens omnes tres predicti reperti sunt habitare cum eorum familiis in Terstenica, loco dicto Grigirina, sine licentia et contra mandatum dominationis, ydeoque captum fuit per xviiii eorum, quod si de cetero predicti de Nenadich vel aliquis eorum iverit vel intraverit in Stagnum, vel per totam pontam Stagni eruantur ei ambo oculi, non obstantibus xii ballotis positis eruantur illi eorum qui contrafecerit unus oculus et amputetur una manus.

Item captum fuit in dicto consilio rogatorum, quod quicumque de cetero aliquem predictorum de Nenadich receptaverit in Stagno vel ponta Stagni, cadat ad penam communis Ragusii yp̃p̃ quinquaginta.

Item captum fuit in dicto consilio rogatorum, quod Vinice de Callamota possit cum suo barcusio honerato mercationibus veneticis cum presentibus iiii conduris, verum quod condure prefate non teneantur ad conservam dicti barcusii, neque ad aliquod dampnum vel sinistrum quod eveniret dicto barcusio in dicto viagio, et quod dictum barchusium cum toto suo honere vadat ad dictum suum viagium, et revertatur proprio risico et fortuna dicti barcusii et merchationum suarum.

Die xviii mensis augusti. Per nobilem et potentem virum dominum Leonardum Mozenicum honorabilem comitem ragusinum et suum minus consilium sono campane more solito congregato concessa fuit licentia Symonetto de Ferno posse extrahere de civitate Ragusii quantum aliorum productorum per eum, in civitate Ragusii sine pena et banno et possit aliud navigare ad quascumque partes sibi placuerit.

Die xxii dicti mensis augusti. In minori consilio, sono campane ut moris est congregato, captum fuit et firmatum eorum nemine discordante, quod denarii impronti, quod ad presens factum est occasione emendi bladum pro commodo et necessitate tocius civitatis pro nulla causa vel necessitate communis possint expendi, alienari vel obligari neque pars eorum neque de manibus supramassariorum dictorum denariorum et bladi deputatorum extrahi, nisi causa bladi emendi pro communi. Et quod dominus comes et suum parvum consilium partem aliquam de intromittendo, expendendo, obligando vel de allienando seu mutuando de dictis denariis et blado communis ponere non possit nisi causa emendi bladum pro comodo et necessitate civitatis, vel pro aliis causis necessariis et utilibus ad dictum bladum emendum.

Marinus Junii de Sorego Andreas de Bodaza, Giue Pauli de Gondola, officialles et supramassarii in minori consilio electi ad exi-

gendum, conservandum denarios et rationem de denariorum dicti impronti, et ad conservandum dictum bladum et retinendum rationem bladi communis.

Pasqua de Goze in maiori consilio sono campane ut moris est congregato, electus fuit et confirmatus comes Stagni, cum sallario, famillia et aliis conditionibus quibus electus et factus fuit predecesso(r) eius Giue de Bona. Cuius regimen durare debet a die qua recedit de Ragusio ad dictum regimen usque ad sex menses subsequentes, qui Pasqua iuravit etc. — Et secessit de Ragusio ad eundum ad dictum suum regimen exercendum die xv octubris.

Die ultimo augusti. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum de eligendo unum sindicum et ambassiatorem, qui ire debeat cum sindicatu et cum commissione que sibi dabitur per dominum comitem et suum minus consilium, qui sindicus ire debeat ad Zamblacum pro emendo furmentum pro communi usque in stariis quinque mille et posset expendere usque gross. xx in stario . . . . et ab inde infra sicut melius poterit, et possit expendere de denariis communis pro habendo gratiam a Samblaco usque yp̄p̄ . . . si haberet gratiam extrahendi staria quique millia vel quatuor millia sive tria millia furmenti, qui debeat rescribere de presenti per barcam ante quam iverit quidquid facere potest et expectare responsionem. Et debet habere pro suo salario itineris et omnium expensarum cum uno famulo yp̄p̄ xx in mense primo, et postea si staret plus uno mense primo yp̄p̄ xl in mense et naulum barche itineris et reversionis persone sue et famuli. Clime de Gleya electus sindicus et decessit die vi septembris.

Item in eodem consilio minori captum fuit, quod scribantur littere Vite de Ghetaldo, qui est in numero pro emendo frumentum pro communi, quod ubi dicit in commissione sua, quod possit emere frumentum in gross. xiiii starium et non plus, dicat usque ad xviii dummodo primum emat totum frumentum quod habere potest tam a doaneriis quam ab aliis personis, que haberent frumentum ad vendendum, pro quanti potest meliori precio a gross. xviii infra; et facta emptione debeat dare linquam tam soluus? quam aliis quod quicum que vult adu. cere furmentum vadit ad eum, quod ipse accipiet pro gross. xviii star-

Item captum fuit in dicto minori consilio, quod scribantur littere amicabiles no(bili) d(omino) Buchia, quod cum terra ragusina habeat indigentiam certa quantitate frumenti et possit habere ipsum furmentum de Sycilia et de aliis partibus, sed quia Slauonia est propinquior vellet potius dominus comes de partibus Sclauonie ita, quod confidens de sollicitudine et de bonitate ipsius Nicole mittatur rogando, quod si posset facere, quod commune haberet usque staria quinque millia furmenti et quantum posset in vendit . . . faciat scienter, quod dominus comes et eius consilium multum habebit acceptum. Et similiter scribantur littere Mico de Binciola et Marco de Benessa, quod vadant ad dictum Nicolum de Buchia et orentur de parte nostra et sollicitent de venditione dicti furmenti et quod possint facere mercatum et emere dictum furmentum a xx gross. infra seu sicud melius poterit et quod de expensis quas ipsi facient pro eundo ad N. de Buchia pro dicto negotio pro equis et fa-

nulis itineris et reversionis providebit dominus comes et consilium sicut videbitur expedire.

Die [illegible]. Stepe de Zaniiego in minori consilio electus fuit sindicus communis ad eundum usque ad Zambiascum ad faciendum comparam furmitam pro communi, ut supra. Qui Stepe recusavit ire, et ydeo fuit condempnatus secundum formam statuti.

Die xiii septembris. In minori consilio, sono campane et moris est congregato, captum fuit et firmatum, quod totum illud furmentum quod amodo in antea per quamcumque personam conductum erit Ragusium, sive fuerit modicum sive multum, sive fuerit conductum pro veniendo vel non veniendo, quoquo modo conductum erit, totum devenire debeat in fundacum communis, et inde debeat extrahi ad beneplacitum et voluntatem domini comitis et sui minoris consilii; et capta fuit hec pars dicti consilii nemine discordante.

In dicto minori consilio per omnes consiliarios eiusdem consilii data fuit libertas et auctoritas domino comiti posse dare cuilibet persone volenti conducere furmentum Ragusium, gross. unum de avere communis pro quolibet stario usque ad illam quantitatem, que domino comiti videbitur.

Die xvi septembris. Laurentius preco communis, retulit se de mandato domini comitis gridasse in locis sollitis, quod nulla persona audeat vel presumat receptare in domum suam vel in suum navigium, vel conducere illam per mare vel per terram Terdonam famulam Bachie, uxoris Maroe de Dersa que auffugit ab ea non completo termino servitutis, quem tenebatur servire Michaeli de Dersa, pena ad voluntatem domini comitis.

Die xvii septembris. Giure de Cahoga, Giue Pauli de Gondola, in minori consilio electi fuerunt officiales ad exigendum denarios furmenti communis et ad dividendum dictos denarios illis personis qui fecerunt imprentam dicti furmenti. Factum dictum improntum tempore domini Badulini Dalphyno.

Die xviii dicti mensis. Mathe Junii de Menze, Lauriza filius Stepe de Sorco, Maroe, filius condam Clementis de Goze, electi fuerunt officiales ad videndum quanta mercantia est in Ragusio pro mittendo Venetias et quante condure possunt honerari.

Giue de Teudisio, Petrus de Bucigalo, Nico de Zauernico, officiales ad conservandum bladum et totum furmentum fundaci et civitatis, et ad dandum illum per zedulas secundum quod videbitur domino comiti et suo minori consilio.

Nissa de Saracha, Niffieus de Galozo, in sesterio Marie.

Petragna Helie de Bonda, Sime Slaui de Rasti, in sesterio s. Petri.

Climce de Dersa, Giue de Buyslaua, in sesterio castelli.

Maroe Nicole de Menze, Maroinze Pasque de Goze, in sesterio sancti Blasii.

Giue de Siorenco, Stepe de Giugo de Menze in sesterio sancti Nicole. Andreas de Petraga, Giue Nicole de Gondola, pusterla.

Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, indictione [x]iiii, die xxiii septembris. In minori consilio, sono campane more [s]olito congregato, facta ratione cum Marino condam Lucari de Bona, de [o]mni et toto eo, quod debet habere et recipere a communi Ragusii de [q]uoddam debito yp̄p̄ dcc, quos Marinus predictus recipere et habere debeat [a] communi predicto, ut apparet sub publico instrumento scripto manu [I]ohannis de Finis jurati notarii communis in anno domini millesimo cccxlii, [i]ndictione x, die xxvii mensis julii, computato profictu et capitali restat [h]abere et recipere dictus Marinus tam pro profictu quam pro capitali [p]ro dicto instrumento a communi ragusino libr. xxxvii sol. x gross. de [q]uibus libr. xxxvii, dictus Marinus missus fuit in pagamentum de doana [m]aiori videlicet a medio mense octubris proxime venturi in antea reci[p]ere debeat de dicta doana yp̄p̄ centum omni mense usque completam [s]olutionem dictarum librarum xxxvii et dimidium, et quod nullum aliud [i]mpedimentum debeat ei auffere dictam solutionem yp̄p̄ centum omni [m]ense donec fuerit integre persoluta. Verum si Giue de Matheo Georgii [v]el Symon de Binciola aut alia persona monstraret aliquo futuro tempore, [q]uod dictus Marinus receperit aliquod de dictis denariis, quod ipse pro[m]isit restituere communis sine inductione et questione, quibus omnibus [M]arinus predictus contentus.

De qua quidem scriptura et omnibus que continentur in ea, dictus [M]arinus dedit totam suam potestatem, auctoritatem et baliam d. Mico [f]ratri suo ut possit petere illos omnes denarios supradictos, accipere et [r]ecipere et facere omne velle suum ut de propria re proprie, et renun[c]iavit omni juri sibi competenti et in manibus et potestate ipsius Michi [n]ichil juris iuste dictus Marinus occasione dicte scripture reservans.

Die xxviii septembris. De mandato domini comitis et sui minoris [c]onsilii, incantata fuit pluribus diebus per civitatem gabella vini per [L]aurentium preconem communis, et quia non inveniebatur qui plus vellet [d]are, data et deliberata fuit per dominum comitem et suum parvum [c]onsilium in publica contione sono campane ut moris est congregata, Giue [f]ilio Junii de Giorgio pro duo millia et sexaginta yp̄p̄, pactis et conditio[n]ibus consvetis, pro uno anno sequenti, qui annus incipit....

Et Junius de Giorgio, pater dicti Giue, fideiussit pro dicto Giue em[p]tore dicte gabelle.

In consilio rogatorum posite fuerunt due partes, prima de [a]rmando unum de lignis Stagni, illud videlicet, quod videbitur domino [c]omiti et suo minori consilio pro mittendo sindicos pro furmento et blado, [e]t altera fuit de mittendo conduram; et capta fuit prima pars videlicet [d]e armando lignum unum de Stagno cum sindico vel sindicis pro fur[m]ento et blado inquirendo et emendo omni via et modo quo haberi [p]otest, non obstantibus ballotis positis in contrarium.

Sauinus de Bonda et Matheus de Ribiza in minori consilio [e]lecti fuerunt sindici pro emendo furmento, qui iuraverunt etc.

Die xxviii septembris. Giue de Uillano, in minori consilio [e]lectus fuit comes Malfi cum suis pertinentiis, qui iuravit etc.

Dime de Maschaga et Petrus de Procurario in minori consilio electi fuerunt ad eundum per omnes insulas ad videndum et perscrutandum omnes illos qui indigent furmento videlicet illos, qui nichil habent furmenti in domo, et dare cuilibet sacramentum, et omnes illos quos invenerint non habere furmentum neque bladum aliquod in domo, debeant scribere in cedulis et dare illos in scriptis domino comiti.

Et per similem modum et viam in dicto minori consilio electi fuerunt: Mathias de Ribiza et Ruscho de Dersa ad scribendum illos de astaria modo quo supra, facere tenentur dicti Dime et Petrus.

Die xxviii septembris. Mathe de Ribiza scribsit sindicos de Ragusio cum sallario yp̄p̄ xxv in mense sicud Saue.

Die ultimo septembris. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxiii consiliarii, captum fuit et firmatum per lxi ipsorum, de dando plenam et liberam potestatem, auctoritatem et baliam domino comiti et suo minori consilio, de providendo omni via et modo, quibus eis placuerit habere frumentum et blauum pro communi et de mittendo unum et plures sindicos ad quaslibet partes cum illo sindicatu et sindicatis, commissione et commissionibus, quibus eis placuerit, et expendendo de avere communis et obligando commune et homines Ragusii pro dicto frumento et blauo habendo prout et sicud eis videbitur et placuerit, et generaliter prout et sicud possent facere in omnibus et per omnia dictus comes cum suo maiori et generali consilio.

Item in eodem consilio maiori captum fuit et firmatum per omnes de dicto maiori consilio, sono campane more solito congregato, nullo breviter discrepante, de dando plenam et liberam potestatem, auctoritatem et baliam incantari doanam magnam et illam deliberare plus danti, sicud dicto domino comiti et suo minori consilio videbitur et placuerit.

In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, quod quilibet de maiori consilio, qui venerit ad maius consilium, quando sonabit, debeat stare in maiori consilio donec fuerit completum, nec secedere inde sine licentia domini comitis sub pena gross. xii pro quolibet contrafaciente; et hoc nunptiatum fuit in maiori consilio suprascripto.

Die primo octubris. Nicola de Menze electus et factus fuit tesaurerius sancte Marie in maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, qui iuravit etc.

Die iiii dicti mensis. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxii consiliarii, captum fuit et firmatum per xxviii ipsorum consiliariorum, quod ad presens ad instanciam domini Petri . . . castellani . . . qui vult ire Venetias cum sua familia, de faciendo sibi gratiam, quod ipse possit naulizare conduram Luche de Gambe et illam honerare illis mercationibus quibus poterit et sibi videbitur ad beneplacitum suum, non obstante

reformatione pridie facta, quod condure iture Venetias non possint esse minus III in conserva.

DIE XI OCTUBRIS. In minori consilio, sono campane more solito congregato, Saue de Bonda, Maroie Pasqua de Goze, Mathe Junii de Menze, fuerunt electi ad scribendum omnes mercationes et res que mittentur Venetias per gonduras nuper eundas, singulariter et distincte.

In minori consilio, sono campane more solito congregato, dominus Nicola arbanensis electus fuit presbiter monasterii ecclesie Stagni, qui habere debet a communi pro primo anno yp̄p̄ XXX pro aiutorio laborerii vinee, que est apud ipsum monasterium, et postmodum habere debet a communi annuatim donec ibi steterit yp̄p̄ X et reditum et introitum vinee ipsius prope monasterium, qui iuravit etc.; et hoc intelligatur esse in vita ipsius domini Georgii, nisi eius defectu et culpa dominatio vellet ipsum pellere, quod facere posset.

DIE XV OCTUBRIS. Pasqua de Goze comes Stagni ivit ad suum regimen die predicta.

DIE XVIII OCTUBRIS. In minori consilio, sono campane more solito congregato, ex balia et auctoritate eis attributa et data a maiori et generali consilio dicte civitatis captum fuit et firmatum, quod quelibet persona que aduxerit frumentum et blauum Ragusium hinc ad duos menses proxime venturos, possit illud aducere libere et secure, et quod nullus debitor vel creditor tam specialis quam commune quacumque de causa posset illud vel dare, inde exactos auffere, scasserare, contradicere vel occupare ullo tempore aliquo modo vel ingenio usque quod fuerit venditum illud frumentum.

DIE XXVI OCTUBRIS. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, quod cum ser Paulus Quirino de Venetiis presentasset quandam litteram sclauonescam pro parte domini imperatoris Sclauonie eidem domino comiti et suo minori consilio, in qua quidem littera inter cetera continetur, quod yp̄p̄ MM, quos imperium Slauonie debet recipere a communi ragusino in festo s. Dimitrii pro tributo, dari et solvi debeant eidem ser Polo, ut de copia littere plenius continetur in isto libro scripto ante, eadem die, quod quia consvetum est venire facere dictas litteras per quemdam hominem domini imperatoris, quod si dictus ser Polus vult dictos yp̄p̄ MM, quod dentur sibi cum hac conditione, quod ipse ser Polus recipiet yp̄p̄ MM et erit fideiussor et plezus, quod si aliquid dampni vel incomodi sustinetur commune ragusinum vel aliqua specialis persona pro dictis yp̄p̄ MM, et quod infra faciet venire litteram pro parte domini imperatoris cum homine imperii, quod imperium contentatur, quod Polus receperit dictos MM yp̄p̄ et veniendo littera fides sit cassa; et si interim ser Polus Quirinus vellet ire Venetias, quod dimittat prius fidem et pagatorem in predicto pro eo[1]).

---

[1]) In msc. deletum atque additum: ANNO DOMINI MCCCXLVII, DIE XXX AUGUSTI, dominus comes cum suo minori consilio liberavit dictum

Die xxviii octubris. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt ciii consiliari, expulsis primo consilio illis, qui non potuerunt nec debuerunt interesse propter parentellam secundum formam statuti, captum fuit et firmatum, quod Prode Bissiga sit et esse debeat remanere comes Tristenize pro istis sex mensibus proxime venturis.

Die xxviii octubris. In maiori et generali consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt ciii consiliarii, captum fuit et firmatum per lxxii ipsorum consiliariorum, quod illa media pars Puncte et Stagni quam habuit in pignore Giue de Sorento ex auctoritate maioris consilii a Gugnio, filio condam Felicis de Grede sit franca et libera proprie dicti Giue, cum conditione expresse apposita, quod si dictus Junius vel alius consanguineus eius Junii, vellet illam restactare pro tanto pretio pro quanto habet illam in pignore dictus Giue possit hoc facere, hinc videlicet ad unum annum proxime venturum, et Giue teneatur illam sibi restituere. Verum si usque ad dictum terminum, ipse Junius vel alius eius consanguineus non restactaverit dictam mediam partem a dicto Giue, quod ipsa media pars remaneat et sit libera et franca ipsius Giue proprie ab omni persona; debitis vero quod dictus Giue recipere debet omnibus computatis yp̄p̄ ccc inter ambos vices, ut dixerunt.

Die penultimo octubris. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxiii consiliarii captum fuit et firmatum, quod eligant sapientes super providendo infrascriptam provisionem, ut infra denotabitur; et per xxxi ipsorum consiliariorum capta fuit pars de eligendo.

Item in eodem consilio rogatorum posite fuerunt due partes, prima videlicet de eligendo sex sapientes apud dominum comitem ad infrascripta exequenda, secunda de eligendo sex supra cum domino comite et cum minori consilio ad exequenda infrascripta, et capta fuit pars per xxii, quod debeant eligi vi sapientes cum domino comite solo et non cum minori consilio.

Item in eodem rogatorum consilio, captum fuit et firmatum per omnes nullo breviter discrepante, quod dominus comes cum vi sapientibus eligendis habeant plenam, liberam potestatem, auctoritatem et baliam posse inquirere generaliter et investigare et mandare, mittere penam et penas et condempnationes omnibus illis personis, que eis videbitur condempnandos, et executioni mandare et expendere de avere communiš quod eis videbitur et placuerit pro executione mandandi omnia predicta. Et quod omnes sex qui fuerunt electi sapientes debeant esse simul ad conveniendum et tractandum super dicto negotio omni tercia

---

Paulum a dicta plezaria, eo quod imperium misit per unum suum hominem Pulco, litteras domino comiti et dicto consilio qualiter imperium erat contentum et vocabat se solutum dicto tributo, quod reddidit dictus Paulus; et propterea dictus dominus comes cum suo minori consilio, mandavit mihi Simoni cancellario dictam plezariam cassari.

die semel ad omne mandatum et requisitionem domini comitis sub pena et ad penam yp̄p̄ v pro quolibet et qualibet vice qua quilibet non esset, et quod ad festum s. Martini proximum debeant deliberasse et terminasse istud negotium sub pena yp̄p̄ xxv pro quolibet ipsorum vi videlicet: ser. Petrus de Ragnina, ser. Paulus de Gondola, ser. Symon de Benessa, ser. Giue de Teduisio, ser. Simon de Binciola, ser Matheus Juni de Menze officiales electi ad predicta, juraverunt etc.[1]).

Die primo novembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt capitanei mensis novembris Giue de Cranca, Micus de Luca, Fuscus de Binciola, Jache de Gondola.

Item in dicto minori consilio, Andreas de Lucaro, capitaneus condurarum, que iture sunt nuper Venetias cum salario yp̄p̄ l pro toto viagio itineris et reversionis.

Die iii novembris. Per dominum comitem Giue de Cranca supracomitus galee iture nuper Jadram cum salario yp̄p̄ xxx in duobus mensibus, qui iuravit etc.

Item: Mathe Junii de Menze, Giue de Bona et Saue de Bonda reconllectores pecunie pro soldizando homines dicte galee et soldizandum.

Vita de Zerina et Petrus de Picurero super faciendam panaticam.

Nicola de Zauernico et Petragna Sauini de Bonda ad insulas in Zuppana xxx, Calafot xii, Calamot x.

Mathias de Ribiza et Vrsus de Zamagno, Malfa vii, Gravosium v, Umbla viii.

Mathe de Menzio de Menzio, Vitticus de Babalio, Brennum, sub Brennum, Molina x, Junchetum v.

---

[1]) Die x novembris. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliarii xxx captum fuit et firmatum per xxviii ipsorum consiliariorum, prorogando terminum predictum domino comiti et suo minori consilio non obstante reformatione suprascripta. Item captum fuit in eodem rogatorum consilio de prorogando terminum x dierum per xxi non obstantibus viiii volentibus prorogari per totum presentem mensem novembris.

Die secundo novembris. Ex parte domini comitis et sex sapientum suprascriptorum misse fuerunt littere Vrsatio de Bona et Clime de Dersa, precipiendo eis, quod sub pena yp̄p̄ mille pro quolibet ipsorum et plus ad voluntatem dicti domini comitis et dictorum sapientum, quod a die comparere debeant personaliter et coram eis se presentare in Ragusio et ad hoc ut predicti nullam habeant causam se excusandi de non obedire mandatis domini comitis et predictorum sapientum, notificatum fuit eis quod dominus comes et predicti sapientes facient sibi dari fidem plenam creditoribus eisdem, ita quod occasione credito et secure possint venire.

Dicta die misse fuerunt littere Vite de Ghetaldo precipiendo eidem, quod de presenti receptis litteris debeat presentare litteras . . . et scribere diem presentem.

Item in civitate residuum.

Symon de Binziola, Andreas de Bodazia, Giue Poli de Gondola ad videndum, cognoscendum et decernendum illos, qui non sunt scripti ad sol. in galea et illos qui sunt etatis de sol.

Die vi novembris. Bistius de Bona constitutus ante presentiam nobilis et potentis viri, domini Leonardi Mozenico honorabilis comitis ragusini et sex sapientum videlicet: ser Petri de Ragnina, ser Pauli de Gondola, ser Simonis de Benessa, ser Giue de Teduysio, ser Symonis de Binciola et ser Mathei condam Junii de Menzio habentium baliam et auctoritatem a consilio rogatorum ad plenum, prout de dicta auctoritate et balia continetur in libro presenti, in dicto millesimo, indictione, die penultimo octubris, sponte et sua propria voluntate promisit et se et omnia sua obligavit mobilia et immobilia, presentia et futura, eidem domino comiti et dictis sex sapientibus recipientibus vice et nomine communis ragusini facere et curare sic et taliter, quod vie et strate que sunt et per quas itur ex parte bani Bossine erunt aperte, libere et franche, et quod nulla novitas insteterit nec fiet euntibus, redeuntibus et transeuntibus, transire voluntibus cum eorum salvamentis tam salis quam aliarum quarumcumque rerum modo vel ingenio contra honorem dominationis et contra franchigiam civitatis et contra consvetudines antiquatas, et que facta est noviter extolli faciet ex toto.

Cui Bistio die predicta et hora dictus dominus comes cum dictis sex sapientibus ex auctoritate et balia eis atributa et data a dicto consilio rogatorum precepit personaliter, quod sub pena librarum centum grossorum et etiam sub pena, quod ipse et heredes eius sint proprie bapniti in avere et persona de Ragusio et districtu eius, quod ipse debeat facere et curare sic et taliter, quod nulla novitas, ut dictum est supra, et promissum per eum, fiat contra antiquas constitutiones, contra honorem dominationis et franchigiam civitatis, et quod illa que ad presens fiebat tollatur ex toto. Et hec omnia debeat procurasse, terminasse et elevari fecisse usque ad unum mensem proxime venturum. Et quod etiam sub dictis penis supra specificatis dictus Bistius debeat sic et taliter ordinare, procurare et facere, quod domino comiti et communi ragusino, quod nunc est vel per tempora fuerit, vel alicui alie persone nulla littera veniat, mittatur nec destinetur a domino bano Bossine de dicto negotio, que possit in aliquo esse nociva, contraria vel motiva alicuius scandali, questionis, vel dampni vel in aliquo contrariare honori dominationis ragusine, franchigie et libertati dicti communis ragusini vel quod possit in aliquo inpedire vel contrariare precepto sibi facto et promissioni sue suprascripte. Hec autem omnia suprascripta, observare et manuteneri debere toto tempore, quo ipse Bistius cum Clime de Dersa tenuerit mercatum.

Et simile preceptum fiat Clime de Dersa, socio de dicti Bistii, per litteras transmittendo per duos nunptios, qui scripti erunt suo loco et tempore.

Die viii novembris. Bistius de Bona vice et nomine domini bani Bossine promisit et se obligavit nobili et potenti viro domino Leonardo

Mozenico honorabili comiti ragusino et suo minori consilio, sono campane more solito congregato, recipientibus vice et nomine communis ragusini, quod ipse faciet et curabit sic et taliter cum domino bano Bossine, quod ipse dominus banus mittet et mitti faciet Ragusium frumenti staria duo millia, videlicet staria mille cccc vel D modo ad presens cum ipse fuerit reversus Narentum, quo citius fieri poterit, et totum residuum usque ad festum nativitatis domini proxime venturum, ita quod tunc fuerit assignata tota supradicta quantitas frumenti, usque in summam predictorum MM stariorum frumenti, cum hac conditione, quod assignata mille cccc vel D usque in DC staria frumenti, quantum esset Ragusii pro parte domini bani Bossine, dominus comes cum suo minori consilio teneatur mutuare de pecunia communis ragusini eidem domino bano vel eius nunptio ducatos aureos sexcentos in dies VIII a die assignationis prime quantitatis frumenti, cum conditione et pacto, quod dictum frumentum vendi debeat in Ragusio in fundaco communis in duabus stazionibus, una videlicet vendatur per manus communis ragusini et alia per manus domini bani Bossine. Verumtamen commune debeat sibi solvere et satisfacere de venditione unius stazionis frumenti, donec sibi fuerit solutum et integre satisfietur de ducatis DC suprascriptis, et ab inde in antea satisfacto communi de dictis ducatis DC totum frumentum vendatur ad voluntatem et beneplacitum domini bani Bossine vel eius nunptii; et debet habere dictus dominus banus vel eius nunptius, qui aduxerat dictum frumentum, de quolibet stario frumenti conducti Ragusium usque ad dictum terminum gross. unum pro quolibet stario. Verum si dictus Bistius non fecerit et non procuraverit, quod dictus dominus banus conduxerat dictum frumentum usque ad dictum terminum, ut dictum est supra, quod ipse Vistius cadat communi de gross. tribus pro quolibet stario, quod non aduxerit usque ad dictam summam stariorum MM frumenti. Et quod dicti DC ducati, ferantur usque ad Stagnum et de Stagno usque in Trenum, quod tenet dominus banus Bossine, ruschio et fortuna communis ragusini.[1]

Blaxius de Bodazia, Dame de Gondola, Mathe condam Junii de Menze, Viticus de Goze officiales supra zeccham de consensu et libertate et etiam auctoritate domini comitis et sui minoris consilii, sono campane more solito congregato, firmaverunt et assumpserunt Marcum, filium magistri Angeli aurificis pro magistro ad faciendum ferra cunny zecche communis pro quinque annis proxime venturis cum conditione et premio

---

[1] Anno domini MCCCXLVI, indictione XIIII, die . . . decembris. Luche de Gambe fuit confessus et contentus se habuisse et recepisse et apud se habere . . . a Marino Junii de Sorco et Andrea de Petraga, massariis communis pro . . . eorum solventi ducatos sexcentos aureos vice et nomine domini bani, pro quibus ducatis predictis Luchas predictus promisit assignare dictis massariis . . . vice et nomine eius staria DCCC frumenti ex quibus die predicta commune recipere debet de venditione dicti frumenti ducatos DC aureos, et si aliquid defecerit de frumento usque ad satisfactionem ducatorum DC communis, Lucas est plezus principalis pagator, et solutis ducatis DC frumentum sit libere et francum ut supra dictum est.

quod dictus Marchus habere debeat de qualibet libra qua fiet de gross. videlicet que con(tine)bitur foll. XXII, et dictus Marcus promissit et se obligavit eisdem officialibus recipientibus pro communi ragusino servire usque ad dictum terminum et non secedere alio servicio.

DIE XIII NOVEMBRIS. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, quod Marinus Poli de Sorgo, Andreas de Petregna et Maroe Junii de Menze tutores et ministratores Marini, filii Nicole de Petragna possint obligare bona dicti Marini pro mittendo et inquirendo de dicto Marino ad quaslibet partes et habendo nova de eo, et facere omnia que dictis tutoribus videbuntur esse hutilia pro dicto et circa dictum negotium usque illam quantitatem, que eis videbitur et placuerit.

DIE XVIIII NOVEMBRIS. In minori consilio, sono campane more solito congregato, fuerunt isti salinarii: Uxor Poli de Martinussio per Marcolum de Zerena, Cate soror domini Margariti per Giuem Pauli de Gondola, Dobre de Slauze per dominum comitem, Goie et soror eius de Zauernico per Giue de Bona.

DIE PRIMO DECEMBRIS. Vole de Uolzo, Nale de Cereua, Vlacus de Resti, Slaucus de Luca in minori consilio, sono campane more solito congregato, facti fuerunt capitanei custodie de mense decembris, qui iuraverunt.

Andreas de Bodaza, Junius de Cassata, Frene uxor dicti Giue in minori consilio, sono campane more solito congregato, dati fuerunt tutores filiis et heredibus Giue de Poza.

DIE . . . . Ex parte nobilis et potentis viri domini Leonardi Mozenico honorabilis comitis ragusini, cum aditione sex sapientum, videlicet: ser Petri de Ragnina, ser Pauli de Gondola, ser Symonis de Benessa, ser Giue de Teudisio, ser Symonis de Binciola et ser Mathei condam Junii de Menze habentium baliam et auctoritatem a consilio rogatorum ad plenum, prout de dicta balia et auctoritate plenarie continetur in presenti libro in eodem millesimo et indictione die penultimo mensis octubris, misse fuerunt littere Nicole de Lucaro, Marino de Dersa et Domagne de Golebo precipiendo eis et cuilibet eorum, quod sub pena libr. centum grossorum pro quolibet, ipsi debeant et sic et taliter ordinare ac etiam executioni mandare, quod a die presentationis dictarum litterarum in antea nulla novitas inferatur vel fiat civibus et fidelibus Ragusii et districtus, euntibus, stantibus et redeuntibus et mercantibus in eorum mercatis et rebus de aliquibus partibus vel circa partes vel in partibus Auallone conversantibus, contra honorem dominationis, contra franchigiam et libertatem civitatis et civium et districtualium Ragusii et contra antiquas consvetudines et quod ipsi et eorum homines proprio sint bapniti de Ragusio et districtu, si contra fecerint vel non observaverint omnia supradicta. Et quod sub dictis penis supra distinctis et specificatis ipsi debeant sic et taliter facere, curare et observari facere, quod nulla littera vel ambassiata mittatur vel veniatur domino comiti ragusino, qui nunc est, vel qui per tempora fuerit, nec communi ragusino, nec specialibus vel singularibus personis a domino imperatore Ras-

cie, vel a suo barono vel ab aliqua alia persona, que posset aliquid in aliquo obstare vel esse, nocuere vel contraire aliquo modo vel ingenio huic precepto eis facto et ordini suprascripto, scientes quod de presentatione ipsarum latori presentium dabitur plena fides. Hec omnia observari et manuteneri per eos intendimus donec fuerunt doanerii et tenuerint illud mercatum.

Marcus cursor et Drascus retulerunt se dictas litteras presentasse Nicole de Lucaro ad sanctum Sergium, iam sunt tres ebdomade, pro se, pro Fransisco socio domini comitis et iuratis iudicibus P. Ragnina . . .

Item tulerunt litteras Maroe de Dersa et Domagne de Goliebo ab Auallonia, die martis fuerunt dies xv.

Die xxiii decembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum de dando de avere communis pro provisione Nicole de Grede secundum promissum sibi factum quando ivit in Apuleam pro servitio et conductu ultima vice yp̃p̃ x.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum, quod unus sindicus debeat ire ad presens in Apuliam emendo frumentum sive blauum, cum illa comissione quam dederunt ei dominus comes cum suo minori consilio, cum hac conditione, quod si ille fuerit electus ad eundum, si stabit uno mense, debeat habere pro suo salario yp̃p̃ xx et si steterit duobus mensibus habeat a communi yp̃p̃ xl.

In consilio rogatorum, in quo quidem consilio interfuerunt xxxiii consiliarii, captum fuit et firmatum per omnes nullo breviter discordante, quod mittatur Symon de Binzola ad Dabiscum cum illa informatione et commissione que placuerit domino comiti et suo minori consilio.

XVI. Anno 1347.

Kal. januarii, anno domini mcccxlvii, indictione xv. Die primo januarii. Marinus de Dabro, Paulus de Giorgio, Nale de Proculo, Pale Dimitrii de Pabora in minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt capitanei custodie civitatis de mense januarii.

Poue de Catena in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit comes ysularum.

In minori consilio, sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, quod eligantur duo officiales super fundacum frumenti, qui ambo vel saltem unus continuo tota die, videlicet asumpto prandio usque ad vesperas ad fundacum, et debeatur tenere claves fundaci et quaternium cartulinarum, et omni die assumpto prandio usque ad vesperas debeat tenere fundacum apertum et dare frumentum isto modo: videlicet illis qui aducent cartulinas, omni ebdomada dare possint unum cupellum inter duos et non plus, et omnia ebdomada, qua ipsi dabunt frumentum debeant signare cartulinas cum uno feretro de alio signo quam signabant fondacherii. Et debeant se mittere ad inquirendum et ad scruptandum, quod illi qui accipient frumentum non debeant accipere pro foresterio, neque ferant extra civitatem vel districtum Ragusii; et si spiarent aliquem contrafacientem, quod predicti officiales debeant

denunptiare et notificare domino comiti. Qui officiales habere debeant pro quolibet ipsorum gross. I pro quolibet die pro eorum salario. Et si predicti officiales vel saltem unus ipsorum non staret tota die ad portam videlicet assumpto prandio usque ad vesperas in fundaco ad faciendum omnia ut dictum est, quod perdant salarium suum illius diei et ultra gross. III pro pena communi ragusino, qualibet vice qua non inveniretur; et omnes illi de minori consilio teneantur per sacramentum accusare dictos officiales si non viderent ipsos vel unum stantem ut dictum est, et debeant bullare totum frumentum quod fertur in districtum.

Vrsus de Zamago, Petrus de Baugolla, (Vlacus de Babalio, Nifficus de Galozo, electi fuerunt officiales die primo madii), officiales predicti et inceperunt eorum officium XXIII die, et duret eorum officium per totum mensem februarii, et postmodum debeant stare ad voluntatem domini et sui minoris consilii.

Item in dicto minori consilio, captum fuit et firmatum, quod eligatur unus officialis, qui debeat stare ad portam beccarie et non secedere inde tota die et scribere totum frumentum et faciat ponderari quod mittitur ad molendinum per mare vel per terram, et quando revertitur de molendino scribat similiter, et qualibet die sabati faciat rationem et respiciat suum in quaternum si totum frumentum latum ad molendinum est conductum Ragusium; et si aliquid deficerit de frumento portato et non conducto debeat notificari domino comiti, et debeat habere in scriptis nomina eorum qui tulerunt ipsum frumentum et qui aduxerit vel non, et debeat habere gross. I qualibet die, et qualibet die qua non reperietur perdat gross. I ultra illud . . . de salario.

Slauos de Muca, factus[1]).

DIE XXVI JANUARII. Nale de Zereua, Nicola de Lucaro, Andreas de Bodazia, Nicola de Uolzo, Drase uxor condam Vrsii de Zereua dati fuerunt tutores filiis et heredibus Vrsii de Zerua in minori consilio, sono campane more solito congregato.

DIE XXVI JANUARII. In maiori consilio, sono campane ut moris est, captum fuit et firmatum, ad conservationem camere armamenti communis et arsenatis, quod eligantur duo nobiles homines civitatis Ragusii litterati et scientes scribere, etatis XXV annorum ad minus et minoris LXX annorum, quorum officium durare debeat duobus annis et habeant in anno a communi pro quolibet eorum yp̃p̃ quadraginta, qui duo officiales teneantur salvare et custodire regimen et gubernare omnia arma, arnesia et masarizias communis et coredia navigiorum tam camere armamenti quam arsenatis communis ubicumque existentia et illa in uno quaterno scribere, qui quaternus semper remanere debet apud dictos officiales, et quod dicti officiales tribus vicibus in anno, hoc est in capite IIII mensium tenentur videre dictam cameram armamenti et singula arma et arniesia, sartiam et coredia navigiorum communis ubicumque existentia facere scurtari et per manum ducere et si opus fuerit illa vel aliqua

---

[1]) DIE X APRILIS. Patsche de Chi.....no fuit electus simili modo.

eorum reparare debeant illa facere reparare cum consilio domini comitis et sui minoris consilii, et tenentur tribus vicibus in anno, ut supra, requirere dominum comitem et suum parvum consilium, si eis placet videre cameram armamenti communis et arsenate et similiter si eis placet videre rationem sui officii. Et quod dicti duo officiales toto tempore sui officii non possint de civitate nec de districtu Ragusii aliqua ratione vel causa, salvo si unus illorum vellet ire in districtum pro suis negotiis, remanendo semper unus illorum in civitate ad exercendum eorum officium, que omnia dicti officiales facere et observare teneantur sub pena dupli sallarii sui.

Insuper captum fuit in dicto minori consilio, quod dicti officiales elligantur illo modo, quo elligitur comes Stagni, elligendo duos in minori consilio et duos in qualibet camera sicut elligitur comes Stagni, et illi duo qui habuerint plures in maiori consilio remaneant in dicto officio camere et arsenatis communis, modo quo supra declaratum est, pro duobus annis, quibus duobus annis completis, dicti duo officiales debeant approbari et ballotari in maiori consilio et si ambo vel alter eorum erit approbatus, elligatur alius loco eius qui chaderet modo quo supra declaratum est, intelligendo, quod aliquis ipsorum officialium in dicto officio permanere non possit ultra quatuor annos.

Saue de Bonda, Mathe Junii de Menze officiales super cameram armamenti et arsenate communis.

Die xxvi januarii. In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, captum fuit et firmatum de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio eligendi et confirmandi magistrum Guilelmum de Missina in protomagistrum arsenatis communis, pro illo tempore, pro illo precio et sallario, pactis et conditionibus, quibus dicto domino comiti videbitur in suo minori consilio.

In minori consilio, sono campane ut moris est congregato, magister Guilelmus de Missina electus et confirmatus fuit in protomagistrum arsenatis communis pro uno anno cum salario librarum octo gross. que electio et confirmatio facta fuit de auctoritate et arbitrio maioris consilii, quod supra vigesimo sexto januarii, xv indictione, qui magister Guilelmus coram domino comite et suo minori consilio promisit et se et filium suum obligavit servire et facere omnia, que pertinent ad officium artis eorum in utilitatem et commodum communis Ragusii in civitate et districtu Ragusii et in Stagno et ubique locorum, per totam pontam Stagni prout et sicud dominus comes cum suo minori consilio ordinabit et mandabit eis. Insuper promisit dictus magister Guilelmus cum dicto suo filio facere, quod dictus eius filius cum famulo operario stabit continue in Stagno ad servicium communis loco dicti magistri Guilelmi, qui facere et servire teneatur in Stagno sicut tenebatur facere et servire dictus magister Guilelmus pater eius. Et si opus esset et domino comiti et suo minori consilio placeret, quod dictus magister Guilelmus iret Stagnum et ibidem staret loco filii sui, quod teneatur ipse magister Guilelmus et filius eius facere secundum quod eis vel alteri eorum commissum fuerit per dominum comitem et suum parvum consilium; que omnia dicti magister Guilelmus et filius eius attendere et observare promiserunt pro

dicto salario librarum octo gross. Et debet dictus magister Guilelmus habere domum a communi sicud habuit magister Fele. Verum, quod dictus magister Guilelmus neque filius suus non possunt neque debent in arsenate facere neque fieri facere in arsenate aliquod laborerium proprium vel alterius specialis persone sub illa pena, quam dominus comes cum suo minori consilio vellet eis auffere; itelligendo semper, quod dictus magister Guilelmus et eius filius eo tempore quo vacaretur ab operibus communis possint laborare de arte sua in vallicaton eorum et singularium personarum extra arsenate, solvendo sibi prout eis placebit ab eis, scilicet a communi dicti magister Guilelmus et eius filius de quanto laborabunt in servitium communis nichil habere debent ultra sallarium dictorum libr. octo gross[1].

Die xxx januarii. Pale de Resti, Vole de Uolzo, Nicus Poli de Gondola, in minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt officiales suprastantie super laborerium Punte.

Marcolus de Zereua, Symon de Binciola, Giue de Bona in minori consilio, electi fuerunt, quod vadant ad videndum, scruptandum et providendum locum ubi eis videbitur melius convenientius et actius facere hospitale, quod fiendum est, et quicquid ipsi invenerint debeant denunptiare et notificare domino comiti et suo minori consilio, et si domino comiti et suo minori consilio videbitur fiendum in eo loco ubi predicti dixerint sic fiat, alias provideatur de alio loco.

Die primo februarii. Giue de Teudisio, Pasqua de Resti, capitanei super custodia civitatis per diem et noctem cum l personis, quamdiu durat festum s. Blasii.

Dime de Maschaga, Luce de Scharichio, Jache de Gondola, Marinus de Slauze capitanei custodie mensis februarii.

In maiori consilio, sono campane ut moris est, captum fuit de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio posse adsumere magistrum Guillelmum de Messina ad protomagistrum arsenatis et ipsum sallariare cum sallario, pactis et conditionibus prout videbitur ipsi domino comiti et suo minori consilio.

Item in dicto maiori consilio fuit captum, quod de gratia et amore concedatur comiti Curzole et communitati Lagoste posse naulizare de barchusiis hominum Ragusinorum unum vel duos pro ferendo bladum de Appulea, Cincuram et Lagustam.

Item captum fuit, quod quelibet persona que conduxerit oleum Ragusium possit de dicto oleo extraire medietatem extra Ragusium, deferendum quo sibi placebit.

In maiori consilio, sono campane ut moris, captum fuit de dando libertatem domino comiti et suo minori consilio posse fecere incantare comerclum salis communis et illud deliberare pro tribus annis cum pacto

---

[1] Luce de Scharichio, electus fuit officialis super arsenate, die ultimo madii mcccxlvii.

Andreas de Lucari de Muto, electus fuit officialis super arsenate die xii septenbris mcccxlvii.

et conditione, quod ille seu illi quibus deliberatum fuerit dictum comerclum teneatur accipere salem communis pro capitali ab ipso communi, et teneantur toto illo tempore quo tenuntur dictum comerclum, tenere civitatem et commune furnitum sale sicud commune consvevit esse furnitum, et quod si aliqua vice in toto eorum tempore deficeret sal communi, qui ille talis seu illi qui dictum comerclum a communi acceperint, cadant pro qualibet vice ad penam librarum centum venetorum grossorum.

Giue de Teudisio comes Stagni secessit ad suum regimen exercendum die sabati XVII februarii.

DIE XII FEBRUARII. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt XXX consiliari, captum fuit et firmatum per omnes nullo breviter discordantę de dando plenam et liberam potestatem, auctoritatem et bayliam domino comiti et suo minori consilio posse donare de avere communis Gragino homini domini bani Bossine illud, quod eis videbitur et placuerit pro bono et hutili negotiorum communis et specialium personarum.

In minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt infrascripti officiales:

Giue condam Lucari de Bona, Giue, filius Poli de Gondola advocatores questionum inter commune Ragusium de Nicolich, occasione rubationum dampnorum illatorum per eos.

Marcolus de Zereua, Symon de Binciola, Symon de Benessa, Marinus de Volzo judices dictarum questionum.

Marinus de Volzo, Andreas de Bodazia inquisitores et repertores dampnorum illatorum per illos de Nicolich et gentem suam secundum scripturam cancellarie.

DIE XX FEBRUARII. Lampre Marini de Menze in consilio minori fuit factus vicecomes Brenni et Juncheti, qui iuravit.

DIE XXII FEBRUARII. In maiori consilio, sono campane ut moris est, in quo interfuerunt LXII consiliarii, ad hoc ut terra fulciatur blado et furmento captum fuit et firmatum per LX ipsorum, quod dominus comes cum suo minori consilio possit imponere unum inprontum libr. centum gross. in tot personis, quod sibi videbitur et quibus sibi videbitur. Et si domino comiti et suo minori consilio pro meliori videretur, quod possit dictas libras centum accipere ad personam mutuo dando illam provisionem de dictis denariis, prout eis fuerit quin videbitur.

In minori consilio ex virtute et albitrio dato domino comiti et dicto suo minori consilio, a maiori et generali consilio ut supra, captum fuit, quod pro commodo et utilitate totius terre et pro fulciendo terram de blado et furmento fiat unum inpronptum libr. sexaginta gross. in personis sexgintis.

Paulus de Gondola, Marinus Symonis de Binzola, Andreas de Lucari, Nicola de Menze, Andreas de Bodaza in minori consilio electi fuerunt ad ponendum dictum inprontum LX personis.

In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, in quo interfuerunt LXII consiliarii, captum fuit per XXXVI dicti consilii, quod non obstante forma statuti, qui loquitur de carbonosiis, nulla per-

sona civis vel forensis et alterius cuiuscumque conditionis hoc anno audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio se facere vel fieri facere carbonosium neque ludum carbonosii, et ista reformatio duret usque ad unum annum completum.

Dompnus Nicola Arbanensis in minori consilio electus fuit presbiter ecclesie monasterii Stagni vocata s. Maria, qui habere debet a communi pro primo anno yp̄p̄ xxx pro adiutorio laborerii vinee dicti monasterii. Et post dictum annum habere debet a communi omni anno yp̄p̄ x donec ibi steterit, et reditum introitum et usumfructum vine(e) dicti monasterii, qui iuravit etc. Et hoc intelligendum est, in vita dicti dompni Nicole, nisi per defectum et culpam dicti dompni Nicole dominatio vellet dictum dompnum Nicolam expellere de dicto monasterio.

In minori consilio factus fuit scribanus Mate de Priba, super condura cuius patronus Gride.

Die xxviii februarii. Slaucus de Luca, Bone de Gondola, Mathe Marini de Menze, Vale de Scharichio in minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt capitanei custodie de mense marzii.

Die primo marcii. In minori consilio, sono campane ut moris est, captum fuit, quod quelibet panateria, que amodo in antea faciet panem venalem, vel fieri faciet, debeat et teneatur facere dictum panem de tali pondere et sub dicto modo, quod non lucret ultra gross. quatuor de stario furmenti, et quicumque contrafaceret perdat panem et gross. sex pro qualibet vice.[1]

In minori consilio, sono campane ut moris est, captum fuit, quod tutores heredum Vrsii et Zireua habent auctoritatem et licentiam posse dare de bonis predictorum heredum dicti Vrsatii yp̄p̄ tria millia Giue et Maroe de Zireua cum pactis, conditionibus, quibus erunt in cordia.

Die viii marcii. In consilio maiori, sono campane ut moris est, captum fuit, quod carnes castratine possint vendi per totum mensem madii proximum, fol. sex, et alie carnes per rationem, ut moris est. — Banita fuit hec reformatio per Laurentium.

Die xi dicti mensis marcii. In minori consilio, captum fuit, quod quilibet qui aducet bestiam Ragusium possit vendere carnes castratinas follaros septem libram, et sic alias carnes bestiarum per rationem, per totum mensem aprilis. — Banitum (ut supra).

Symon de Benessa, Nicola de Lucari, Mico de Bona in minori consilio, electi fuerunt provisores super recuperatione merchationum que fuerunt in barcha Jonze, quibus data fuit licentia posse dare ordinem recuperandi dictas merchationes omni modo et via que videbitur eis pro recuperatione illarum, et super hoc scribere litteras domino imperatori et Nicole Debrichia et aliis personis quibus expedierit scribere occasione dictarum merchationum; et quod possint expendere tantum quantum eis videbitur pro recuperatione dictarum merchationum ad expensas illorum

---

[1] Die predicto fuit bannita hec reformatio per Laurencium preconem comunis in locis solitis.

quorum sunt dicte mercationes, et totum illud, quod dicti officiales fecerint supra recuperatione dictarum merchationum sit firmum et ratum, ac si factum esset per dominum comitem et suum minus consilium.

Die xiii marcii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxx consiliarii, captum fuit et firmatum per xxvi ipsorum consiliariorum, de mittendo ad presens unum sindicum in Apuleam cum illa commissione quam dabit sibi dominus comes cum suo minori consilio, non obstantibus iiii volentibus, quod differatur usque quam nova venerint de Apulea.

In dicto consilio rogatorum captum fuit et firmatum per xxi ipsorum consiliariorum, quod ille, qui fuit electus sindicus non posset refutare sub pena yp̃p̃ centum, non obstantibus novem volentibus stare ad penam statuti. Pale de Resti electus fuit sindicus.

Die xv marcii. In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxxxvi consiliarii captum fuit per lxxx ipsorum, quod licitum sit et permissum posse fieri ludum carbonossiorum pro hoc anno observando modos et conditiones infrascriptas: inprimis quod dictus ludus carbonossiorum possit incipi in die dominicha resurrectionis domini et non ante, et possit durare usque ad sequentem dominicham et non plus.

Item quod nullus carbonosius audeat portare secum arma ad offendendum. Item quod nullus carbonossius audeat committere seu facere ruffam vel clamorem cum aliqua persona neque dicere verba ingnuiriosa alicui persone masculo vel femine. Et quod nullus ex dictis carbonossiis audeat se facere carbonossium neque ludum ipsum carbonossiorum post sonum campane Ave Maria, de quanto duraverit iste ludus. Et quicumque faceret contra predicta vel aliquod predictorum cadat ad penam yp̃p̃ xxv qualibet vice et in quolibet casu quo contrafecerit, et acusator habeat medietatem dicti bani, si per eius acusam veritas poterit inveniri. Et si reperietur, quod aliquis ex ipsis carbonosiis faceret contra predicta vel aliquod predictorum, quod omnes alii carbonossii sint pro hoc anno privati de dicto ludo et nullus in hoc anno non possit amplius se facere carbonossium.

In dicto maiori consilio, nullo dicti consilii discrepante, Soffredus cancellarius communis Ragusii, confirmatus fuit cancellarius dicti communis pro duobus annis sequentibus cum salario quod habuit anno preterito.

In maiori consilio sono campane ut moris est, in quo interfu- lxxxxvi consiliarii captum fuit eorum nemine discordante, quod dominus comes cum suo minori consilio inspectis meritis atque servitiis factis communi Ragusino per Vogel et Couac barones domini imperatoris et que in futurum facere posset, quod habeat libertatem donandi de avere communis Vladislauo, fratri dicti Vogel, tantum quantum dicto domino comiti et suo minori consilio videbitur.

Die xviiii dicti mensis. Maroe Andruch de Ysola, Bogoe Raieuich, Micoe Petrerio, in minori consilio sono campane more sollito congregato dati fuerunt tutores filie Jurchi della Calcina.

Martolus de Zereua in minori consilio datus fuit tutor simul cum Nicola de Zauernia heredum Pasque de Bucignalo.

Die xxiiii marcii. In minori consilio sono campane ut moris est, captum fuit et firmatum, quod quelibet persona que conducet Ragusium furmentum usque per totum mensem madii proximum, habeat a communi pro quolibet stario furmenti gross. unum.

Die xxv marcii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxiiii (?) consiliarii captum fuit et firmatum per xxxi ipsorum consiliariorum de dando plenam et liberam potestatem, auctoritatem et baliam domino comiti et suo minori consilio, posse expendere de avere communis et dare Vladislauo Nicolich et aliis quibus videbitur esse hutile et bonum circa infrascriptum negotium, illud quod eis videbitur et placuerit, ut Modos et Radacinus Arborich, Bratan Vtessenouich et Peruos Dobrotich perfidi, malefactores, derubatores, inimici et offensores communis ragusini veniant in manus et fortium dominationis ragusine, et quod dominus comes cum eius curia possit punire, sententiare, condempnare et iudicare predictos Medoa et Radacinum et Peruos in avere, in membris, et in persona sicut et quomodo videbitur dicto domino comiti et eius curie puniendi et condempnandi, et Bratanum Vtescenouich possit dictus dominus comes cum sua curia punire et condempnare in membro et membris, sicut eidem placuerit non auferendo ei vitam, et quod Vladislaus et Boghisa Nicolich, si hoc facerent, quod dederunt predictos, ut dictum est, in fortium dominationis, sint et esse debeant cives Ragusini et benivoli et amatores dominationis et communis ragusini ac specialium personarum, et quod remittantur eisdem Vladislauo et Boghisse omnia dampna, derubationes et offensas factas hominibus et fidelibus Ragusii hinc retro usque presentem diem per ipsos et gentem suam pecunia, excepto maleficio sanguinis quod debeat et possit punire, qui commiserat, si ad manus dominationis evenerit, et quod ab hodie in antea nullam rubationem, iniuriam vel offensam facere debeant districtus et fidelibus Ragusii nec alicui alie persone in districtu Ragusii ipsi vel homines eorum, et quod dominatio et commune ragusinum et districtus debeant tenere ipsos Boghissam et Vladislauum et tractare pro cive Ragusino tamquam unum cognatum et amicum tamquam cives et fideles pro posse. Item in dicto rogatorum consilio captum fuit et firmatum per xliiii ipsorum consiliariorum, de faciendo ad presens unum inprontum de libr. xxxv gross. xl hominibus ragusinis pro solvendo et satisfaciendo expensas pro dicto negotio executioni mandando.

Hellias de Lucarze, Russinus Pillizarius, tutores heredum Draschi Pillizari, electi fuerunt in minori consilio.

Hellias de Lucarze, Milo stazonarius, in minori consilio electi fuerunt tutores heredum fratris Pertichi portarii.

Vrsius de Bodaza, Mathias de Ribiza, Pasquo de Chiun, Pale Dimitri de Pabora, capitanei mensis aprilis electi in minori consilio.

Die xxviii marcii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxv consiliarii,

captum fuit et firmatum per omnes nullo breviter discrepante, de mittendo ad presens Craginum prestaunium domini bani Bossine, cum quodam homine bono de populo ad petere solutionem et satisfactionem ab illis de Nicolich de dampnis factis per ipsos et gentem suam hominibus et fidelibus Ragusinis.

Marcus della Scerina et Clappe Volcatii fuerunt missi cum domino Cragun pro satisfactione in solidum dictorum dampnorum.

Item in dicto consilio rogatorum captum fuit et firmatum, quod de presenti mittatur precipiendo Jurech de Priana, quod die martis proxime venturi per totam diem debeat esse et se presentare Ragusii coram dominatione ipse et filii eius et uxor cum tota sua familia, sub pena si secus faceret quod ipse dicatur cum tota sua familia esse proditor dominationis et communis Ragusii.

Quod quidem preceptum per ser Franciscum socium domini comitis, tenentem locum ipsius domini comitis cum minori consilio, factum fuit Bogoe filio dicti Jurech et impositum ei, quod de presenti vadat ad dictum Jurech patrem suum, et ex parte domini comitis et consilii rogatorum dicat et mandet eidem Jurech, quod die martis proxime venturo per totam diem ipse et omnes filii eius et uxor et tota familia sit in Ragusio, ut dictum est, sub pena tradimenti. Postea, sequenti die factum fuit dictum preceptum eidem personaliter sub dicta pena, quod quidem preceptum dictus Bogoe retullit fecisse Jurech et Dabisco filio ipsius hora statuta, et retullit, respondisse, nolle venire, quia etc. Pro qua quidem contumacia et inobedientia dicti Jurech et Dabisci filii sui, dominus comes cum consilio rogatorum habeant ipsum Jurech et Dabischum pro traduto, secundum preceptum ei factum. Qui Jurech et Dabisco filius eius ad dictum terminum non comparuit, sed Bogoe, filius dicti Jurech comparuit termino constituto.

Item in minori consilio, captum fuit et firmatum, quod in isto festo pascatis ad honorem et reverentiam omnipotentis dei et beate virginis matris eius et omnium sanctorum et sanctarum dei et ut deus custodiat civitatem Ragusinam et conservet in pace et tranquillitate, quod donetur de avere communis Ragusii fratribus Predicatoribus et minoribus et aliis monasteriis sicut consvetudo fuit aliis annis preteritis.

Et quod in speciali donetur de avere communis fratri Francisco de Triesti ordinis minorum yp̄p̄ IIII.

Die ultimo mensis marzii. In consilio rogatorum, sono campune more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt XXXV consiliarii captum fuit et firmatum per omnes, nullo breviter discrepante, de mittendo ad presens unum cursorem ad dominum banum Bossine cum litteris dominationis conquirendo de delusione nobis facta per Vladislauum et Boghissam Nicolich, nepotibus domini bani, et etiam cum litteris Craguy, eo modo et ordine sicut placuerit domino comiti et suo minori consilio.

Item in dicto consilio rogatorum captum fuit et firmatum per XXXI dictorum consiliariorum, de mittendo unum nobilem hominem de Ragusio cum Craguy ad dominum banum Bossine agravando fortissime super istos de Nicolich de delusione et truffis nobis factis per eos, cum

illa commissione ordine et modo quibus placuerit domino comiti et suo minori consilio, et quod ille qui fuerit electus ad eundum, si venerit per plateam non possit refutari sub pena yp̄p̄ centum.

Et debet habere pro suo salario dicti viagii yp̄p̄ xl.

Item debet habere famulos tres, et equos quinque et expensas pro se et equorum et sue familie et possit expendere qualibet die gross. xv de quanto steterit in dicto viagio, et commune teneatur solvere naulum equorum et soldum famulorum.

Pasche de Resti fuit electus ad eundum. Die viii aprilis secessit.

Die iiii aprilis. In consilio rogatorum, sono campane ut moris est, captum fuit, discordantibus solummodo quatuor ex eis, quod eligantur quinque sapientes, qui debeant cogitare, providere totum illud quod eis videtur fiendum de Jurech della Ponta et filiis et totum illud quod per eos provisum erit, debeant reducere et exponere in consilio rogatorum die veneris, de mane proximo. Insuper captum fuit in dicto consilio, quod dicti sapientes super illis personis suspectis, quia habitant in Stagno et in la Ponta similiter debeant cogitare et providere illud quod eis videtur fiendum et ordinandum de eis. Quam provisionem dicti sapientes debeant reducere ad consilium rogatorum a predicto die veneris usque ad octo dies subsequentes, in quo consilio rogatorum terminabitur ilud, quod eis vel maiori parti videbitur esse bonum statum communis et tocius civitatis.

Pasqua de Goze, Simon de Benessa, Nicola de Lucari, Simon de Binzola, Martolo de Zireua, in minori consilio electi fuerunt sapientes ad providendum super his, que in supradicta reformatione continetur.

Die sexto aprilis. Vita Uolcii de Babalio, in minori consilio electus fuit capitaneus in Stagno, ad custodiam maris Narenti.

Giue de Gundola, (Nicola de Lucari loco Giue), Simon de Benessa, Nico de Zauernico, in minori consilio, electi fuerunt provisores ad eundum ad Stagnum et ad Pontam ad investigandum et inquirendum, si qui essent, qui fecissent vel tractassent contra bonum statum Stagni et Ponte dominationis et communis Ragusii etc. prout captum fuit in consilio rogatorum.

Die x aprilis. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et determinatum, quod camarlingi communis, qui nunc sunt, et qui per tempora fuerint, teneantur et debeant dare et solvere ac respondere de prode yp̄p̄ d, qui sunt in communi de bonis Dimitrii aurificis, Rade uxori condam dicti Dimitrii prout respondent aliis, et hoc teneantur facere donec viduitatem et honorem sui lecti servare et manutenere voluerit.[1])

[1]) Die xiii augusti. In minori consilio, sono campane more solito congregato, isti fuerunt salinarii Uxor Nicole de Giorgio, per dominum comitem.

Vita de Binciola, per Marinum de Uolzo, Pasche de Scillu, per Giue

Die xiiii dicti mensis aprilis. Hellias de Lucarze, Russinus Pillizarius, Zuctanus Dragani, in minori consilio dati fuerunt tutores pupillis et heredibus Draschi Pillizarii.

Die xxi aprilis. In maiori consilio, sono campane ut moris est, posite fuerunt due partes, una de confirmando magistrum Nicolaum physicum maiorem ad sallarium communis, et alia de non confirmando eum; et captum fuit per liii ipsorum de confirmando dictum magistrum Nicolaum.

Item in dicto maiori consilio posite fuerunt due partes, prima de confirmando dictum magistrum Nicolaum pro duobus annis sequentibus cum sallario, pactis et conditionibus quibus stetit tempore preterito, et secunda fuit de confirmando eum solum pro uno anno; et captum fuit de confirmando eum pro duobus annis cum salario et pactis quibus stetit preterito tempore, per xliii ipsorum.

Item in dicto maiori consilio captum fuit de confirmando magistrum Marinum zirusicum ad salarium communis pro duobus annis sequentibus cum sallario, pactis et conditionibus quo stetit anno preterito.

Item captum fuit, quod magister Petrus sit adsumptus ad salarium communis pro uno anno cum salario xxxv yp̃p̃ et tenetur docere scolare(s) et pueros secundum quod consveverunt facere alii magistri scollariorum sallariati communis.

Item in dicto maiori consilio captum fuit, quod eligantur v sapientes seu provisores, qui debeant providere viam et modum qualiter novum molum fieri debet et insuper providere, qualiter portus ragusinus aptetur pro conservatione navigiorum. Insuper providere debeant quomodo pecunia debeat inveniri pro faciendo et adimplendo predicta.

Simon de Benessa, Pasqua de Goze, Paulus de Gondola, Marinus Junii de Bona, Sauinus de Bonda, sapientes et provisores ad providendum super facto portus, secundum quod in dicta reformatione scriptum est.

Die xxii aprilis. In maiori consilio captum fuit, quod ad hoc ut curia propter absentiam judicum de cetero non substineat defectum, quod si quis iudex amodo in antea iret Stagnum vel pontam Stagni, ad curiam non possit redire iudex, nisi cum illa conditione, ad quam sunt illi judices, qui vadunt Catarum

Item in dicto maiori consilio data fuit auctoritas domino comiti, posse facere unum judicem maioris curie loco Felicis de Grede, qui ivit ad Stagnum. Et factus fuit per dominum comitem judex Pale de Resti, loco dicti Felicis.

Item in minori consilio, sono campane more solito congregato de dando de avere communis magistro Jacobo de Senis yp̃p̃ x, cum ille

---

Pauli de Gondola, Heredes Jache Marini de Crosio per N. de Menze, Mire de Zuciole per dominum comitem, Mate Marini de Dabro, Laure de Marcusso post istos.

debeat stare uno anno in Ragusio uno anno; et hoc quia dicitur esse bone erbolanus, qui iuravit etc.

Die xxvi aprilis. In minori consilio, in Stagno, in quo interfuerunt omnes consiliarii eiusdem consilii, captum quod in Stagno ex latere maris Narenti, compleatur ille murus, qui est ex parte ponentis, et fiant merli et arcus super dicto muro nemine discrepante.

Item captum fuit, quod in dicto loco ex latere maris Narenti, murus ille qui est ex parte levantis delongetur in mare tantum, quantum est turris lignaminis in mari.

Item captum fuit, quod in dicto loco ex latere maris Narenti, fiat unus murus incipiendo a cruce dello bollo eundo subtus domum Marini de Binzola et sit conexus dictus murus cum muro novo communis, qui est ex parte ponentis. Et quod in dicto muro fiant tres turres partite in tribus locis dicti muri, super quibus turribus fiant merli et archetti.

Item captum fuit in dicto consilio nemine discrepante, quod in mari Puluche debeat fieri unum chastrum incipiendo a porta magistra et vadat dictum chastrum sicud vadit murus dicte porte in longum pass. xx remanendo porta maystra predicta extra chastrum. Quod chastrum debet esse amplum pass. xii vel circha; et debet habere dictum chastrum quatuor turres, unam in quolibet cantone dicti chastelli. Et debet esse murus dicti castelli amplus palmi v et circha dictum chastrum debet fieri unus fossatus, qui vadat longus tantum quantum dictum castrum et plus pass. x versus tramontanam ultra totum dictum castrum.

Item in dicto consilio captum fuit, quod canale ultra id quod est amplum debeat ampliari adhuc, tantum quantum est amplum ad presens de uno chapite ad aliud.

In minori consilio facto in Stagno, captum fuit, quod in Stagno ex parte pielagi adsignetur Nicole de Buchia locus pro domo sua apud domum Dunay, qui locus sit amplus passi tres de levante, a ponente, et longus pass. vii de pellago a monte.

In dicto minori consilio, in Stagno, capta fuit pars, quod ponatur ad maius consilium pars de dando presbitero Terstenize in anno de avere communis pro suo sallario yp̄p̄ xx, et quod dictus presbiter teneatur pro dicto sallario officiare et servire in spiritualibus et temporalibus in dicto loco in vita sua.

Die xxviii dicti mensis aprilis. In consilio rogatorum captum eorum nemine discrepante, quod totum terrenum, quod est in Vratinich et versus Gerschi Pisec deveniat in commune, et quod de insulis et astaria districtus Ragusii, accipiantur domus villanorum xxx et plus prout videbitur, qui cum eorum familiis et domibus stare et habitare continue debeant in loco dicto Gerschi Pisec, et ibidem custodire dictum locum, ad voluntatem dominationis. Et pro remuneratione et provisione eorum, totum dictum terrenum dicti Vratinich et Gerschi Pisec dividatur inter duas domus dictorum villanorum et quod dicti villani qui venient ad habitandum et custodiendum dictum locum, ipsi et sui heredes habeant et possideant in perpetuum dictum terrenum totum tamquam rem

propriam, verum cum hac conditione, quod omnibus illis personis, qui habent partem in dictis locis Vratinich et Gerschi Pisec, provideatur de partibus, quas habet commune, providebitur domino comiti et suo maiori consilio.

Anno domini mcccxlvii. Petrus de Sauergna, Gugus de Scolcilia, Marinus de Dabro, Marinus de Baugella electi fuerunt capitanei custodie mensis madii, in minori consilio, sono campane more solito congregato.

Item in dicto minori consilio, sono campane more solito congregato. Vrsus de Zamagna, (Andreas de Lucaro, die xii madii), Nicus de Zauernico, Mathe de Ribiza, Mathe Marini de Menze, (Prode de Bisiga, die sexto julii, Vita de Zeria, die xii madii), electi fuerunt officiales et suprastantes super laborerium fiendum in Stagno.

Die viii mensis madii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxxxii consiliarii, expulsis de consilio illis, qui non potuerunt nec debuerunt propter parentellam secundum formam statuti, Petragna condam Sauini de Bonda fuit electus capitaneus Tristenize, qui iuravit etc.

Et recessit ad dictum regimen die xiii junii.

Item in dicto maiori consilio, captum fuit et firmatum, quod Petrus de Bausella et Jache Nicole de Crosio sint officiales super omnem vinum, secundum ordinem datum. (Petrus de Sauergna et Tomas de Stilo, die xvi junii).

Die xii madii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, Matheus Marini de Menzio, fuit electus ambassiator ad eundum Neapolim ad dominam reginam occasione novitatis, quam faciunt canonaci ecclesie sancti Nicolai de Bari pro ducatis centum, quos dixerunt condonasse eidem ecclesie dominus imperator.

Et debet habere pro suo salario et omnibus expensis dicti viagii yp̄p̄ lv cum uno famulo, expensis et salario eius, et commune debet ei solvere navigium itineris et reversionis.

In dicto minori consilio: Ser. Marinus de Binciola, ser. Pasche de Goze, ser. Marinus Junii de Bona, ser. Johannes de Saracha, ser. Nicola Marini de Uolzio electi fuerunt v sapientes super providendo de factis Jurech et filiorum eius et super providendo super quosdam alios qui sunt in Punta, et quicquid providerint debeat reducere ad consilium rogatorum die sabati.

In minori consilio: Ser. Petrus de Ragnina, ser. Symon de Binciola, ser. Johannes Lucari de Bona ad faciendum commissionem Mathei in Apulia.

In minori consilio fuerunt facti infrascripti sallinarii: Filius Petri de Benessa, per Petrum de Ranina, Ane de Passario, per Symonem de Binciola, Andrea Giorgii de Gangulis, per Andream de Bodaza, uxor Vrsii de Gleya, per Giue de Bona, filius Dragotte, per Nicolaum de Menze, Pasqua de Brisiga per dominum comitem.

Die xiiii madii. Simon de Benessa, Petrus de Bucignolo, Maroe condam Junii de Menze in minori consilio, sono campane more solito congregato, dati fuerunt tutores filiis et heredibus Michelis de Menze, primo uxoris eiusdem Michelis.

In minori consilio de gratia et amore, captum fuit, quod de avere communis donentur Dominchello de Ancona yp̄p̄ decem.

Die xviii madii. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxxvi consiliarii captum fuit et firmatum per lxxxiii ipsorum consiliariorum, quod ad preces..... nobilis domine matris castellani de Tranio, que fuit gubernatrix et spectabilis domine Felicis memorie uxoris Dalfini de Vienne mutuetur lignum renorum (sic) centum noviter factum ad Stagnum dummodo ipsa armet ipsum expensis suis pro eundo Tranum.

In consilio rogatorum, in quo quidem consilio interfuerunt xxx consiliarii, captum et firmatum fuit per xvii ipsorum consiliariorum de differendo ad delliberandum et determinandum, quid sit agendum et procedendum super provisione v sapientum super facto Jurech et filii et suorum sequacium et hominum Punte? usque ad diem martis proximum.

Die xxx madii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit de donando domino Andree de Rissa presbitero et cancellario Stagni de avere communis yp̄p̄ x.

Anno domini mcccxlvii indictione xv die viii junii. In consillio rogatorum, in quo quidem consillio interfuerunt xxxviiii consilliarii, captum fuit et firmatum eorum nemine discrepante, quod ad presens lignum et vachetta (!) comunis armetur et mittatur et vadant discurendo circumcircha Pontam Stagni et vadat usque ad Stagnum a latere maris Narenti et ybidem remaneant dicta ligna et ibi descenda(nt) homines armate et redeant Ragusium.

Item in dicto consillio captum fuit, quod per dominum comitem et suum parvum consilium elligantur tres nobiles homines sapientes et provisores ad providendum, inquirendum et persenciendum totum illud quod specta(t) vel spectare posset ad statum et conservationem et custodiam et bonum statum Stagni et tocius Ponte, et quidquid ipsi providerint reducere debeant ad dominum comitem et suum parvum consilium et totum illud quod dominus comes cum suo minori consillio deliberaverint circha predicta sit firmum et ratum, et durare debeat eorum officium usque ad sex menses.

Pasqua de Goce, Give de Saracha, Sime de Benessa, provisores predicti, electi in minori consillio.

Anno domini mcccxlvii ind. xv die xi mensis junii. In consillio minori sono campane ut moris est congregato, ex virtute eis data a consillio rogatorum capta fuerunt et firmata, infrascripta capitula, adinventa per supradictos provisores nemine ipsius minoris consillii discordante. Imprimis quod duo nobiles viri boni et maturi consilii mittantur provisores ad Stagnum, qui simul cum comite Stagni habeant curam et custo-

diam Stagni et tocius Ponte, et quod comes Stagni absque consillio dictorum provisorum neque dicti provisores absque consillio ipsius comitis nichil possint facere de his, que spectant vel pertinent ad custodiam et conservationem dicti loci, verum illud quod per maiorem partem illorum captum erit debeat executioni mandari. Intelligendo quod per hanc reformationem nichil subtrahatur vel minuatur dicto comiti de his, que spectant ad suum regimen. Et capta fuit hec pars nemine dicti consilii discordante.

Item captum fuit in dicto consillio, quod capitaneus Terstenice teneatur et debeat executioni mandare et mandari facere omnia, que sibi per comitem Stagni et dictos provisores comissa fuerint. Item quod comes Stagni cum dictis duobus provisoribus providere debeant de omni laborerio oportuno ad presens ad deffensionem et custodiam dicti loci, et presentire de omnibus et casibus qui presentiri possunt quorum causa missi sunt, et omnia nova et omnes casus quos presentire poterunt de presenti teneantur et debeant significare dominationi. Item quod una bona et sufficiens persona de presens vadat in Nevesignam ad presenciendum quo iverunt ad presens barones dicte contrate et qua de causa, quamvis speretur quod dictus numptius dictos barones inveniet de dicto itinere esse reversos.

Die xxv junii. Helias de Sauina in minori consilio, sono campane more sollito congregato, electus fuit ad faciendum fieri panem pro comuni de frumento comunis macagnato (sic) cum ordine qui dabitur ei, qui juravit etc.

Die xxv dicti mensis (junii). In consillio majori, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consillio interfuerunt lxii consilliarii, ad laudem omnipotentis dei et ob reverentiam preciosi corporis beatissimi santi Blasi martiris protectoris et gubernatoris huius civitatis et ad perpetuam memoriam illius diei, in quo brachium dicti martiris applicuit Ragusium captum fuit et firmatum, quod in perpetuum omni anno in tali die fiat solepnitas traslationis et adventus dicti brachii hoc modo videlicet: quod in vigilia ipsius solepnitatis ellevetur stendale cum vexillo S. Blasii. et quod consiliarii minoris consilii sub pena sacramenti in dicta vigillia teneantur adsociare et ire cum domino comite ad ecclesiam catredalem ad vesperas, et mane sequenti dicti consiliarii similliter teneantur sub dicta pena adsociare et ire cum domino comite ad missam ad dictam ecclesiam chatredalem cum duobus dobleriis librarum xxv pro quolibet. In quo die tesaurerii S. Marie teneantur foras extrahere dictum brachium cum aliis reliquis sancti Blasii de die claro et non de nocte, et quod de quanto durat dicta solepnitas nullus audeat post tercium sonum campane ire per civitatem contra formam statuti. Et quod tribus diebus ante dictum diem et tribus diebus post ipsum diem omnes persone qui sunt debitores comuni vel singularibus personis pro debito pecunie possint libere et secure venire Ragusium ad dictam solepnitatem et stare in Ragusio et suo districtu omnibus supradictis diebus sub illa franchisia que concessa est debitoribus in festo passionis sancti Blasii.

DIE XXV. JUNII. Marinus de Dabis in minori consilio, sono campane more sollito congregato, factus fuit messeta comunis eo modo ordine et conditione sicud alii messete comunis.

ADSIT PRINCIPIO VIRGO BEATA NOSTRO AMEN. ANNO DMI MILLESIMO CCCXLVII INDIT. XV, DIE XXVIII JUNII. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt LXX consiliarii, captum fuit et firmatum per XXXVI ipsorum consiliariorum, quod hospitale fiendum in Ragusio secundum reformationem maioris consilii fiat et fieri debeat, incipiendo a muro civitatis juxta ecclesiam sancti Nicole et eundo versus ponentem per longitudinem usque ad duos ordines domorum lignaminis versus ponentem, ex quibus proiciantur VI domus lignaminis et vadat cum amplitudine a pelago ad montem passus V.-usque passus VI cum via, dando eidem hospitali illud terrenum vaccuum quod est post domum Cere ubi tenent lignamen.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per LXVIII ipsorum consiliariorum, de dando plenam et liberam potestatem, auctoritatem et baliam domino comiti et suo minori consilio posse restaurare et emendare et satisfactionem facere de denariis, quibus construi debet hospitale omnibus illis personis quibus dissipabitur domus pro dicto hospitali fiendo et pro omnibus expensis, que ocurerint fiende pro reactatione ipsarum aut pro assignando eis aliud terrenum, omni via et modo et sicut et quantum videbitur eis omnibus computatis.

MCCCXLVII IND. XV DIE XXVIII JUNII. Hellia de Lucarce, Mate Spadero, Syrace pillicero, tutores heredis Veselchi marinarii della Ponta nati ex prima uxore ipsius Veselchi.

Vole de Volco, Marinus Pauli de Sorego, Marince de Ceria, Vale de Scharichio, capitanei mensis Julii.

Tomas de Dersa, Gabriellus de Gleya, super margarisio exigendo.

ANNO DOMINI MCCCXLVII DIE PRIMO JULII. In minori consillio sono campane ut moris est, captum fuit, quod Mate de Ribica nomine comunis vadat syndicus Otrentum et ad capud Otrenti cum infrascripta comissione, videlicet quod in dictis partibus dictus Mate emat pro comuni usque staria duomillia de furmento novo merchatante dando dicto sindico libertatem quod possit emere starium ad mensuram Ragusii usque grossos XXI et non plus missum in lignum faciendo racionem ad ducatos ad grossos XXIIII pro ducato. Item comissum fuit dicto sindico quod in dictis partibus debeat inquirere et tractare si in partibus illis essent persone una vel plures que vellent se obligare conducere furmentum novum et mercatante Ragusium usque ad staria duomillia per totum mensem Septembrem proximum cum pacto et obligatione quod comune Ragusii teneatur dictum furmentum emere a dictis personis ad rationem de grossis XXI pro stario ad mensuram Ragusii faciendo racionem ad ducatos aureos ad grossos XXIIII pro ducato, et faciendo pachamentum de dicto furmento infra decem dies postquam ipsum furmentum exoneratum erit in Ragusio. Et si aliqua ex dictis personis nollet furmentum suum vendere comuni, modo quo supra dictum est, sed vellet illud fur-

mentum vendere ad suam venditam in Ragusio sit in eius albitrio vendendi illud sicud sibi placuerit et tunc et in eo casu comune teneatur illi qui voluerit furmentum vendere ad suam venditam dare seu donare pro quolibet stario furmenti grossum unum, verum sciendum est quod omnes ille persone que conducere voluerint furmentum Ragusium modo quo supradictum est, teneantur et debeant infra tercium diem postquam eorum furmentum applicuerit Ragusjum denuptiare domino comiti et suo minori consillio si vult illud vendere comuni vel vendere ad suam venditam sic ut supra specificatum est; qui si non denuptiarent infra tercium diem, ut dictum est, comune sit in suo albitrio recipiendi dictum furmentum et non recipiendi. Insuper comissum fuit dicto sindico, quod si quis vellet conducere fabas Ragusium, dictus sindicus possit promittere nomine comunis usque medium grossum pro quolibet stario fabe conducto Ragusium per totum mensem septembrem proximum

Mate de Ribica syndicus predictus in minori consillio electus fuit ad eundum dictum viagium, qui habere debet pro suo sallario pro primo mense ad rationem de yperperis xxx, et abinde in antea habere debet in mensem ad racionem de yperperis xxv suis expensis; salvo quod comune debet solvere expensas barchagi et equorum. Qui recersit ad suum viagium presens mensis Julii, die tercio.

Die sexto julii. xv ind. Gauce de de Pocca per dominum comitem, Vxor Marini de Preslica per Nissam de Saracha, Lena vxor Priasni de Ragnina per Petrum de Ragnina, Vxor Give de Martinusio per Petrum de Picurario, sallinarii dati per dominum comitem et suum parvum consilium.

Die predicto. In minori consillio, sono campane ut moris est, captum fuit, quod quilibet Vlacus slavus et quelibet alia persona, que voluerit conducere Ragusium furmentum novum et bonum usque ad festum sancti Martini proximum, habeat a comuni Ragusii salmas quatuor salis pro una salma furmenti, et hoe durare debeat usque ad dictum festum S. Martini.[1]

Die predicto. In dicto minori consillio captum fuit ad instantiam quorundam de Dulcigno volentium venire cum eorum mercationibus et cum blado Ragusium, qui venire non poterant propter certas represalias, quas homines de Ragusio habent supra comune et homines Dulcigni, quod quelibet persona dicte civitatis et districtus Dolcigni pos sint venire Ragusium cum omnibus eorum merchationibus solvendo duo pro centenario de omnibus mercacionibus, que ammodo in antea conducent Ragusium donec dicte represallie fuerint solute et satisfacte cum hac tamen conditione: quod primi denarii qui exigentur de represalliis predictis soluatur totta racio quam habere (debet) dominus Dardi Contareno ocasione dictarum represalliarum et ab inde in antea solvantur et satisfiant represallie hominum Ragusinorum.

Die xxi julii. In minori consilio sono campane more sollito congregato Matheus Marini de Mence et Petrus de Picurario fuerunt electi

[1] In margine. Banita fuit dicta reformatio per Laurentium.

sindici ad eundum ad partes Constantinopolis et circa partes illas cundum comissionem eis datam cum salario eorum itineris et expe rum suarum et pro salario famuli et expensis famuli (?) ypp. c quolibet ad soluendum naulum et expensas contra occurentes fiendas facto; die primo augusti secesserunt.

In dicto minori consilio sono campane more sollito congreg Mathe filius condam Niffichi de Bodacia fuit electus sindicus ad Di lum cum salario ypporum xx omni mense quanto staret cum uno fam sufficienti ad voluntatem domini comitis et sui minoris consilii. Exp ipsius Mathe ... primo augusti secessit.

Die xxv mensis julii. Petrus de Tecla in minori consil sono campane ut moris est, factus fuit civis juratus Ragusii, qui jur in hunc modum: Juro ego dictus Petrus ad evangelia santa dei esse cetero fidelis domini ducis Venetiarum, comitis et comunis Ragusii, promitto et me obligo de cetero facere omnes factiones comunis Rag reales et personales sicud ceteri cives Ragusii facere tenentur.

Die xxv julii, xv, ind. Phylippus filius de Tinodar in minori c sillio, sono campane ut moris est, fuit factus civis Ragusii, qui ju in hunc modum: Juro ego dictus Phylippus quod ab hodie ero fi domini ducis Venetiarum, domini comitis Ragusii, dominationis et c nis ejusdem civitatis Ragusii et facere omnes factiones reales et pe nales que et sicud faciunt ceteri cives Ragusii.

Die jovis xxvi julii. In maiori consilio, sono campane sollito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxxxi consil captum fuit et firmatum per xlviii ipsorum consiliariorum de dand concedendo licenciam nobilibus hominibus de Ragusio volentibus facere beccariam, sicud consueverunt ante reformationem factam non facerent, et hec licencia duret usque ad carnispriuium proximum in carnispriuio autem providebitur sicud videbitur providendum.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per lxx ipsorum consiliariorum quod Give de Sorento possit vendere ad Stag xvi vel xvii vasa vini que habet, vendendo a xx infra, dando co Ragusii dictus Give ducatos xxv.

Item in dicto maiori consilio captum fuit pro maiori parte consilii quod Thadeus de Petregna sit et esse debeat comes Stagni sex mensibus futuris incipiendo tempus quando finiet Give de Tedu expulsis de consilio illis qui non potuerunt nec debuerunt interesse p ter consanguinitatem secundum formam statuti.

Anno Dni mccclxvii ind. xv. die xxvi julii. In maiori consil sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio i fuerunt lxxxxiiii consilliarii, captum fuit eorum nemine discord quod pro comodo et utillitate portus Ragusii et pro conservacione giorum et reparatione fortune maris que dictis navigiis magna disp inferebat, quod de presens fiat unus gettus magnorum lapidum de

incipiendo a pede turris, que fit modo de novo super molo et eundo ..us grecum pass. xxv ut dictum est. Et circha pedem dicte turris s alius gettus paruus pro conservatione dicte turris. Item quod ..s portus evacuetur et mundetur utcumque fuerit oportunum. Item a persona de cetero audeat tenere in portu Ragusii vel circha pe- vel laborerium petrarum lignaminis, laborerium lignaminis, calcinam aliquid aliud quod impediat dictum portum, et si quis ad presens dicto portu haberet vel teneret aliquid de predictis rebus debeat seu illas ellevasse et sgombrare hinc per totum mensem septem- m sub pena yperperorum v. pro quolibet contrafaciente, et quod a to s. Michaellis proxime venturo in antea nullus audeat tenere ali- d de predictis in dicto portu ultra octo dies sub dicta pena et ultra o dies sub dicta pena, et ultra dictam quantum placuerit domino comiti iere facienti contra predicta vel aliquid predictorum. Item quod catena tus, que jacet in fundo maris in porta, extrahatur de fundo et redu- ur in pristinum statum. Item captum fuit ad hoc, ut compleantur era supradicta, quod mittatur pro uno experto magistro per dominum mitem et suum paruum consilium cum illo sallario, pactis et condicio- us sicud eidem domino comiti et suo minori consilio visum fuerit.

Item captum fuit in dicto maiori consillio ad hoc, ut habea- pecunia unde possint fieri opera supradicta, quod omnia navigia que t portate milliarium sexsaginta et ab inde supra solvant doane s(ancte) ari)ė per diem ad (!) de yppis tribus pro mense de quanto steterunt viagio. Et omnia alia navigia et barche magne et parve que sunt tate ab inde infra solvant dicte doane secundum formam statuti, de doana medietas sit operum supradictorum donec dicta opera fuerint npleta et reliqua medietas sit pro opere sancte Marie. Et insuper d totus introitus zectus cere accipiatur pro dictis operibus faciendis.

Die xxviii julii. In minori consilio sono campane more sollito gregato, Jache de Giorgio factus fuit sindicus ad eundum Narentum comissione emendi frumentum pro comuni et cum salario yperpe- um xx primo mense et yperperorum xv posmodum aliis mensibus de nto steterit; qui juravit etc.

Die ultimo mensis predicti (julii). Racoe Micolich de Trebigna er Ballan, in minori consillio factus fuit civis Ragusii, qui jura- fidellitatem domini ducis Venetiarum domini comitis et comunis Ra- ii, promisit et juravit fidelliter facere omnes factiones reales et per- ales sicud faciunt et facere tenentur ceteri cives Ragusii.

Die primo augusti. In consilio rogatorum, sono campane more ito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxx consiliarii, tum fuit et firmatum pro maiori parte dictorum consiliariorum, quod ghissa Bogoevich debeat ire ad Curzholam et ibi stare et morari et ire Ragusium cum hac condictione, quod non possit secedere de Ra- io ad eundum Curzolam sine licentia dominationis, que nunc est et per tempora fuerit, et de Curzola non possit venire Ragusium sine ntia comitis Curchole, et quod tam veniendo Ragusium quam eundo rcholam non possit ire vel venire nisi cum navigio ragusino.

Item in dicto rogatorum consilio captum fuit et firmatum per xx. quod dictus Draghissa non possit facere vel frangere confinia sibi data sub pena ad voluntatem consilii rogatorum.

Item in dicto consilio rogatorum captum fuit et firmatum per xxvii ipsorum consiliariorum, quod Bratoslavus presbiter slavonescus de Stagno possit reverti et stare in Stagno sicud promittit non eundo ad aliquas partes extra Stagnum sine licentia expressa comitis Stagni qui nunc est vel per tempora fuerit.

Die vi augusti. In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxvi consiliarii, captum fuit et firmatum eorum nemine discordante, quod pro furniendo civitatem blado fiat ad presens unum improntum yperperorum quatuor millia cum condicione expressa, quod comune teneatur dare et designare gabellam vini pro yperperis duo millia anuatim merchatoribus illis qui facient seu imprestabunt dictum improntum et etiam illis mercatoribus qui fecerunt improntum sub tempore domini Leonardi Mocenigo olim comitis Ragusii, quam gabellam dicti merchatores habere debeant a festo s. Michiellis proximi in antea; et illam debeant tenere pro dicto precio anuatim, donec eis satisfactum erit de eorum impronto, videlicet de presenti et de illo quod factum fuit sub tempore dicti domini Leonardi. Item captum fuit nullo discordante, quod presens improntum yperperorum mmmm sit sub illa obliga et ligamine sub qua est improntum factum tempore dicti domini Leonardi, salvo semper quod in albitrio sit domini comitis et sui minoris consilii presentis et qui per tempora erit improntum totum videlicet presens et quod factum fuit tempore dicti domini Leonardi restituere si voluerint merchatoribus qui illud improntaverunt et reschattare dictam gabellam vini a dictis mercatoribus de dicta pecunia massarie et non pro alia causa.

Item in dicto maiori consilio captum fuit, quod pro furniendo terram blado, elligantur per dominum comitem et suum paruum consilium duo syndici pro comuni, qui ire debeant pro blado Sicilliam et ad alias partes secundum comissionem que dabitur eis. Et quod nullus qui electus fuerit ad dictum syndicatum possit illud refutare sub pena yperperorum centum, non obstante forma statuti, quod solum ponit super hoc penam xxv yperperorum. Et insuper si electus ad dictum syndicatum iverit per plateam non possit se recusare a dicto syndicatu aliqua infirmitate nec aliqua alia excusatione vel causa sub dicta pena yperperorum c.

Ursius de Canmagno, Matheus de Ribica, in minori consilio electi fuerunt syndici comunis ad eundum pro blado et faciendum secundum eorum comissionem, qui habere debent pro primo mense a comuni pro quolibet ipsorum yperperos xl et abinde in antea habere debent pro quolibet eorum grossos xii in die de quanto steterunt in dicto syndicatu ad eorum expensas in eundo, stando et redeundo salvis expensis pedagiorum, equorum et scripturarum pertinentibus ad factum dicti syndicatus quas solvere debet comune.

Die vi dicti mensis augusti. Andreas de Lucari, Blasius de Bodaca

Nico de Cavernico, Nico de Volco, Mateus Junii de Mence, in minori consilio autoritate eis data a maiori consilio, ut supra, electi fuerunt officiales ad imponendum ad presens unum improntum yperperorum quatuor millia in CL. personis procedendo secundum quaternum et ordinem impronti facti sub tempore domini Leonardi Mocenigo comitis precedentis, qui prefati officiales si in dicto quaterno reperirent aliquos qui ab illo tempore usque nunc substinuerunt tantum sinistrum in factis suis quod eius substantia non potest tollerare improntum eis factum, possint alleviare illis talibus de eorum improntu quantum fuerit justum secundum eorum possibilitatem. Et si in dicto quaterno reperirentur persone, quorum facta deus prosperasset in melliorem statum debeant illis talibus augere improntum secundum eorum facultatem. Et insuper si reperirentur persone in civitate que non essent scripte in dicto quaterno que essent sufficientes ad faciendum dictum improntum, proud sunt illi qui sunt de novo CL. predicto debeant ilios scribere et imponere eis de dicto improntu secundum eorum facultatem.

DIE PREDICTO. Uxor Marini de Villano per Andream de Bodacca, Mare de Che(r)pa per Matheum de Giorgio, Uxor Pauli de Martinussio per Paulum de Basti, Uxor Andree de Slauce per ser. Petrum de Ragnina, Soror Laure de Marcus per Giore de Chaboga, Matheus Luce de Bincola per dominum comitem sallinarii.

DIE PREDICTO. In consilio rogatorum captum fuit, quod dominus comes cum suo minori consilio habeat libertatem de dando et donando Strachine domino Trebigne et Chanalis illud, quod sibi videbitur convenire.

DIE VI DICTI MENSIS AUGUSTI. In minori consilio, sono campane ut moris est, captum fuit et firmatum, quod gallea, que itura est cum syndicis in Sicilliam armetur infrascripto modo et cum infrascripto soldo: imprimis habere debeat unum comitum, qui habere debeat in mense et ad racionem mensis yp̄p̄ XV. Item habere debeat dicta gallea quinque nauclerios, duos scribanos, quorum scribanorum officium sit scribere omnia scribenda et facere massariam, callafatum unum, marangonum unum, ballestrarios sex, qui omnes predicti habere debent pro quolibet in mense et ad rationem mensis yp̄p̄ quinque.

Item captum fuit in dicto consilio, quod quilibet homo a remo dicte galee habere debeat pro suo soldo in die follaros XXXVI et panaticham a comuni.

Item in dicto consilio captum fuit, quod pro dicta galea armanda accipiantur de tribus insulis homines centum. Et de tota astaria accipiantur homines quinquaginta.

Ursius de Canmagno et Petrus de Bucignolo, in minori consilio, fuerunt electi ad eundum scribere homines centum per insulas. Jache de Mence . . . . per totam astariam scribere debentur personas L.

Paulus de Sycle (Syole?) capitaneus cum XXV hominibus ad custodiam Brenni et Zoncheti, Tomas de Stilo capitaneus cum XV hominibus ad custodiam Malfi, tempore vindemiarum.

Die vii dicti mensis augusti. In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxvi consiliarii, captum fuit per xxxvi ipsorum, quod dominus comes cum suo minori consilio haceat libertatem posse se convenire cum una vel pluribus personis illo modo et via que eis videbitur, quod Ragusium conducatur de vino forasterio usque vasellos xxx cum conditione quod ille qui promitet conducere dictum vinum teneatur illud condusisse Ragusium per totum presentem mensem augustum.

Die xvi dicti mensis (augusti). In maiori consilio, sono campane ut moris, in quo quidem consilio interfuerunt lxi consilliarii, posite fuerunt due partes: prima quod officium illorum trium officialium, qui sunt super deveto vini forasterii et della Ponta, removeatur ab eis pro isto futuro anno et comitatur ipsum officium justiciariis pro isto anno sequenti cum illis conditionibus et penis, quibus comissum fuit dictum officium predictis tribus officialibus; qui justiciarii habeant a comuni expensas barche et hominis quando ibunt extra civitatem ad faciendum eorum officium tassandas per dominum comitem et suum parvum consilium. Et secunda pars fuit, quod dictum officium remaneat in suo statu duraturum hinc ad unum annum. Et capta fuit secunda pars per xxxix eorum, non obstantibus xxii ballottis positis in contrarium.

Die predicto. Uuuce de Bucignolo, Mico Lucari de Bona, Vlaco de Marin de Slaui, sunt officiales super deveto vini forasterii et Stagni et Ponte electi in minori consilio cum sallario et conditionibus, quibus actenus fuerunt predecessores officiales dicti officii[1].

Die xxviii augusti. Noy Phylippo Horio Conte de Ragus(a) p(er) nuy et per lo nostro minore, magiore et generale consellio et per tutta

---

[1] Die viiii novembris. Giore de Chaboga, Nicola de Cavernico, Ursius de Sorego, tutores heredum Dame de Bucignolo et Pasque fratris eius accedentes coram domino comite et suo minori consilio, sono campane ut moris est congregato, exposuerunt quod pro utilitate et comodo dictorum heredum necesse erat, quod dicti heredes facerent generalem finem et remissionem Giunio de Dersia et filio suo Mise, eo quod visa racione inter eos dictus Junius et Mise nichil restabant dare dictis et heredibus. Et idcirco dictus dominus comes cum dicto consilio audita eorum iusta petitione concessit dictis tutoribus licentiam quod dicti tutores nomine dictorum heredum dictis Junio et Mise faciant generalem finem et remissionem dicti Junio et Mise prout eis videbitur esse necessarium. Et insuper concessum fuit dictis tutoribus quod possint de pecunia dictorum pupillorum exigere certa instrumenta debiti a Jure de Chaboga et ab heredibus Clementis de Goce que ipsi creditores habebant supra Pasqua et Dame de Bucignolo pro bono et evidenti utilitate dictorum pupilorum. Item concessum fuit dictis tutoribus posse facere finem omnibus cum quibus dicti Dame et Pasqua quacumque causa et ratione facere habuerunt usque ad diem obitus eorum.

la terra comettemo a voy Orse de Canmagno et Mate de Ribica, nobeli et diletti citadini nostri, che andare debiate nostri et de tutta la terra sindichi et procuratori affare et procurare quello che se contien in questa vostra presente comission. Imprima ve comettemo, che voy con questa nostra gallia armada debie andare in Cicillia et lacerchare se voi pode avere deneri apresa da una overo da plusor persone tanti deneri che intro li deneri della presa et li nostri deneri voy compere in fino stera quinque mille vel sex mille de formento in Cicillia per lo mellior merchado che aver lo pore, con questa condicion: chello formento che voi comprare con li deneri della presa vegna a risico et fortuna de mare et de gente delli comperadori infino nello porto de Ragus(a). E siando voy conti in Cicillia et voy trovesse navilii da nolicare debieli nollicare de presente no aspetando le nostre condurre prometendo li deneri della presa et lo nolo delli navilii adsignato lo formento in Ragus(a) allo più longo termene che voi pore. Ancora ve cometemo che oltra le ditte v mille vel vi mille stera de formento voi debie procurare se voy pode trovare in Cicillia persone che ve volesse fare vendita de formento a tal presio che vegnisse comperado lo staro de Ragus(a) da grossi xxx in çu a tutte spese et nolo et resego et fortuna delli venditori comperando per lo dicto modo tanto che intro questo et la quantitade dicta de sopra nuy abiemo in fino stera x mille de formento prometendo lo pagamento dello dicto formento allo più longo termene che voy pore condutto et adsignato in Ragus(a). Et se in Sicillia fosse persona che volesse condure in Ragus(a) formento a suo risego et fortuna posseli promettere uno grosso per staro et possalo vendere in Ragus(a) a sua voluntade. Et se in tutto questo vostro viagio ve occoresse per gracia alguno navilio chargado de formento et voi posse far mercado con esso, debie comperare quello formento per lo mellior merchado che aver lo pore computando lo dicto formento nello numero delle sopradicte x mille stera de formento. Et se avenisse la qual cosa dio cessi che voy no posse trovare in Cicillia deneri a presa ne vendita de formento per nullo modo debie investire li nostri deneri in tanto formento quanto pillia la somma delli nostri deneri et cargeto in le nostre condure, et se ve avancasse formento debie nolizare algun navilio et cargelo et con esso veni a Ragus(a) lo più tosto che voy pode. Et se avenisse che voi no posse investire li nostri deneri in formento et posse avere orço in Cicillia, debie comperare orço in Cicillia tanto che sia la portada delli nostri navilii et no plu. Et mande lo dicto orço con li nostri navilii et per essi ne scrive vostre lettere ordenadamente. Et comprado lo dicto orço et cargado de presente con lo resto delli nostri deneri et con la nostra gallia debie andare in Turchia et nelle parte marine dela Turchia a comperare formento infino a quella quantitate che ditto est de sopra et per quello modo che nuy ve comettemo in Cicillia. Et se avenisse che in Cicillia no posse avere ne formento ne orço debie lassare in Cicillia al consolo vel ad altra persona segura tanti delli nostri deneri chelle nostre condure possano charegare de sale et ordene con quelle persone che diano li deneri alli paroni delle nostre condure et li paroni chargino de sale et vegnano a Ragus(a) et lasse vostre lettere in Sicillia che siano dade alli nostri

paroni per lo qual debiene scrivere tutto quello, che voi ave fatto vel spere de fare. Et fatto questo de presente ve debie partire con la gallia de Cicillia et andare in Turchia et comperare formento in quelle parte et cercha quelle parte in fino a quella quantitade che ditto è de sopra et per quello modo che se contien nelli capitoli de Sicillia. Et se avenisse che in Turchia et nelle parte marine della Turchia voi no posse trovare formento per nullo modo debie tornare a Ragus(a) insemble con la gallia. Ancora ve cometemo, che siando voy in Cicillia vel in Turchia et veçando che voi non pode nollizare navilii così de presente co fa per besogno debie spaçar la gallia et mandela a Ragus(a) lo più tosto che voy pode et voi con le vostre persone remagni affare et procurare quello che in la vostra comission se contien. Et in queste cose ue parte siche per merite voy ne sie racomendadi. Et sovra lo fatto della gallia così ve comettemo che siando in Cicillia vel in Turchia voy ve debie consilliare con Savino et con Give de Crancha sello ve pare de tegnir la gallia la vel de remandarla a Ragus(a) de presente questo lassemo in vostra et in la loro discrecion affare sicomo voi che credere che sia melio et più utele per li fatti et segondo li chasi che possono avenire. Et se avenisse caso che voi no posse avere in Cicillia se no tanto formento quanto fosse la investida delli nostri deneri, debie cargare li nostri navilii per lo modo dicto de sopra, et se ve avancasse formento debie cargare la nostra gallia tanto quanto ve pare che sia salvamento della gallia et mande la gallia avanti delle condure.

Ancora ve cometemo che in fino che Savino de Bonda sopracomito della nostra gallia est con voy si in Sicillia como in Turchia et in ogni parte andando et tornando debie con suo consellio fare tutto quello che apartien alla vostra comission et sindichato. Niente de meno abudo lo suo consellio voy sindichi fe quello che ve par che sia lo mellio per li nostri fatti no obstante lo consellio dello dicto Savino. Et se caso avenisse chella gallia nostra abesognasse de alguna cosa de necesitade, debie dare a Savino per la dicta besogna delli deneri dello comune li quali ave con voy. Et imperochelli casi sono varii et diversi et nolli podemo prevedere ne scrivere in questa vostra comission demove pleno albitrio de fare et procurare in questo vostro syndicato tutto quello che voy crede che sia ben de questi fatti per li qual voy ande nostri syndichi sapiendo che nuy averemo che sia ben fatto tutto quello, che voy fare purche nuy abiemo e siemo fornidi de quello che se contien in questa vostra comission.

Die xxx augusti. In consilio rogatorum, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt xxxiiii consiliarii, captum fuit et firmatum nullo eorum discordante, quod dominus comes cum suo minori consilio habeat liberam auctoritatem et balliam imponendi et faciendi preceptum in generali et speciali cuilibet civi et fideli et subdito dominationis et comunis Ragusii in quocumque loco constituto precipiendo eisdem et cuilibet ipsorum in generali et speciali quod totam illam blauam quam ipsi vel aliquis eorum haberet ad presens in aliqua parte extra districtum Ragusii non debeant illam vendere alicui persone nec mittere illam ad aliquem locum, sed teneatur blavam

illam quam ad presens habent vel de cetero habituri sunt in quacumque parte mittere Ragusium. Et contra facientes quod dominus comes cum suo minori consilio possit procedere contra eos et eorum filios et heredes in avere et personis de iure et de facto prout eis videbitur et placuerit.

Dicta die. Laurentius preco comunis de mandato domini et sui minoris consilii ex virtute et auctoritate eis data a consilio rogatorum, gridavit in locis solitis, quod quecumque persona civis Ragusii subditus et fidelis comunis Ragusii et dominationis eiusdem, in quacunque parte constitutus, habens ad presens bladum vel qui de cetero habiturus est extra districtum Ragusii in quocumque locorum, debeat illam de presenti conducere seu conduci facere Ragusium et non possit illam vendere alteri persone vel mittere ad alias partes quam Ragusium nec de ipsa facere aliquam comutationem, transmutationem vel cambium modo aliquo vel ingenio, et si factum esset, debeat illam revocare sub pena perpetui banni illorum qui contra facerent et suorum heredum et filiorum.

Eodem die. Ex parte domini comitis et sui minoris consilii misse fuerunt littere Climento de Dersia et Bisti de Bona precipiendo eis et cuilibet eorum quod totum illud bladum quod habent ad presens vel de cetero habituri sunt de presens mittere illud debeant Ragusium sub pena perpetui banni ipsorum et filiorum suorum.

Die ultimo augusti. In consilio rogatorum, sono campane ut moris est congregato, posite fuerunt due partes: prima fuit, quod galea armata cuius est supracomitus Give de Crancha, vadat in Siciliam et ad alias partes pro facto bladi, ut et sicud domino comiti et suo minori consilio videbitur, et secunda pars fuit quod dicta galea remaneat et non vadat; et capta fuit prima pars per xxiii ipsorum non obstantibus xviiii balotis positis in contrarium.

Die xxxi augusti. In maiori consilio, sono campane ut moris est congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxxiiii consiliarii, captum fuit et firmatum nullo ipsorum discordante, et data et concessa fuit libertas domino comiti et suo minori consilio eligendi unum et plures ambasiatores, syndicos, officiales et alias personas quovis nomine noncupentur pro facto et super facto bladi habendi, inquirendi et procurandi quocumque modo et in quibuscumque partibus causa fulciendi civitatem; et quod nullus illorum qui predicta causa fuerit electus possit ellectionem de ipso factam recusare sub pena ducentorum yp̄p̄; et si ille electus faceret aliquam excusationem pro aliqua iusta causa, quod sua excusatio et causa debeat aprobari per sacramentum electi et per sacramentum medicorum et per tres partes minoris consilii.

Die vii septembris. Give de Cereva, Give de Resti, Maroe de Dersa, in minori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt massarii frumenti comunis pro uno anno.

*

Jure de Caboga, Andreas de Bodacia, Give de Resti, in minori consilio, electi fuerunt exactores et recollectores pecunie venditionum gabelle vini et solucionum mercatoribus, qui fecerunt improntum secundum reformationem pridie factam.

Die octavo septembris hujus xv ind. In minori consilio, sono campane ut moris est, captum fuit et firmatum, quod condura cuius est patronus Marinus de Marcolino et condura cuius est patronus Budoe, ambe simul et in una conserva vadant in Siciliam et recta via nullo alio mutato viagio vadant in Saragosam, et ybidem in Saragosa honerare et facere debeant secundum quod syndichi communis Ragusii dictis patronis mandaverint et illis obedire debeant in omnibus et per omnia. Qui Marinus patronus predictus super dicta condura et ad dictum viagium in eundo et redeundo habere debet suis omnibus expensis marinarios viginti computato famulo. Et dictus Budue habere debet super sua condura ad dictum viagium eundo et redeundo marinarios xvi computato famulo, de quibus comune solumodo solvere debet soldum duorum marinariorum ex illis. Que condure predicte habere debent de naulo furmenti grossos iiii pro stario frumenti conducti Ragusium, et pro stario ordei grossos iii et pro stario fabe et alterius leguminis ad rationem furmenti. Et debent recedere de Ragusio ad dictum viagium die viiii septembris huius xv indictionis per totum diem sub pena yperperorum xxv pro qualibet condura.

Die xii septembris. In maiori consilio, sono campane ut moris est, in quo quidem consilio interfuerunt lxiiii consiliarii, captum fuit per lx ipsorum, quod de presenti imponatur unum improntum ypp duorum millium in illis personis quibus impositum fuit aliud improntum his diebus proxime elapsis pro recuperando bladum, cum hac conditione: quod massarii comunis debeant dictum improntum restituere merchatoribus de primis denariis qui extrahentur vel exigentur de massaria comunis et quod hoc improntum nulla de causa possit poni maius nisi pro facto furmenti vel pro facto pertinenti ad recuperationem furmenti.

Kalendis mensis octubris die primo. Judices maioris curie: Vita de Ceria (Pasqua de Goce), Giugno de Giorgi, Give de Saracha, Marinus Lucari de Bona, Nicola de Lucari.

Consiliarii minoris consilii: Marinus de Bincola, Sime de Benessa, Petrus de Pocca, Nico de Jacomo de Sorego, Dobre de Mence, Nico de Nicola de Gondola, (Jache de Mence, Mathe de Grede die primo madii) Viticus de Goce.

Advocati maioris curie: Give de Crancha vicarius, Nicola de Cavernico vicarius, Gabrielus de Gleya, Nico de Cavernico.

Advocati minoris curie: Nicola de Posesta, Give Lucari de Bona.

Advocati a d. v madii: Savo de Bonda, Ursus Niffichi de Bodacia.

Justiciarii: Sime de Grede, Giore de Gleya, Bene de Gondola, Nissa de Saracha, Give de Giugno de Giorgi, (Nifficus de Galoco die xxvii marcii, Petrus de Baugella die primo madii.)

Advocati comunis: Marinus Junii de Bona, Simon de Bincola, Give Pauli de Gondola, Mathe de Dersa, Mathe de Marino de Mence.

Judices parve curie: Martolus de Scharichio, Vlaco de Resti, Felice Pasque de Grede, (Give de Vilano die xxii mensis julii).

Advocati parve curie: Pasqua de Brissig(n)a, Marinus de Dabro, Felice Pasque de Grede die xii mensis julii.

Camarlengi: Tomas de Petragna r(efutavit), Maroe Nalis de Cereva, Give filius Todori de Bodaca, Prode de Bissig(n)a die xvi octubris, Thomce fil. condam Martinussii de Mence d. xiiii madii, Matias fil. Niffichi de Bodacia, Nicus fil. Dobre de Binciola.

Fondacharii: Dobre de Bincola, Sime de Maschagna, Vita de Gleya.

Procuratores sante Marie: Nicsa de Juno de Lucari, Nicola de Volco remansit, Nicola de Mence, Pale de Resti, Mathe fil. Syme de Benessa.

Passatores extra civitatem: Marinus Junii de Sorego, Give Nicole de Gondola, Mico Lucari de Bona, Martolus de Cireva.

Passatores in civitate: Vita de Bincola, Give de Babalio.

Super terrenum et sale comunis: Vole de Volco remansit, Nale de Cireva, Laurica Stepe de Sorego, Mathe de Mence de Mence, Laurica Dellgallo, Maroe Dime de Mence.

Super custodiendo navigia portus: Nicolica de Martinussio, Mate Junii de Mence, Giorgius de Giorgio, Mate Fellicis de Grede die vii decembris, Nicola Pauli de Gondola, Micus Vitalis de Petregna die primo madii, Mathe de Dersa die primo madii.

Supra laborerium turrium: Andreas de Bodacca, Mate I. de Mence, Andreas de Petragna, loco ser Pauli de Gondola (die xx novembris), Nicola Pauli de Gondola, loco Mate I. de Mence (die xxxi decembris), Maroe Junii de Mence.

Super cecham: Maroe Martoli de Cireva, Marinus de Volco, Nico de Andrea de Sorego, Jache de Crosio, Frano de Bodacia (die xxvii madii), Maroe Nicole de Mence (die primo madii).

Supra pondus furmenti: Jacobus de Matessa, Marinus de Spavaldo.

Judices partium Ponte: Nifficus de Galocco, Vita de Ceria, P. de Bisiga.

Super custodiam civitatis: Marinus Pauli de Sorego, Laurica de Bodacca, Valcus de Mence.

Scribanus beccarie: Thomas de Stilii, Vita fil. Gabrielli (die xxiii madii).

Scribanus doane: Pasche fil. Petri de Picurerio, Unuce fil. Jacobi Matesse (die xxiii madii).

Consilium rogatorum: Paulus de Gondola, Dobre de Bincola, Gabriellus de Gleya, Simon de Bincola, Give Nicole de Gondola, Luce de Lucari, Marinus Junii de Bona, Nicolica de Martinus, Give Junii de Giorgio, Maroe Junii de Mence, Give de Cireva, Nico Andree de Sorego, Giorgi ser Mathei de Giorgio, Martolus de Cireva, Nale de Cireva, Vita de Ceria, Nico de Cavernico, Blasius de Bodaca, Andreas de Lucarce, Fellice de Matissola, Give de Teudisio, Giore de Gleya, Marinus Pauli de Sorego, Volc de Volco, Mate de Giugno de Mence (Posterius additi), ser Petrus de Ragnina, s. Nicola de Mence, s. Pale de Resti, Give Poli de Gondola, s. Matheus de Giorgio, s. Marinus de Volco, s. Andreas de Bodacia, Nicsa de Saraccha, Jure de Caboga, Micus Lucari de Bona, Marinus de Sorco, Mathe de Grede, s. Petrus de Ragnina, Junius de Dersa, Give Lucari de Bona, Nifficus de Galoco, Maroe de Goce, Mence Petri de Mence, Lucas de Gambe, Give Mathei de Giorgio, Mathe de Benessa,

Frane de Bodacia, Petrus de Bucignolo, Petrus de Baugella, Nicola de Grede, Ursus de Camagno, Marinus de Dersa, Viticus Mathei de Giorgio, Pasche de Goce, Maroe de Martolo de Cereva, Dobre de Mence.

Kalendis mensis octubris die primo. In maiori consilio, sono campane ut moris, et in quo quidem consilio interfuerunt LXIIII consiliarii, eorum nemine discrepante, data et concessa fuit plena libertas domino comiti et suo minori consilio furnire civitatem blado et furmento omni modo et omni via quibus eis vel maiori parti dicti consilii videbitur pro utili et comodo civitatis, que libertas duratura est hinc ad unum annum.

Eodem die. In dicto maiori consilio, data fuit libertas dicto domino comiti et suo minori consilio posse incantare et deliberare doanam maiorem comunis pro quanto eis videbitur et placuerit et pactis et conditionibus prout eis vel maiori parti dicti consilii videbitur usque ad unum annum.

Item in dicto maiori consilio, captum fuit, quod doaneriis presentibus et illis qui per tempora erunt, sit licitum presentare seu dare in scriptis domino comiti et suo minori consilio unum et plures scribanos beccharie, qui si domino comiti et suo consilio videbuntur ydonei dominus comes cum dicto suo consilio elliget et confirmabit unum ex eis in scribanum super bechariam qui sibi placuerit et quem duxerit ellegendum, qui si omnes essent recusati et non viderentur ydonei dicti doanerii, debent dare alios donec dederint unum talem scribanum qui placeat domino comiti et suo minori consilio.

Die primo octubris. Nale de Proculo, Bene de Gondola, Clime de Dersa, Andreas L. de Mence, capitanei custodie mensis octubris.

Infrascripti sunt officiales, qui debent ire per ynsulas ad inquirendum per singulas domus et familias ynsularum, quantum furmentum reperitur in qualibet familia et domo et reducere in scriptis per singula scribendo domos et chapita domus unaquaque per se, et quantum furmentum pro unaquaque familia, et sic per omnes insulas fiat et scribatur, et totum illud quod invenerint presentent in scriptis domino comiti et suo minori consilio.

Andreas de Petragna, Prode de Bisig(na), scriptores in Zuppana a capite levantis ellecti in minori consilio.

Petrus de Bucignolo, Cerne de Grede, scriptores in Zuppana ad capud ponentis electi in minori consilio.

Dime de Maschagna et Jache de Gondola, scriptores in Callafotio modo quo supra.

Nico filius Dobre de Bincola et Give de Ribica, scriptores in Callamoto modo quo supra.

Die secundo octubris. Martolus de Cireva in minori consilio, sono campane ut moris est, electus fuit ambaxiator Neapolim ad dominam reginam cum illa comissione que dabitur sibi a domino comite et suo

minori consilio. Qui habere debet pro dicto viagio yp̄p̄ centum computatis omnibus expensis sue persone et suorum famulorum. Verum si in dicta abassiata staret ultra duos menses, habere debeat ultra dictos yp̄p̄ c habere debeat grossos xii pro quolibet die de quanto steterit in dicta ambassiata ultra dictos duos menses.

Die v octubris. In minori consilio sono campane ut moris est congregato, captum, quod vadat pars ad maius consilium, quod quelibet persona tam civis quam forensis possit conducere et inchanovare salem in Ragusio ad suam voluntatem usque ad quinque annos sequentes non obstante aliquo statuto vel reformatione actenus facta super ordine salis, cum hac tamen conditione: quod licitum sit comuni de sale inchanovato in Ragusio cuiuscumque esset inchanovatio accipere tantum quantum sufficiet comuni pro suo comercho, accipiendo comune dictum salem pro rata illarum personarum qui habent salem inchanovatum, quem salem comune possit accipere et solvere ad rationem de quinque pro cente(nar)io minus eo precio quod sal tunc temporis valebit in Ragusio.

Die septimo octubris. Gergo f(ilius) Mathei de Petragna et Maroe Nicole de Goce, in minori consilio facti fuerunt officiales super custodiendo omni via et modo quibus melius fieri potest, quod nulla persona nostri districtus possit de Ragusio extrahere ultra unum copellum de furmento sive ordeo intra quatuor bochas et cum cedula et bulla. Et si quis contrafecerit perdat bladum et yperperum unum qualibet vice, et dicti officiales habeant medietatem pene et grossum unum a comuni pro quolibet eorum de quanto steterint in dicto officio quolibet die.

Die octavo octubris. Sime de Bincola, Give de Cireva, Give Pauli de Gondola, Mathe Junii de Mence, Mico Luchari de Bona, in minori consilio, sono campane ut moris, electi fuerunt provisores ad providendum et inveniendum modum et ordinem faciendi venire argentum in cecham et fabrichandi grossos et omnem aliam monetam sub illo conio et laga et pondere prout eis videbitur, et totum illud quod per eos provisum et inventum erit reducere debeant ad presens parvum consilium ad deliberandum super predictis illud, quod videbitur eis.

Die viiii octubris. Blasius filius Voyni factus fuit scribanus super condurra Grube de Ra(g)ni(n)a vocata s. Nicolaus qui iuravit etc.

Die x octubris. In maiori consilio, sono campane ut moris est, captum fuit sex ipsorum solummodo discordantibus, quod super tenorem litterarum quas Altoman(us), filius quondam Voyni, hodie direxit dominationi Ragusii, remittatur eidem Voyno copia dictarum suarum litterarum de verbo ad verbum rescribendo sibi ex parte dominationis quod si ipse Altoman(us) pro suo paregio seu viago indiget conduris, barchusiis vel barchis multi cives nostri servient sibi ad dictum suum iter pro denariis ypsius Altomani. Et licet hoc sit vetitum per nostros ordines et statuta nichilominus sui gra(tia) et amore concedemus licentiam omnibus nostris civibus quod possint sua navigia naulizare eydem Altomano pro dicto suo viagio faciendo.

Die xvii (octobris). In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt lxviii consiliarii captum fuit et firmatum per lxvii consiliarios de mutuando unam galeam comunis zuppano Altomanno suis expensis ocasione eundi cum ea ad suas nuptias, et hoc ob reverentiam litterarum domini imperatoris et amore ipsius Altomanni, excusando comune Ragusii a petitione quam ipse Altomannus facit, dicendo sibi mutuari de pecunia comunis pro armando partem dicte galee de tributo debito per comune Ragusii domino imperatori in pascate proximo, quodam ama(bi)li honesto et rationabili modo, non obstante una volendo de non.

Dicto die. In eodem maiori consilio, captum fuit et firmatum per lxv ipsorum consiliariorum de dando plenam et liberam potestatem domino comiti et suo minori consilio posse donare de avere comunis Altomanno predicto illud, quod eis videbitur et placuerit, in pane, vino et carnibus et aliis victuariis et de donando eidem Altomanno in eius reversione, quando conduxerit uxorem illud, quod eis videbitur de avere comunis pro honore eorum et eius.

Die predicta. Jacobus de Cascica in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit vicecomes Gravosii, Malfii et Umble, qui iuravit.

Die xxiiii dicti mensis. Vlattico, filius Ninoslavi de Vladimiro, in minori consilio, factus fuit scribanus supra condura, cuius est patronus Marinus de Zuppana, vocata s. Andreas, qui iuravit etc.

Dicta die. Matheus filius Junii de Dersia, veniens ante presentiam nobilis et potentis viri domini Phylippi Horio hono(rabilis) comitis et consilii sapientum super facto questionis, quam habuit comune Ragusii cum fr(atr)e Marino de Spaleto ep(iscop)o Carzallano in curia domini nostri pape, fecit et posuit coram eis et in dicto consilio racionem de omni quantitate pecunie que pervenit ad manus ipsius Mathei tanquam syndici et procuratoris dicte questionis in dicta causa tam pro expensis sue persone in eundo stando et redeundo de causa quam etiam pro expensis pertinentibus ad dictam litem factis per ipsum nostrum sindicum predictum, ydem dominus comes cum dicto consilio visa dicta racione contentavit, acceptavit et aprobavit dictam rationem et de ipsa ratione fuerunt contenti liberantes et absolventes dictum Matheum de omni pecunia et toto eo quod pervenit de avere comunis ad manus ipsius Mathei ocasione predicta facientes eidem generalem finem et remissionem et pactum de perpetuo aliquid non petendo.

Die xxvii octubris. Pale de Resti et Nicsa de Saraccha* et Lucas de Gambe, in minori consilio, sono campane more sollito congregato dati fuerunt tutores filio Francisci Speciarii.

Angelus de Macsy, Marcus della Slava et Paulucus Speciarius, dati fuerunt tutores filie Angeli de Macsy nate de prima uxore, filia quondam Draseni mercatoris.

Dicta die. In minori consilio, captum fuit, quod ille due
artes comunis que sunt in Cernagora vadant ad incantum pro quinque
nnis sequentibus ad affictum.

Die xxxi octubris. In maiori consilio, sono campane ut moris
t congregato, in quo quidem consilio interfuerunt cxiii consiliarii, quia
ta civitas et comune Ragusii erat in magna necessitate monete, quia
echa non fabrichabat monetam, eo quod argentum non veniebat in ce-
am secundum ordinem reformationis ceche, ideo in dicto consilio captum
it et firmatum per lxxv ipsorum, quod cecha monete ponatur ad in-
ntum et vendatur pro uno anno pro tanto precio quantum haberi po-
rit cum infrascriptis conditionibus, videlicet quod illi, qui dictam ce-
am emerint, teneantur et debeant sollicite facere et procurare, quod
ecimum tocius argenti, quod veniet Ragusium, veniat in cecham inqui-
ndo et scurtando omni via et modo quo melius sciverint et poterunt
mercatoribus conducentibus argentum dictum decimum secundum re-
rmationem actenus factam de dicto decimo et sub illa pena, que in
cta reformatione continetur, de qua pena medietas sit illorum, qui
nent dictam cecham et quarta pars ipsius pene sit comunis et reliqua
arta pars dicte pene sit illorum qui deputati sunt super dicta cecha.
super quod dicti officiales teneantur de dicto decimo inquirere, ut
ctum est. Et insuper quod ille persone, que dictam cecham ement a
muni, de dicto decimo nullum concordium seu pactum possint facere
m merchatoribus neque merchatores cum dictis emptoribus ipsius ceche
opter quod concordium decimum non veniet in cecham, qui si contra-
cerint, cadant ipsi et quilibet eorum ad penam, que in reformatione
che continetur, que tota pena deveniat in comune. Intelligendo quod
tum utile, quod sequetur de dicta cecha sit et esse debeat illorum,
i ement dictam cecham.

Die xxxi octubris. In dicto maiori consilio, captum fuit, quod
co magistri Nicolai physici, qui decessit, detur libertas domino comiti
suo minori consilio adsumere et mittere pro uno medico physico cum
o sallario et conditionibus prout ipsi domino comiti et suo minori con-
lio videbitur convenire, et captum (fuit per) centum vii eorum.

Die ultimo octubris. Vlado filius Ninoslavi in minori consilio,
ctus fuit scribanus in condura cuius est patronus Marinus de Zuppana
cata s. Andreas.

Die primo novembris. Vole de Volco, Slavcus de Lucha, Marinus
e Bausella, Tomas de Stilo, in minori consilio, facti fuerunt ca-
tanei custodie mensis novembris.

Die tercio dicti mensis (novembris). In consilio rogatorum,
quo quidem consilio interfuerunt xliii consiliarii. Eo quod domino
miti et suo minori consilio apparuit, quod Pasqua de Resti fecerit
ntra comissionem sibi comissam ad dominum banum Bossine; ydeo in
cto consilio rogatorum posite fuerunt due partes, et prima q(ue)

fuit quod dictus Pasqua fecit contra dictam eius comissionem, et alia fuit quod non fecit contra comissionem; et cognitum et captum fuit eorum nemine discordante, quod dictus Pasqua fecit et ivit contra suam comissionem.

Die IIII octubris (novembris?). Gergo Uitalis de Petragna, Niffico de Galoco, officiales super custodia furmenti quod non vadat contra ordinem et super dando polizias, et habere debent pro quolibet omni die grossum unum.

Dicto die. Angelus de Butica (?), Nicola Scrise, officiales ad faciendum panem pro comuni ad mensuram et pondus, quod comune habet de stario furmenti yperperos tres absolutos omni expensa, et debent habere de denariis massarie cemunis pro quolibet eorum et omni die pro dicto eorum officio grossum unum computandum in supradictas expensas.

Die IIII novembris. Laurentius preco comunis de mandato domini comitis et sui minoris consilii retulit, se gridasse ad molum et a ponte portus, quod nulla persona de cetero audeat ellevare tavorram portus que est incipiendo a domo Petri de Ra(g)ni(n)a usque ad molum non acostando se prope dictas domos per duos passus sub pena yp̄p̄ XXV pro qualibet vice et quolibet contrafaciente.

Die XV mensis novembris. In minori consilio, captum fuit, quod Nicolica de Martinussio cum aliis suis sociis officialibus super portum exigere debeant partem doane sancte Marie, que deputata est super repparationem portus.

Dicto die. In maiori consilio, sono campane ut moris est, quia cognitum fuit Pasquam de Resti qui fuit ambassiator ad dominum banum ivesse contra comissionem in eo, quod inde recessit contra mandatum comissionis et sine licentia domini comitis et sui minoris consilii, ne hoc factum de cetero ducatur in exemplum et ad terorem omnium quibus comituntur facta comunis ne persumant ire contra mandatum et eis comissa, captum fuit quod dictus Pasqua sit ad presens confinatus de Ragusio et ire debeat ad Stagnum et ibi stare tribus mensibus continuis pro pena et corectione dicte sue transgressionis. Et capta fuit dicta pars per LXXXI ipsorum.[1])

Dicto die. De mandato domini comitis et sui minoris consilii, sono campane ut moris est, incantata fuit pluribus diebus per civitatem cecha comunis per Laurentium preconem comunis. Et quia non inveniebatur quis plus vellet dare data et deliberata fuit Give de Crancha pro uno anno pro yp̄p̄ centum, qui annus incipit die XVI dicti mensis novembris cum pactis et conditionibus infrascriptis. Imprimis quod dictus Give non debeat neque possit se intromittere de officio nec de bricha

[1]) Obliteratum. In margine. Cassatum de mandato domini comitis quia observavit confines.

dicte cecche nisi in quantum pertinet ad faciendum venire decimum argenti in cecham et non plus, remanendo semper officiales comunis super cecha in suo officio sicud actenus fuerunt. Item quod officiales comunis super cecham debeant respondere et facere rationem de introitu et exitu dicte ceche dicto Give de Crancha, et totum illud quod erit de profictu et utilitate ipsius ceche factis expensis devenire debeat ipsum Give et sit dicti Give sicud actenus fuit comunis. Item quod quilibet Raguseus qui de cetero conducet Ragusium argentum teneatur ponere in cecham comunis decimum argenti quod conducet Ragusium. Et quicumque contrafecerit chadat ad illam penam que in reformatione ceche actenus facte continetur; de qua pena medietas sit dicti Give de Crancha, et quarta pars sit comunis et reliqua quarta pars sit dictorum officialium comunis. Verum si dicti officiales erunt accusatores, tunc medietas dicte pene sit ipsorum officialium, et quarta pars sit comunis, et reliqua quarta pars dicti Give. Item promisit et se obligavit dictus Give comuni quod si reperiri poterit, quod ipse vel alius nomine suo aliquod concordium vel compositionem faceret cum merchatoribus argentum Ragusium defferentibus propter quod decimum ceche deffraudaretur, quod dictus Give chadat ad penam decimi supradictam, que pena tota deveniat in comune. Item quod omnes ille persone que ponent decimum argenti in cecham, habere debeant de libra sui argenti fini ab officialibus comunis yp̄p̄ xv in grossis.

Die xx novembris. In minori consilio, captum fuit, quod strata comunis, que vadit in teritorium archiepiscopatus, et vadit versus monasterium poncellarum, et etiam strata que vadit subtus domum Junii de Giorgio aptari debeant et sallicari.

Nicola de Lucari, Dobre de Mence, Niffico de Galloca, in dicto minori consilio, electi fuerunt ad faciendum sallicari dictas stratas.

Dicta die. In minori consilio captum fuit, quod super sallarium, quod habent bastasii a comuni pro nettando plateam, insuper superadatur dictis bastasiis omni anno de avere comunis yp̄p̄ sex, qui bastasii omnes teneantur omni sabato mondare et nettare plateas comunis, ut solliti sunt, et insuper teneantur nettare et mondare omnes stratas et rugas comunis sallicatas.

Dicta die. In minori consilio concessa fuit licentia Maroe filio Druschi de Brenno posse accipere ab archiepiscopatu Ragusino certam vineam cum terris positam in Brenno in quintam generationem, et admetietur fructus pactis et conditionibus quibus poterit se convenire cum domino archiepiscopo.

Die xxii dicti mensis novembris. In minori consilio captum fuit, quod fragumen argenti et monete argenti non teneantur ponere decimum in cecham, omne vero aliud argeum teneantur ponere decimum in cecham, ut dictum est, quod argentum bollari debeat per emptores ceche pro albitrio et voluntate dictorum emptorum [1])

[1]) In margine. Pasqua de Chiun plecius pro Give de Crancha de yp̄p̄ quinquaginta.

Die xxiii novembris. De mandato domini comitis et sui minoris consilii sono campane more solito congregato incantata fuit quilibet diebus per civitatem gabbella sancte Marie per Laurentium preconem comunis, et quia non inveniebatur qui plus dare vellet, data et deliberata fuit dicta gabela per ipsum dominum comitem et suum minus consilium Mathe quondam Nicole de Mence pro ypp dccc pro uno anno, de quibus debetur sibi abati de incantu ypp x cum pactis et conditionibus consuetis.
Thomas de Stillo et Petrus de Savigna, plezii pro dicto Mathe.[1]

Die xxiii novembris. In minori consilio concessa fuit licentia Radovano Terdasich de Zuppana posse accipere ab archiepiscopatu Ragusino certas eius vineas positas in Zuppana ad medietatem et in generationem, pactis et conditionibus quibus erunt in concordia.

Eodem die. In dicto consilio fuit concessa fuit licentia dicto domino archiepiscopo posse locare certas eius vineas et terras positas in Zuppana Colende Bogdasich ad medietatem et in generationes pactis quibus erunt concordes.

Eodem die. Per dictum consilium concessa fuit licentia dicto domino archiepiscopo posse locare Bogoe Crepsich certas eius vineas et terras positas in Zuppana ad medietatem in generationem, pactis quibus erunt concordes.

Die xxvii novembris. In maiori consilio, sono campane ut moris est, propter nuptias quas ad presens facit Junius de Giorgio de filia sua itura Chatarum novitia concessa fuit eidem Junio usque Catarum dicta occasione galea et lignum comunis, captum per omnes consiliarios dicti consilii.
In dicto consilio data et concessa fuit libertas domino comiti et suo minori consilio posse incantare gabellam fundachi furmenti ut moris est, captum per omnes dicti consilii.
In dicto consilio eodem die data fuit libertas domino comiti et suo minori consilio posse elligere et sallariare unum magistrum pro scolis ad docendum scolares pueros, et captum fuit per lxxxii dicti consilii.

Eodem die. In consilio rogatorum, in quo interfuerunt xxi consiliarii. Considerata petitione Bogoe filii Jurech de Prianna, qui exposuit quod in Ragusio vivere non poterat cum uxore et filiis, nisi daretur ei licentia quod posset ire extra Ragusium procurando vitam suam et dicte sue familie; ideo captum fuit, quod dictus Bogoe possit ire extra Ragusium per mare tantum et solumodo cum navigiis Ragusinorum et de Ragusio navigando, negociando et faciendo facta sua ad quascumque partes per mare tantum ut dictum est, salvo quod de Ragusio ad Narentum nec de Narento Ragusium neque ad partes infra dicta loca positas ire vel navigare non possit.

[1]) Ex marg. Cassa quia soluit de mandato domini comitis et de voluntate procuratorum sancte Marie.

Die xxviii dicti mensis. In minori consilio, in reversione domini Marci Justiniani capitanei gallearum comunis Venetiarum venientis de Sycillia captum fuit, quod pro sui honore de avere comunis fiat sibi unum exenum yp̄p̄ x in chaseo et chastronibus.

Item in dicto consilio captum fuit, quod syndico seu ambassiatori comunis Venetiarum venienti similiter de Sycilia fiat unum donum in chaseo et chastratis de yp̄p̄ v.

Die primo decembris. Vita de Volco, Maroe de Ceria, Marinus de Dabro, Jache de Gondo, in minori consilio, sono campane more solito congregato, facti fuerunt capitanei custodie mensis decembris, qui iuraverunt etc.

Die primo decembris. Pasqua de Goce, Give de Teudisio, Nicola de Lucari et Cate uxor dicti Andre, in minori consilio dati fuerunt tutores heredibus quondam Andree de Volcio.

Die predicto. Andre filius Vite de Drinchis factus fuit scribanus super condura, cuius est patronus Andre filius Pave de Catena, vocata s. Antonius, s. Andreas, s. Giorgius, qui iuravit etc.

Die v decembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum vigore et auctoritate libertatis eis concesse et date a maiori et generali consilio dicte civitatis magister Jacobus physicus assumptus fuit ad salarium comunis Ragusii pro duobus annis cum salario librarum xv gross. in anno, si voluerit et applicuerit civitatem Ragusii in die . . . marcii.

Die sexto decembris. Pasqua de Resti die sexto dicti mensis decembris de mandato domini comitis et sui consilii recessit de Ragusio et ivit Stagnum ad obediendum confinibus sibi impositis in dicto loco Stagni, qui stare debet in dictis confinibus mensibus tribus et completo dicto termino potest redire Ragusium.

Die predicto. Gabriellus de Gleya et Nicola Andree de Sorego, Nicola Pauli de Gondola, procuratores s. Marie, in minori consilio, de eorum officio rediderunt dicto consilio infrascrittam racionem. Imprimis dicti officiales ostenderunt recepisse in dicta contantes a certis personis yp̄p̄ clxvi et grossos viii. Item ostenderunt recepisse a suis precessoribus officialibus in debitis veteribus et novis et in pecunia numerata in summa yp̄p̄ dcxxvii grossos vii. Item dixerunt recepisse ab Ivance Corvo de debito quod tenetur ecclesie yp̄p̄ c. Summa totus introytus dictorum officialium yp̄p̄ dccclxxxxiiii gross. iii. De quibus dicti officiales adsignaverunt in expensis per eos factis circha eorum officium yp̄p̄ dciii. Item adsignaverunt dictum Ivancem debitorem dicte ecclesie yp̄p̄ cvii gross. viii. Item adsignaverunt suis successoribus in pecunia numerata yp̄p̄ lxxviiii.

Die xviiii decembris. In maiori consilio, sono campane ut moris est, captum fuit, quod cum hoc sit quod sub anno domini mcccxlvii ind. xv die xxv iulii captum fuerit, quod medietas gabelle s. Marie deveniat in reparationem portus Ragusii et etiam prout in dicta reformatione continetur. Nunc vero in hoc presenti consilio declaratum et deffinitum fuit, quod dicta medietas gabelle deveniat in dictum opus et insuper deveniant in dictum opus illi duodecim follari, qui de novo superaditi fuerunt dicte gabelle, et capta fuit dicta pars nullo maioris consilii discordante, et quod dicti xii follari durent et sint gabellati quamdiu placuerit domino comiti et suo maiori consilio.

Item captum fuit in dicto consilio, quod ille qui elligetur de cetero capitaneus Terstenice teneatur stare uno mense in Terstenica et uno mense in Dobrave et in Norchica, et sic discurendo stare teneatur in dictis locis toto tempore sui regiminis, et insuper quod ipse capitaneus ullo modo possit recipere de quanto steterit in dicto regimine aliquod bonum vel exsenum. Et ille capitaneus qui contrafecerit contra predicta vel aliquid predictorum perdat sallarium et insuper sit playdatus in consilio rogatorum et maiori secundum formam statuti.

In dicto consilio posite fuerunt due partes: una de elligendo capitaneum Terstenice pro sex menses ut actenus et alia de non, et capta fuit pars de elligendo unum capitaneum pro sex menses cum penis et obligationibus supra descriptis.

Die xx decembris. In minori consilio, sono campane ut moris est, captum fuit, quod de illis yp̄p̄ dcxl qui sunt Gonstant(ini) de Gostagna et qui sunt in manibus Give Nicole de Gondola et in manibus Sime de Grede de consensu et voluntate tesaureriorum, quod dicti tesaurerii dare debeant ad presens yp̄p̄ xxiiii dispensandos pro dotibus filie dicti Gonstantini et quod yp̄p̄ xvi dentur dicto Gonstantino pro lavorerio vinearum dicti Gonstantini et pro aliis necessitatibus dicti Gonstantini prout videbitur dictis tesaureriis.

Die xxviii dicti mensis. In maiori consilio, sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt cxvii consiliarii, Mathe de Ribica fuit electus comes Terstenice pro sex mensibus cum pactis et conditionibus quibus steterunt alii precessores eius et cum aditione facta antea die xviii decembris; qui secessit de Ragusio die lune iiii februarii. Et fuit reversus Ragusium die xxviii augusti.

Item in dicto maiori consilio, captum fuit et firmatum per centum quatuordecim ipsorum consiliariorum, quod uxor Dime de Mlascagna possit obligare dotes suas pro maritatione filie sue, non obstanti statuto loquenti in contrarium.

Die predicto. In minori consilio captum fuit, quod faciendo venire Ragusium Laurentius Stepe de Sorego vasellos de milliari olei quinquaginta, ydem Laurentius possit ad suam voluntatem de dicto oleo

xtrahere medietatem; et si plus conduxerit, extrahat pro rata de vasellis. Qui aduxit per unam barcham de Pulignana vasell. xxv. Item onduxit vasellos xx per barchusium Radenchi die xxii februarii.

Die xxxi decembris, Vole de Volco, Dime de Maschagna, Tome de tilo, Cere de Babalio, in minori consilio electi et facti fuerunt apitanei custodie mensis Januarii.

Index

personarum, locorum ac rerum praecipuarum.

C

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U et V

Z

*

GLOSSARIUM.

acostare, lateri adhaerere.
andata, incursio seu expeditio militaris.
antenna, lignum transversum ad navis malum, cui vellum alligatur.
arboraticum, tributum, quod pro facultate erigendi in portu arborem i. e. naulum navis solvitur.
argata, a graeco ἐργάτης, operarius.
astaria (l' asteria) maritima, campus planus mari adjacens.
ballota, pilula seu glans ferrea, plumbea vel lignea ad ferrendum suffragium.
bastasius, bajulus.
batta, genus oleris, asparagus.
batellum, parva navis, cymba, linter.
bazile, pelvis.
besaciae, bisacce, mantica.
bizinellus, hastula, pugio.
bricha, ital. et croat. briga, cura.
bucellae, panis nauticus.
busa, tubus, canalis.
busus, alveus, alveare.
buzellaci, panes parvuli rotundi.
cafaranum, caryophion, brocce di garafolo.
calafatus, navium stipator, qui navium rimas et commissuras solidat et componat.
caldare, caldarium, vas ex aere caldario seu fusili confectum.
capanna, tugurium, casula.
carricare, onerare navim, quasi carro onus imponere.
cauna, casa, tugurium calamis seu stramentis tectum, 2) fovea, fossa.
caza, vasis genus, pelvis, rutrum frictorium.
colare, fluere.
cirologus, chirurgus.
consteria a constare, habitare habitaculum.
conziamentum, conzatura; coriorum sutfitio seu inspersio pulveris quercini cum inficiuntur coria.
copella, slav. kupić, mensurae species aridorum simul et liquorum.
corator, *correrius*, cursor, courier.
correda, omnia, quae molendino et navibus instruendis necessaria sunt.
costeria, ora maritima.
coza, slav. koža, cutis.
credentia, creditum; 2) secretum.
cuberta, coopertura navis.
dardus, alabarda, bipennis.
deveto slav. lat. nona i. e. pars.
doblerius, fax, taeda, cereus.
filusolus, faseolus.
fornire, munire, providere.
fundicum, locus publicus, in quem conveniunt mercatores de rebus suis et commerciis invicem acturi, quod in eo deponatur communis eorum thesaurus vel pecunia ad eadem commercia; atque adeo merces ipsae.
fustanum, panni ex gossipio confecti species.
gabella, census, tributum, reditus, dacium.
galeta, vestimenti genus.
gonfalo, insigne, vexillum.
gragina, slav. gradina, ograda, sepes.
gumnacia, pellibeum, pelliceum i. e. vestimentum.
incannavare, in dolium condere, reponere et condere (frumentum).
incantare, auctionari, sub hasta ven-

dere, — vincere aliquem pretio suo.
instrago, slav. odstraga, post, de intus.
ladiza, scrinium, arca, capsa, cista.
macagnatus, ital. macignato, molitus, mola contritus.
malgarisium, (erron. margarisium) deriv. a *malga* = grex, hinc: census pascuationis.
mangano, ballista.
maragnan, marongo, maranganus; faber lignarius, carpentarius.
massarius, fisci communis custos; officialis, qui exigebat mulctas impositas.
messeta, *missita*, slav. mešetar, senzale.
nasfum, slav. našva, sutura.
noviza, sponza vel neo nupta.
orale de seta, pannus de serico subtilis.
palamaria, remigia.
paregium, maris plaga vel tractus.
parizare, iter facere.
perchium, slav. perčija, dos, dos nuptialis.
pitropus, legatarius.
placta, navigii fluvialis genus; 2) patina, vas planum.
plancha, tabula plana, asseres pro tegendis domibus.
plaz, *plez*, cautor.
plezaria, cautio, vadimonium.
prestaunius slav. pristav, adjunctus, officialis.
pulcella, *puncela*, virgo.
rame, aes; aeramen unde origo.
recocta, panis nauticus, bis coctus, biscuit.
reparius, *riuarius* custos rippae; dein generaliter custos civitatis.
ruschium, ital. risicho.
stalisatum, agger seu terra pallis fulta et vallata; unde *salisare* molem construere et palis fulcire.
2) *sallizare*, complanare lapidibus viam.
salma, mensurae genus.
sappare, effodere terram, laborare.
sarcia, funalis navium apparatus; funis nauticus, quo naves religantur.
scandula, scindulae, quae scindantur de ligno; unde et tectum *scandulare*; *scandularius* idem ac faber lignarius.
scaraguardiae, excubiae cohortium.
scarpellum, linamentum, charpie.
sebum, *sepum* adeps, pinguedo, axungia.
seta, sericum.
smalet, monile.
spariverius, ital: sparviere, species accipitris, quibusdam fringillarius dictus.
stanicum, slav. sastanak, congregatio populi.
stendale, vexilum, — pertica pro vexillo.
suoto, slav. svota, summa.
tavora portus, fors idem ac clausura portus.
terzalorus, minus velum, quod navis habet.
timone, slav. timun; temo, cavus, gubernaculum.
torni fornici, res ad fornicem pertinentes.
turcimanus, interpres.
vogare, remigare.
volta, fornix.
zernata, ab ital: giorno, labor tocius diei.
zerugia, chirurgia.
zoba, slav. soba, cubile, camera.

U **knjižarnici Lavoslava Hartmána** u Zagrebu mogu se dobiti knjige, koje izdaje jugoslavenska akademija znanostî i umjetnostî, koje izlaze njezinom pomoću i koje su prešle u njezinu svojinu:

Rad jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti. Knjiga I. do XIX. U Zagrebu 1867—1872. Ciena svakoj knjizi 1 for. 25 novč. a. v.

Rad jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti. Knjiga XX do L. U Zagrebu 1872—1879. Ciena svakoj knjizi 1 fr. 50 novč. a. v.

Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium. Vol. I. II. III. IV. V. IX. **Listine o odnošajih izmedju južnoga slavenstva i mletačke republike.** Skupio S. Ljubić. Knjiga I. II. III. IV. V. VI. U Zagrebu 1868. 1870. 1872. 1874. 1875. 1878. Ciena prvoj, drugoj, trećoj i šestoj knjizi po 3 for., četvrtoj 4 for. a petoj 2 for. 50 novč.

Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium. Vol. VI. VIII. **Commissiones et relationes venetae.** Tom. I. II. Zagrabiae 1876. 1877. Ciena prvoj knjizi 2 for., drugoj 2 for. 50 novč.

Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium. Vol. VII. **Documenta historiae chroaticae periodum antiquam illustrantia.** Collegit, digessit, explicuit dr. Fr. Rački. Zagrabiae 1877. C. 6 f.

Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium. Vol. X. **Monumenta Ragusina.** Tom. I. Zagrabiae 1879. Ciena 2 for. 50 nvč.

Monumenta historico-juridica Slavorum meridionalium. P. I. vol. I. **Statuta et leges Curzulae.** Zagrabiae 1877. Ciena 3 for.

Monumenta historico-juridica Slavorum meridionalium. P. I, vol. II. **Statuta et leges civitatis Spalati.** Zagrabiae 1878. Ciena 3 for.

Stari pisci hrvatski. I. **Pjesme Marka Marulića.** Skupio I. Kukuljević Sakcinski. U Zagrebu 1869. Ciena 2 for. a. v.

Stari pisci hrvatski. II. **Pjesme Šiška Menčetića Vlahovića i Gjore Držića.** Skupio V. Jagić. U Zagrebu 1870. Ciena 2 for. a. v.

Stari pisci hrvatski. III. **Pjesme Mavra Vetranića Čavčića.** Dio I. Skupili dr. V. Jagić, dr. I. A. Kaznačić. U Zagrebu 1871. Ciena 2 fr.

Stari pisci hrvatski. IV **Pjesme Mavra Vetranića Čavčića.** Dio II. Skupili dr. V. Jagić, dr. I. A. Kaznačić i dr. Gj. Daničić. U Zagrebu 1872. Ciena 2 for. 50 novč. a. v.

Stari pisci hrvatski. V. **Pjesme Nikole Dimitrovića i Nikole Nalješkovića.** Skupili dr. V. Jagić i dr. Gj. Daničić. U Zagrebu 1873. C. 2 f.

Stari pisci hrvatski. VI. **Pjesme Petra Hektorovića i Hanibala Lucića.** U Zagrebu 1874. Ciena 2 for. a. vr.

Stari pisci hrvatski. VII. **Djela Marina Držića.** U Zagrebu. Ciena 3 fr.

Stari pisci hrvatski. VIII. **Pjesme Nikole Nalješkovića, Andrije Čubranovića, Miše Pelegrinovića i Saba Mišetića Bobaljevića i Jegjupka neznana pjesnika.** U Zagrebu 1876. Ciena 1 for. 70 novč.

Stari pisci hrvatski. IX. **Djela Iva Frana Gundulića.** Na sviet izdala jugosl. akad. znanosti i umjetnosti. U Zagrebu 1877. Ciena 5 for. a. v.

Stari pisci hrvatski. X. **Djela Frana Lukarevića Burine.** Na sviet izdala jugosl. akad. znanosti i umjetnosti. U Zagrebu 1878. Ciena 2 for. 50 novč.

Starine. Izdaje jugoslavenska akademija znanosti i umjetnosti. Knjiga I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. XI. U Zagrebu 1869. 1870. 1871. 1872. 1873. 1874. 1875. 1876. 1877. 1878. Ciena I. knjizi 1 for. 25 novč. a. v., VII. i X. 2 for. a. v., a ostalim po 1 for. 50 novč. a. v.

Izprave o uroti bana Petra Zrinskoga i kneza Fr. Frankopana. Skupio dr. Fr. Rački. U Zagrebu 1873. Ciena 3 for.

Vetera monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia. Edidit A. Theiner. Tomus I. Romae 1863. Ciena 8 for. a. v. Tomus II. Zagrabiae 1875. Ciena 10 for. a. v.

Pisani zakoni na slovenskom jugu. Bibliografski nacrt dr. V. Bogišića. U Zagrebu 1872. Ciena 1 for. 25 novč. a. v.

Zbornik sadašnjih pravnih običaja u južnih Slovena. Knjiga I. **Gragja u odgovorima iz različnih krajeva slovenskoga juga.** Osnovao, skupio, uredio V. Bogišić. U Zagrebu 1874. Ciena 6 for. a. v.

Rěčnik lěčničkoga nazivlja. Sastavio dr. Ivan Dežman. U Zagrebu 1868. Ciena 1 for. 50 novč. a. v.

Flora croatica. Auctoribus Dr. Jos. Schlosser et Lud. Farkaš-Vukotinović. Sumptibus et auspiciis Academiae scientiarum et artium Slavorum meridionalium. Zagrabiae 1869. Ciena 6 fl. a. v.

Fauna kornjašah trojedne kraljevine. Od dra. Josipa Kalasancia Schlossera Klekovskoga. Na sviet izdala jugoslavenska akademija znanosti i umjetnosti. Svezak I. II. III. U Zagrebu 1877. 1878. 1879. Ciena svakoj knjizi 3 for.

Dvie službe rimskoga obreda za svetkovinu sv. Ćirila i Metuda izdao Ivan Berčić. U Zagrebu 1870. Ciena 1 for. a. v.

Historija dubrovačke drame. Napisao prof. Armin Pavić. U Zagrebu 1871. Ciena 1 for. 25 novč. a. v.

Historija književnosti naroda hrvatskoga i srbskoga. Napisao V. Jagić. Pomoćju jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti. Knjiga I. Staro doba. U Zagrebu 1867. Ciena 1 for. 29 novč. a. v.

Opis jugoslavenskih novaca od prof. Sime Ljubića. Podporom jugoslavenske akademije. Zagreb 1875. Ciena 10 i 15 for.

Jugoslavenski imenik bilja. Sastavio dr. Bogoslav Šulek. [illegible] a. vr.

Bilinar. Flora excursoria. Sastavili dr. J. C. Schlosser i L[illegible] Vukotinović. Zagreb 1876.

Narodne pjesme o boju na Kosovu god. 1389. Sastavio [illegible] Armin Pavić. U Zagrebu 1877. Ciena 1 for.

Korijeni s riječima od njih postalijem u hrvatskom ili srpskom jeziku. Napisao Gj. Daničić. U Zagrebu 1877. Cijena 4 for. a. v.

Ljetopis jugoslavenske akademije. I. (1867–77.) U Zagrebu 1877. Ciena 60 novč.

Rječnik hrvatskoga ili srpskoga jezika. Na sviet izdaje jugoslav. akademija znan. i umjet. Obradjuje Gj. Daničić. (**Ogled.**) U Zagrebu 187[illegible]

Povjestni spomenici južnih Slavenah. Izdaje Ivan Kukuljević Sakcinski. Knjiga I. U Zagrebu 1863. Ciena 3 for. a. v.

Rječnik iz književnih starina srpskih. Napisao Gj. Daničić. 3 knjige. Ciena cielomu 6 for. a. v.

Nikoljsko jevangjelje. Na svijet izdao Gj. Daničić. Ciena 1 for. 30 novč. a. v.

Život sv. Save i Simeuna. Od Domentijana. Na sviet izdao Gj. Daničić. Ciena 1 for. 30 novč. a. v.

Životi kraljeva i arhiepiskopa srpskih. Od Danila. Na svijet izdao Gj. Daničić. Ciena 1 for. 30 novč. a. v.

Poslovice. Na svijet izdao Gj. Daničić. U Zagrebu 1871. Ciena 1 for.


UNIVERSITY LIBRARIES · STANFORD
LIBRARIES · STANFORD UNIVERSITY
STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
UNIVERSITY LIBRARIES · STANFORD
LIBRARIES · STANFORD UNIVERSITY